Æ 511
1561.

# STATVTA SIVE SANCTIONES, ET ORDINAMENTA AESI- NAE CIVITATIS.

Alphonſus Lallus Montegallus
Reipublicæ Aeſinæ Cancellarius.

Ad urbis primates.

Plaudite Primates generoſi plaudite ciues,
Plaudite cultorum cætera turba precor.
Hic aſtrea manet ſceleratæ aſperrima genti,
Attamen inſonti ſemper amica dea eſt.
Ergo agite o ciues ſuperis perſoluite grates,
Hoſtibus inuitis ſtertere quiſq; poteſt.
Et tu docta cohors, tuq; o ſtudioſa iuuentus
Laudibus innumeris hunc celebrato librum.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

Poteſtatis car. 13
De ſyndicatu officialiũ forenſium eodem
De ſyndicatoribus dñoꝝ Priorum eodem
De electione medicorum car. 14
De electione magiſtri grãmaticæ eodem
De requiſitione fienda de dño Poteſtate, & eius officialibus familia & equo eodem
Quomodo & qualiter denarii paſſadii accipiantur eodem
De pondere florenorum per commune habendo in ciuitate eodem
De referendariis faciendis qui referant iurãtes membra Dei, & aliorum ſanctoꝝ, & blaſfemãtes dominum, & glorioſam uirginem Mariam, & ſanctos eius eodem
De elemoſina faciẽda lectori ſancti Franciſci pdicãti in eccleſia ſancti Floriani eod.
De pœna Confalonerii & Priorum euntiũ ſine Cancellario & ſotio, & quis eorum ſit Prior car. 15
De forma ſacramenti Cancellarii ſeu Notarii reformationum ciuitatis Eſii eodẽ
De modo retinendi per dominos Confalonerium & Priores in eligendo ſyndicatores Poteſtatis eodem
De modo faciendi inuentarium rerum cõmunis ſedentium in palatio & domibus officialium noſtræ ciuitatis eodem
De confinibus & publicis rebus cõmunis reinueniendis, & reapprehendendis eod.
Quod tempora rogationum & letaniarum ab omnibus cuſtodiantur eodem
De arbitrio [illegible] eodem
De officio aduocati, & ſyndici communis ad cauſas car. 16
Quod Poteſtas teneatur portare unum palium ad eccleſiam ſancti Floriani in ſuo aduentu eodem
Quod nulla perſona emat bona uel de bonis, qui aufugerit caſtellaniam dictæ ciuitatis uel diſtrictus eodem
Quod calceolarii habentes coriamẽ in calcinariis nõ teneanť cuſtodire feſtũ eodem
De electione Notariorum banci eodem
De imbuſſulatione capitaneorum caſtrorum ciuitatis Eſii eodem
De ambaſiatoribus communis & eorum ſalariis deputandis eodem
De modo mittendi Poteſtatem uel aliquẽ officialium pro ambaſiata cõis car. 17
De pœna Poteſtatis & alioꝝ officialiũ abſentãtiũ ſe a ciuitate Eſii ſine licẽtia eodem
De habendo unum capſettum pro communi ubi reponantur priuilegia libri, & iura communis eodem
De electione Camerarii communis, & eius officio, & adminiſtratione eodem
De ratione reddenda per Camerarium cõmunis eodem

¶Liber Secundus de ciuilibus.

De officio & iuriſditione Poteſtatis & Vicarii in ciuilibus cauſis car. 18
De in ius uocando in ciuilibus cauſis eodẽ
De forma comparitionum eodem
De non proponendo actionem in libello. Et q. ciuilis & criminalis queſtio poſſint ſimul in eodem libello intentari eodem
De compromiſſis fiendis inter infraſcriptas perſonas eodem
De feriis & feriatis diebus car. 19
De litis conteſtatione, & qualiter fiat eodẽ
De ſportulis ſiue capitibus ſolidorum ſoluendis car. 20
De dilationibus eodem
De termino dãdo pro teſtibus quę nõ ſunt in ciuitate & comitatu Eſii eodem
De poſitionibus eodem
De teſtibus, & de citatis ad reſpondendum oppoſitionibus alia de cauſa non retinendis car. 21
De executione publici inſtrumenti eodem
De exceptionibus quæ poſſunt opponi cõtra publica inſtrumenta car. 22
De pœna opponentium contra inſtrumenta q. non ſint ſcripta manu Notarii, uel manu illorum, qui ea ſcripſerunt, & ſuccumbentium in probatione eodem
Qualiter fides debeat adhiberi inſtrumẽtis & ſcripturis publicis ab extra productis car. 23
De tenutis autoritate iudicis acceptis eodẽ
De modo agẽdi hypothecaria actione eod.
Quod filiifamilias poſſint in iudicio intereſſe ſine conſenſu patris car. 24
Vt maiores
Vt maiores decem & octo annis per ſe poſſint eſſe in iudicio eorum proprio nomine & aliorum ſine conſenſu alicuius perſonæ uel autoritate eodem
De pœna comparentis procuratorio nomine alieno, cum poſtea apparuerit procuratorem non eſſe eodem
De debito ſoluto non petendo eodem
Quod aduocati & procuratores non paciſcantur de quota litis, & eorum ſalariis, & q. præſtetur patrocinium cuilibet petenti eodem
Qualiter puniatur qui declinauerit iuriſdictionem communis Eſii eodem
Quod nullus teneatur dare libellum de ſumma centum ſol. car. 25
Infra quantum tempus ciuiles & criminales queſtiones debeant terminari eodẽ
De modo & forma procedendi & præceptum faciendi in confeſſum eodem
De modo procedendi ſummarie ſuper ſalariis iudicum procuratorum, notariorũ, & aliorum car. 26
Ne quis in domo ſuæ habitationis uel diebus feriatis in honorem Dei pro debito capi poſſit eodem
De hiis qui bonis cędere uolunt eodẽ
De ſuſpectis & fugitiuis eodem
Quod reus teneatur iurare an ſit obligatus ad aliquam quantitatem actori deferenti iuramentum referre actori car. 27
De non mittendo niſi unum plazarium ſeu baiulum uel berruarium communis Eſii pro pignoratione uel executione fienda eodem
Quantum baiuli uel berruarii communis recipere debeant pro captionibus perſonarum fiendis car. 28
Ne ad petitionem iudęorum poſſint capi eorum debitores chriſtiani ſi bona imobilia poſſideant eodem
De poſſeſſionibus ciuium & comitatiuorum poſitis extra ciuitatem & comitatũ Eſii eis obligatis recuperandis eodem
Quod commune Eſii non teneatur ad auxilium præſtandum uel repręſalias concedendum infraſcripta de cauſa eodem
De repręſaliis & quomodo & quando concedi debeant car. 29
Quod omnes & ſinguli uolentes uenire ad habitãdum in ciuitate uel diſtrictu Eſii, habeantur pro ciuibus eodem
Quod quilibet uenientes laborandum uel uictualia portandum in ciuitate Eſii libere uenire & recedere poſſint eodem
Quod nullus receptus in ciuem uel comitatiuum ciuitatis Eſii, cui conceſſum eſſet terrenum uel habitatio poſſit illud uendere, nec a ciuitate diſcedere eodẽ
Quod quilibet habitator in ciuitate & diſtrictu Eſii teneatur ſoluere onera realia & perſonalia eodem
De iure reddendo forenſibus contra forenſes car. 30
De debitis cõtractis extra ciuitatẽ Eſii eod.
Quod conſanguinei poſſint abſq; mandato ad defenſionẽ in iudicio intereſſe eod.
De inuentario faciendo per conſanguineos alicuius defuncti eodem
De contractibus mulierum eodem
De debitis mulierum contractis ante contractum matrimonium car. 31
De pignoribus per creditores poſſeſſis eod.
De pignoribus uſurariorum eodem
Quod maſculinũ concipiat fœmininũ eod.
De ſequeſtris faciendis eodem
De ſatiſdatione præſtanda p forenſes eodẽ
De eo qui remanſit in poſſeſſione rerum p eum uenditarum eodem
De ordine ad ſtantium ad cauſandũ eodẽ
Quomodo ad probandum ſufficiat publica uox & fama car. 32
De exemptione concedenda ſeptuagenariis & impeditis eodem
De litigioſis rebus eodem
Quod omnes ciues compellantur uenire de comitatu ad habitandum in ciuitate Eſii, & habere ibi domos proprias eodẽ
Quod omnes habitantes & non habitantes in ciuitate & comitatu & diſtrictu Eſii teneanť ſoluere collectam & ſubire onera realia & perſonalia communi Eſii pro rebus quas ibi poſſident eodem
Quod ſiquis alienauerit aliquas poſſeſſiones alicui non ſubiecto cõmuni Eſii ſoluat collectas pro illis poſſeſſionibus eo.

Quod bona ciuium & comitatenſium ciuitatis Eſii ſint dicto communi pro collectis, datiis & aliis factionibus tacite obligata, & q̄ prædicta ſint tributaria car. 33
De probatione filiationis, & conſanguinitatis fienda per famam publicas, & de pœna negantis eas, & de pœna mortem alicuius negantis eodem
De non reſtituendo niſi precium de platea uel alia re in qua fuerit ædificium uel ędificatis ſi fuerit de iure euicta ab aliquo eodem
Quod forenſes non poſſint extrahere granum uel aliquod genus bladi de ciuitate comitatu & diſtrictu Eſii eodem
De cluſa non faciēda in flumine Eſino eod.
De oliuis ſingulo anno plantandis car. 34
De fœno & palea in domibus in quibus habitatur non reponenda eodem
De muris reficiendis eodem
De præſcriptione temporum eodem
De præſcriptionibus actionum eodem
Quod res pignoratę iudæis non poſſint repeti a dominis eorum ſine ſolutione debiti earū licet ipſi pignorauerint, & pro quanto mutuare debeant eodem
Quod omnes officiales cōis Eſii teneantur obſeruare ſtatuta ſcripta in præſenti uolumine ſtatutorum eodem
Quomodo fiat inuentarium, & cum quibus ſolennitatibus car. 35
Quod nullus intret poſſeſſionem alicuius rei imobilis emptæ uel uenditæ, ac etiam hęreditatis uel fideicōmiſſariæ alicuius defuncti autoritate propria ſine licentia domini Poteſtatis uel eius curiæ eodem
De diſtributione aduocatorum, & procuratorum eodem
Quod nullus ratione obligationis in aliquo loco, niſi ſit noſter ciuis in noſtra iuriſditione ualeat conueniri car. 36
Quod iudices & notarii dn̄i Poteſtatis ueniant ad bancis hora cōpetēti eodem
Quod in cauſa ciuili nullus audeat opponendo negare filiationem paternitatem uel matrimonium eodem
Quod debitor cōmunis non audiatur in quo ſuo iure, niſi primo ſatisfecerit cōmuni, nec poſſit exercere aliquod officium ad quod eligeretur eodem
Quod uictus ſeu condemnatus ante ſolutionem non reconueniat actorem eodē
De ſequeſtratione in iudicio ante ſententiam non facienda eodem
Quod prius conueniatur principalis q̃ fideiuſſor eodem
De pluribus debitoribus in ſe & in ſolidum obligantibus eodem
De re communi diuidenda car. 37
De tenuta portanda ad domum creditori eodem
Quod ſtetur uſq; ad quantitatem. xx ſol. quaterno mercatoris & ſacramēto eodē
Quod nulla mulier bonæ famæ cogatur intrare palatium cōmunis uel alium locū pro teſtimonio ferendo eodem
De officio notariorum nō officialiū eodē
De protocollis notariorum mortuorū publicandis alii notarii cōmittendo eodē
De ſalariis notarioꝝ pro inſtrumētis teſtamētis publicis & aliis ſcripturis car. 38
Qui debeat eſſe tutor pupillorum eodē
De contractibus & iudiciis per minores agitatis eodem
De curatore prodigi uel furioſi eodē
De ratione reddenda a tutoribus, & curatoribus eodem
De curatore bonis dando car. 39
De contractibus in quibus interueniunt arræ eodem
Quod uenditor cogatur poſſeſſionem rei uenditæ emptori dimittere eodem
De re mobili publice empta eodem
Apud quem deponi debeat pecunia eodē
Quod filius emancipatus cogatur debitum patris ſoluere ante emancipationis contractum eodem
De naulo & pēſione domus & fouec̨ eodē
De pluribꝰ habitātibꝰ in una domo car. 40
De cōtractu inter dn̄m & pactualē eodē
Quod nulla mulier debeat ſe maritare ſine licentia infraſcriptarum perſonaꝝ eodē
De inſtrumento dotali facto durante matrimonio car. 41
De re dotali ex uoluntate mulieris alienata eodem

De filiis



De filiis & filiabus ſimul remanentibus patre ab inteſtato defuncto eodem
De ſucceſſione ab inteſtato eodem
Quod filiæ dotate ſtēt cōtentę & ad bona pr̄na nō poſſint habere regreſſū eodē
De mulieribus ad ſecūdū nuptias trāſeūtibus uel luxurioſe uiuentibus eodem
De ſucceſſione matris remanentis poſt mortem filiorum car. 42
De dotibus reſtituendis eodem
De citationibꝰ factis pro modica re. eodē
De executione priuatæ ſcripturæ car. 43
De teſte citato ad teſtimonium perhibendum car. 44

Liber Tertius Maleficiorū Incipit.

De in ius uocando in criminalibus car. 45
In quibus caſibus poſſit procedi per inquiſitionem, accuſationem, uel denunciationem eodem
De accuſationibus, & denunciationibus faciendis, & corā quibus, & fideiuſſoribus per eos præſtandę, & pœna nō probantium eas car. 46
De teſtibus in maleficiis admittendis, & cogendis uel non eodem
De copia danda, & allegationibus banniendis eodem
Qualiter dicta teſtium ſcribant̄ eodem
De ſententiis criminalibus ſingulo menſe ferendis car. 47
De quęſtionibus & tormentis eodem
De beneficiis, confeſſionis, pacis, & ſolutionis eodem
De captiuis tenēdis in publicis carceribus & nō alibi, & q̄ permittat̄ ſibi dari loquutio, & de pœna frāgētiū carceres, & de pœna imponēda cuſtodibus dictorum carcerum car. 48
De pœna proditorū ciuitatis Eſii, & cōmunis, & facientiū conuenticulas & conſpirationes cōtra cōmune prædictū, & de pœna receptātiū eoſdē eodē
De pœna receptantium rebelles, & habētium tractatum cum eis, & recipientium litteras eodem
De adulterātibus, & cōmittētibus crimē carnis in quocunq; modo car. 49
De pœna blaſſemātis Deū & ſanctos. eodē
De incendiariis car. 50
De furtis & furibus puniendis eodem
De re furtiua penes aliquē reperta car. 51
De interfectionibus animalium eodem
De pœna offendentium Poteſtatem, uel aliquem de ſua familia eodem
De offendendo bannitos ſine pœna eodē
De malefactoribus præſentandis p illos in quoꝝ domibus ſe reduxerint eodē
De ſalario & remuneratione præſentantium bannitos cōmunis Eſii car. 52
Quātum recipere debeat a cōmuni, qui bannitos pro tradimēto cōmunis Eſii præſentarit uel interfecerit eodem
Quod publici derobbatores, & aſſaſſini, & alii homines malæ conditionis & famæ non ſtent in ciuitate Eſii, & de pœna retinentiū eos in domo eodem
De pœna deuiantium fanteſcam eodem
De mulieribus malæ conditionis, & famæ expellendis de conuicinia honeſtarum mulierum eodem
De pœna inſultantis, & percutientis cū armis, & ſine armis eodem
De uerbis iniurioſis car. 53
De duplicatione pœnatum eodem
De falſariis car. 54
De pœna corrumpentis officialem eodē
De cōmittētibus homicidium quoquo modo, & de mandantibus fieri eodem
De pœna dantium auxilium, conſilium, & fauorem in aliquo delicto eodē
De pœna nominātiū partē guelfā uel gibellinā, uel aliq̄ aliā pārtialitatē car. 55
De pœna turbantis uel occupantis poſſeſſionem alterius eodem
Ne quis trahat per muros ciuitatis Eſii uel caſtra, uel intromittat eodem
Ne aliquis de ædificiis poſitis iuxta portas in ciuitate Eſii, uel caſtris proiiciat uel offendat eodē
De moneta uſitāda p formā ſtatutoꝝ eod.
Quod nullus plazarius, berruarius, uel alius nuncius cōmunis, & officialium dictæ ciuitatis intret cameram alicu-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

ius de ciuitate & eius comitatu, ſub infraſcriptis pœnis. eodem
De termino moto, & q̃stione cõfinii. car. 56
De pœna blaſſemantis alicui carbũcellum, uel anguinaliam, uel ſimilia. eodẽ
De pœna arguẽtis ordinata & diſpoſita in cõſilio generali uel credẽtiæ. eodẽ
De maſcaris non utendis tempore carnis priuii. eodem
Quod ubi non poteſt procedi contra forenſes, non procedatur contra ciuem uel comitatiuum. eodem
De pœna tripudiantium in eccleſiis. eodẽ
De pœna contradicentium pignus nuncio, uel tenutam. eodẽ
Quomodo procedi poſſit ſuper crimen adulterii. eodem
De pœna annonam ſeu aliud bladum incanauantium. car. 57
De pœna proxenetæ non propalantis cõtractus officiali doanæ. eodem
Ne quis auferat de lapidibus, & aliis rebus cõmunis. eodem
De pœna iniuſte, & per calumniam accuſantium. eodem
De pœna deferentium arma. eodem
De pœna euntium de nocte poſt tertiũ ſonum campanæ. car. 58
De pœna frangentis tenutam ſine licentia domini Poteſtatis aut inſtrumenti autoritate accepta. eodem
Ne in cauſis cõmiſſariis per officiales ſportulæ exigantur. eodem
De pœna cognoſcentis pediſſequã in domo domini uel alibi. car. 59
De pœna officialium defraudantium hauere cõmunis. eodem
De pœna uniuerſitatũ, & ſingularũ perſonarum non capiẽtiũ rixantes. eodẽ
Quod ſyndici ciuitatis, & diſtrictus Eſii teneant denunciare maleficia. eodẽ
De pœna illorum qui non denunciauerunt ſyndicis caſtrorum comitatus Eſii iniurias ſibi illatas. car. 60
De bannitis, & condemnatis q. non habitent in ciuitate, & diſtrictu Eſii. eod.
Quod nemini liceat excaſare. eodem
De condemnationibus faciendis menſe quolibet per Poteſtatem. eodem
De pœna offendentium ciues, & diſtrictuales ciuitatis Eſii. eodem
De pœna incidentium uites alterius uel alias arbores fructiferas. car. 61
Qđ dñs Poteſtas & ſui officiales, & alii officiales cõmunis Eſii nõ poſſint aliquẽ cõdemnare ſine iuſta cauſa. eodẽ
Quod Poteſtas poſſit punire maleficia per ſuũ prædeceſſorẽ non punita. eodẽ
Quod cõdemnati cõmunis Eſii poſſint ſe defendere per procuratorẽ. eodem
De termino dãdo cõdemnatis, & fideiuſſoribus repræſentãtibus principalẽ. eodẽ
Qđ fideiuſſores cõſeruent indẽnes. eodẽ
Quod omnes banniti, & condemnati ſcribant in uno quaterno. car. 62
De pœna mutantis ſeu occultantis nomen ſuum ſeu prænomen. eodem
Quod poſſit impune uerberare quilibet familiam ſuam. eodem
Quod nullus quærat ius uel actionẽ doloſe in re detẽta ab ipſo uel alio. eodẽ
De pœna frangentiũ colũbarias uel capientiũ columbos ſeu baliſtantiũ, aut proiicientiũ lapides contra eos. eodẽ
De pœna deuaſtantium domos. eodẽ
De pœna illius qui aliquem accuſauerit coram alio iudice, q̃ coram officiali ciuitatis Eſii. car. 63
De pœna deuaſtãtium panteras, ſeu frãgentium, uel derobbantium uel furantium aues. eodem
De uictualibus uendendis per comitatum ſecundum formam præſentis ſtatuti, & pœna contrafacientium. eodẽ
De ordinamentis non faciendis a mercatoribus, & aliis artificibus. eodẽ
De uiis, & plateis publicis. eodẽ
De pœna mutãtiũ curſum aquæ. eodẽ
De pœna renouãtis rẽ uel poſſeſſionẽ p aliũ poſſeſſam & quã alius tenet uel tenuerit præter uolũtatẽ eius cui primo fuerit renouata ſeu ius habẽtis. eod.
Quod nemo deuaſtet uel frangat muros cõmunis. car. 64
De pœna diffamantium aliquos de aliqua re turpi. eodem
De con-



De cõdẽnatione fiẽda ex relatione officialis portatis, & baiulorum cõis. eodẽ
Quod bannimentum in cauſis criminalibus habeatur loco citationis. eodem
Quod non poſſunt infringi proceſſus cauſæ criminalis ratione ſolennitatis obmiſſe. eodem
De pœna facientis conſpirationem, adunantiam, ligam, ſeu iuramenta. eodẽ
De pœna præſumentis auferre uexillũ cõis ſeditionis tẽpore, uel rumoris. eodẽ
De pœna offendentis, ſeu arma ſummẽtis contra Poteſtatem uel ſuam familiam uel præſumentis præliari palatium cõmunis Eſii. eodem
De pœna minantis ſeu offendentis aduocatos ſeu procuratores ciuitatis Eſii uel comitatus. car. 65
De pœna furantis apes, & canem. eodẽ
De pœna furantis lapides cõmunis. eodẽ
De pœna dimittentis ciuitatem tempore guerrarum. eodem
De pœna deuaſtantis domum cauſa mercandi. eodem
De pœna habẽtis uxorẽ & amaſiã. eodẽ
De pœna capientis equos alienos. eodẽ
De pœna exeuntis ciuitatem aliunde q̃ per portas uel palangatum, ſeu portas deuaſtantis. eodem
De pœna reuelantis credentiam. eodem
De pœna non reuelantis aliquod tractatum quod eſſet contra pacificis ſtatum ciuitatis Eſii. car. 66
De pœna proiicientis lapidẽ in rixa. eodẽ
De uno carcerato relinquendo die Veneris ſancti. eodem
De modo concedẽdi licentiam arma defenſibilia portandi. eodem
Quod rector ſingulo mẽſe teneatur de proceſſibus ſuis ferre ſententiã. eodẽ
Quod occaſione delicti non deuaſtetur domus alicuius. eodem
De pœna facientis obſtaculum contra ambulantẽ, ſtãtem, uel ſedentem. eodẽ
De pęna priuati carceris. car. 67
De pęna faciẽtiũ facturas, ſeu maleficia. eo.
De pęna derobbãtiũ publice uł occulte. eo.
De tribulis. eodem
Quod non poſſit procedi ſuper maleficiis antiquis. eodem
De pęna ingredientiũ uel damnũ dantiũ in poſſeſſione alterius cõtra prohibitionẽ uel proteſtationem dñi. eodẽ
De non faciendo foſſam celatam. eodẽ
De pęna leuantis uel lacerantis pãnum de capite uel dorſo alicuius. car. 68
De pęna proiiciẽtis lapides uel alia arma uel lutũ, ſputũ, uel aliud turpe faciens iniurioſum contra aliquã perſonã. eodẽ
De pęna ponẽtis aliquod iniurioſum turpe uel noxium in perſona domo, uel hoſtio alterius uel aliquid deluſoriũ faciens contra aliquem. eodem
De malitioſo domus ingreſſu. eodẽ
De pęna accipientis aliquam chartam uel rem de manibus alicuius. eodem
De pęna mutantis ambaſiatam cõmunis uel credentias reuelantis. eodẽ
De pęna hoſpitantibus hominem malę famæ. eodem
De damno incendii depopulationis uel interfectionis animalium emendando per cõmune. eodẽ
De pęna frangentis pacem, & per quos fieri poſſit. car. 69
De habentibus inimicitiam ſiue guerrã ubi faciant pacem. eodem
De pęna facientium iniuriam dominis Prioribus. eodem
Quod non uendatur aliqua poſſeſſio nõ ſubiecto cõmuni Eſii. eodem
Quod nulli liceat uendere aliqua caſtellaria ſiue podia, & molendina, in quibus conſueuit eſſe aliqua fortellitia uel fieri poſſit. eodem
De pęna improperantium, & dicentium uerba iniurioſa in conſilio. car. 70
De pęna impedientium uenditiones quæ fierent de bonis cõmunis. eodem

Liber Quartus extraordinariorũ.

Quod battitores ſegetũ, & laboratores terrarũ teneantur facere areas in campis. car. 71
Quomodo barberii exerceãt artẽ ſuã. eod.

De fornariis & eorum officiis codem
De albergatoribus,& tabernariis,& uẽdẽtibus oleũ & carnes ſalitas codem
De triccolis,& qualiter artem ſuam exerceant car. 72
De paniuendulis car. 73
De laboratoribus terrarum, & qualiter eas debeant laborare codem
De laboratoribus uinearum, & cannetorum car. 74
Quod quilibet in ciuitate Eſii,& comitatu ortum facere teneatur car. 75
De beccariis, & qualiter artem ſuam exerceant codem
De mercatoribus pannorum, lini, lanæ, & cuiuſcunq; generis mercantiæ,& de cãpſoribus fœneratoribus mutuantibus monetas car. 76
De officio ſuperſtitum, & procuratorũ beccariorum ciuitatis Eſii car. 77
De uenditione ſylueſtrium animalium, & precio eorundem codem
De pœna tenentium animalia ferocia & non ligata codem
De mariſcalco, qui indoauerit equũ uel aliã beſtiã quã ferrauerit teneat̃ eum uel eã ſine ſumptibus medicare. car. 78
De ſpeciariis & aliis,qui tenẽt cereos uel candelas ad uendendũ, & qualiter eorum artem exerceant codem
Quando ſtari debeat relationi ſotii domini Poteſtatis,& ſuorum officialiũ codẽ
De calceolariis, pilliceiariis, & cartolariis codem
De pœna artificum laborantium, & tenentium apotecas apertas poſt ſonũ campanæ car. 79
De magiſtris mãnariæ, & murorum, & de aliis operariis,& laboratoribus terrarum,& eorum ſalario codem
De pondere & menſura codem
De pena ludentium ad taxillos uel ad'aliquem ludum prohibitum codem
Quomodo porci teneantur car. 80
De putredine nõ fiẽda in ciuitate, & per plateas ipſius,& de lignis,& aliis imbrigamẽtis in dictis uiis nõ tenẽdis cod.
De ſcaffis & cloacis ita tenendis q; non decurrant per uias publicas codẽ
De pena tenẽtiũ coria in plateis ciuitatis Eſii,& de pœna tenẽtiũ pecudes, capras,ſtabulũ,feciã,guadũ in loco pdicto,& de pena illorum,q aliquas beſtias mortuas ,ppe ciuitatẽ Eſii ,piciũt codẽ
De domibus terrenis, & hortis uicinis clauſis tenendis codẽ
De pannis & aliis turpibus non lauandis apud fontes ciuitatis codem
Quod cuilibet liceat per cuius poſſeſſionẽ uia pergit eã exinde mutare, & de bãno eius q poſtea utit̃ antiqua uia car. 81
Quod nullus audeat in ciuitate Eſii operari artem coriole ſeu puluerelle uel ſcutelle cum taxillis codem
Quod nullus audeat portare pullos uel oua extra ciuitatẽ,nec etiã agnos uel hedos,& de pœna cõtrafacientiũ codẽ
Qd nullus molẽdinarius accipiat ,p ſalma grani uel alterius bladi ultra unũ quartarolũ grani pro macinatura cod.
Quod hoſpites non uendant præbendas niſi prout infraſcribitur codẽ
De pœna uẽdẽtis thus cõtrafactũ codẽ
De lateribus & cuppis codem


Incipit Liber Quintus damnorum datorum,ſeu quaſi maleficiorum.


DE officio & iuriſditione officialis damnorum datorum ciuitatis, & comitatus Eſii car. 82
De introitibus damnorum legendis in conſilio,& qualiter recondant̃ codẽ
Qualiter procedat̃ in dãnis datis codẽ
De accuſationibus dãnorum datorum car. 83
De probatione damnorum datorum codem
De priuatis cuſtodibus eligendis, & de relationibus & pœnis eorum car. 84
Qualiter damnũ debeat emẽdari codẽ
De licentia domini poſſeſſionis qualiter excuſet uel non codem
Pater pro filio dominus pro ſeruo in dãnis datis qualiter teneatur codem
De abolitione & receſſione proceſſus car. 85
De præſcriptione proceſſus dãnorũ codẽ
De damnis occulte datis codem


De damno




De damno perſonaliter dato in horto cod.
De damno perſonaliter dato in uinea, blado,legumine uel canneto codem
De inciſione oliuarum,& aliarum arborũ fructiferum car. 86
De inciſione arborum ſylueſtrium& non fructiferarum codem
De dãno perſonaliter dato in pomis codẽ
De pena accipiẽtis alienũ fenũ uel paleã uel herbas pratiuas ſiue guardatas uel fraſcas uel alia ligna inciſa car. 87
De pœna incidentis uel roncantis ſepem alienã uel frangẽtis pontẽ aut foſſatum replentis,aut aliquid proiicientis in poſſeſſione alterius codem
De pœna accipiẽtis lapides, lateres aut cuppos ſeu ſtipulã euulſam, ſiue carpitã uel non de poſſeſſione alterius, uel herbam ligatam uel factam codem
De uia & ſemita nõ fiẽda per poſſeſſionem alterius perſonaliter uel cũ beſtiis codẽ
De uia propria ita tenenda q; non damnificet uicinæ poſſeſſioni 88
De pœna aucupantis cum cane in terris bladatis codem
De pœna accuſati negantis poſſeſſionem eſſe accuſatoris & econuerſo codẽ
De pœna tenentis canem & damnum dantis codem
De pena forenſis damnum dantis cum animalibus codem
Quod laboratores nõ ferant de fructibus ſine uoluntate domini codem
De pœna officialis damnorum datorum non ſeruantis ſtatuta codem
De damno dato cum beſtiis in blado,legumine,& prato,& terris ghiffatis uel bãnitis pro fœno codem
De dãno dato cum beſtiis in uinea, horto, uel canneto car. 89
De damno dato cum beſtiis in arboribus fructiferis uel pomis codem
De anſeribus anatris, pullis, gallinaceis,damnum dantibus in uineis hortis,& bladis codem
De damno dato in cãpo ſtopiato uel maieſato,& pratis ſecatis,& fructibus arborum ſylueſtrium codem
De impunitate dãnũ dãtiũ cũ beſtiis,de quibus collecta nõ ſoluit̃ car. 90
De damno dato in poſſeſſione cõis codẽ
De pœna dãnorum datorum de nocte codẽ
De pœnis& caſibus non ſpecificatis in ordinamentis codem
Qualiter liceat reducere beſtias repertas in damno codem
Qualiter primo cuſtos, deinde dominus animalis teneatur codem
De damno per beſtiarum tranſcurſum codẽ
De remiſſione damnorum datorum codẽ
De parte danda officiali damnorum codem
De pœna conducentiũ animalia reperta in territorio ciuitatis Eſii ducere extra territorium dictæ ciuitatis codem


Liber Sextus de appellationibus.


DE officio & iuriſditione iudicis appellationum ciuitatis Eſii car. 91
Quod appellatio ſufficiat interponi corã iudice a quo uel ad quem & de petitione appellatorum codem
De appellatione uiua uoce facta codem
In quibus caſibus nõ liceat appellare codẽ
Secundum quæ iura tam ciuiles quam criminales cauſæ terminentur codem
De modo procedendi ſuper appellationibus codem


EXPLICIT TABVLA.

M. OPPIO CAPITONI
Q. TAMVDIO. Q. F. T. N.
T. PRN. VEL. ANINIO SEVERO
EQVO PVBL. IVDICI SELECT.
EX. V. DECVR. TRIB. LEG. VIIJ
AVG. PREF. FABR. PATRONO
COL. AVXIM. ET COL. AESIS
ET MVNIC. NVMANAT.
ORDO ET PLEBS TREIES
PATRONO MVNICIPI
CVRATORI DATO. AB.
IMP. ANTONINO AVG.
L. D. D. D.

Gabinus Letus Libro de condita Italia.

ÆSIS Ciuitas antiqua, & illuſtris annis. II. Olympiadis. III. ab Aeſio picenorum Rege condita, non procul à flumine quod ab ipſo nomen ſumpſit, ut inquit Septimius Floridus lib. II. de urbibus Italiæ, & poſt tempus à Gallis egregiis ſtructuris exornata, cuius agri fertiles, & ameni ſunt, incolę uero Belligeri, honorifici, & magnanimi.

Onophrius in lib. III. Reip. Romanæ, loquens de Coloniis ſic dicit de Aeſi, Colonia Aeſis. Huius Coloniæ, nō niſi inuetuſtis his epigrāmatibus mētionē extare didici ſic.

PATRONO COL. AESIS. Item
PATRONO COL. AVXIM.
ET COL. AESIS
ET MVNIC. NVMANAT. Item
PLEBS COLON. AESIS

# IESVS ALTISSIMI REDEMPTORIS HVMANI GENERIS GRATIA ET ADIVTORIVM SEMPER ADSIT IN CVNTIS NOSTRIS OPERIBVS AMEN.

Procemium ſtatutorum communis & populi Ciuitatis Eſii eiuſq; comitatus fortiæ & diſtrictus fœliciter inchoemus.

CADVCA nimium humana fragilitas confeſtim libero arbitrio diſſoluta & cæcitatis caligine obumbrata in facinoroſos actus impetuoſe diſcurrens, & ut uerius cęcus, qui cęco lucernam claritatis luſtrare conetur. Ne dum ex hoc ſuam magnam illuminet cęcitatem, ſed ambo in foueam cadunt. Sic ipſa facta procliuior tum ſumma laſciuitate ſubuertitur ad peccandum. Eſt enim humana creatura turbine uerſo ſubiecta periculis & condigne ſubiecta legum præſidiis. Qua totum orbem perpetua ratione gubernat, & uelut almifica nutrix admonitionem, & correctionem ęquanimiter portans, & exhibens pœnæ formidine humanitas ipſa uiribus euacuata ſe abſtinet a peccato, & merito ille, qui cuncta uoluit de nihilo procreare iuxta legis dominium ſtimulum libidinis, & alios irrationales actus per legem ipſam refrenamus, pia diſpoſitione prouidit, ut cum iuſtitia totus orbis, & omnis creaturarum humanitas, quo aduixerit, gubernentur. Et compenſatis religione pietatis gratia uindicatione obſeruantia, & ueritate ipſa humanitas in peccando compeſceretur, quandocunq; Ne in tranſgreſſionis uitium irreuerenter incurrat. Compulſa ſuos nefandos amouens appetitus, ut deinceps recto tramite longetur & iniqua deuiat a ſemita ueritatis. Hinc eſt q; nos Ser Angelus Collo͡ctii, Antonius Angeli Ciues Eſini, & Stephanus Honofrii de caſtro Maxatii, & Ser Dominicus Bartoli de caſtro Plani, comitatiui dictæ ciuitatis Statutarii ciuitatis Eſii prædictæ ſuiq; comitatus fortiæ & diſtrictus per generale ac credentiæ conſilium dictæ ciuitatis adhoc ſolenniter & legitime deputati, ut patet manu eloquentiſſimi uiri Ser Lutiani de monte Actono Notarii, & Cancellarii communis & populi dictæ ciuitatis, uigore autoritatis & arbitrii eis per dictum conſilium conceſſi, & impenſi in Ieſus nomine fecerunt, ſtatueruut, & ordinauerunt, & decreuerunt ſtatuta, capitula, ordinamenta, & decreta, ſubſcripta ad laudem, gloriam, & reuerentiam ineffabilis Trinitatis, & altiſſimi Ieſus eiuſq; almæ Matris Beatiſſimæ Mariæ Glorioſiſſimæ Virginis, & Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & beatiſſimorum confeſſorum, & glorioſiſſimorum ſancti Septimii & ſancti Floriani, ſub quorum fœlici uocabulo ciuitas iſta meruit nuncupari protectorum, gubernatorum, interceſſorum, & defenſorum communis & populi ciuitatis Eſinæ, & eius comitatus & diſtrictus omniumq; ſanctorum ac ſanctarum Dei, ac totius cœleſtis curiæ triumphantis. Et ad honorem, ſtatum, & gloriam, & reuerentiam ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

IN DEI NOĪE Amen Anno D̄ni Milleṡ.º Vigenteṡ.ᵐᵒ

Pontificatus S.ᵐⁱ in xp̄o Pr̄is · D · N · D · Clementis diu:ᵃ Prouiden: PP Quinti Indict. Settima mensis Iunnij Anchonitani debellati fuerunt ab Æsinis ad castrum Camorate, et in dc̄o conflictu mortui fuerūt quatuor milia hōies de Anchona, et ibi dimiserūt Dentonia et Vexilla, et sunt ab Æsinis in ciuitate deducti captiui in carceribus Mille Anchonitani, et predicta reperta fuerūt in Ciuitate Auximi in quodam libro in mēbranis, in margine dc̄i libri, in lectione sc̄torum Viti, et Modesti, libro Vetustissimo, in domibus Ecc.ᵉ sc̄ti Petri foris Porte, in Passionario Sc̄torum Viti, et Modesti, et lr̄a Antiquissima



# ☞ LIBER PRIMVS ☜

¶De conſilio fiendo pro feſto Sancti Floriani protectoris noſtri. RVB. I.

PORRO iuxta legis præcepta ſicut parentes honorare ipſiſq; obedire debemus & iubemus. Ita maxime inter cætera cunctus populus Ciuitatis Eſii & ſui comitatus Beato Floriano confeſſori noſtroq; protectori coram altiſsimo Ieſu Chriſto redemptore noſtro, honorem, gloriam, reuerentiam, impendere totis uiribus in ſumma deuotione merito cohercetur, ut nullis ponderatis noſtris demeritis eius piis interceſsionibus, & deuotiſſimis orationibus Ciuitatem iſtam, & eius populum, a nefandis uexationibus, & cunctis malis perturbationibus redemptor omnium ualeat miſericorditer defenſare, & in unione & libertate perpetua conſeruare, irreuocabiliter hac lege ſancimus, quod ad honorem & reuerentiam indiuiduæ trinitatis, & beati Floriani, Poteſtas, Confalonerius, & Priores dictæ ciuitatis, qui pro tempore fuerint, teneantur & debeant uinculo iuramenti & ſub pœna .xxv. lib. deñ. de eorum ſalario, prædicto cōmuni applicandorum ſi contrafecerint, aut negligentes fuerint facere conuocare conſilium generale, & credentiæ ciuitatis, & comitatus prædicti, & ibi proponi, & proponi facere prædictum diem ante feſtum Beati Floriani de menſe Maii. Quid placet ipſi conſilio prouidere de feſto Beati Floriani celebrando, adhoc ut populus eiuſdem ciuitatis, & comitatus commodius ad ea quæ ad ipſum feſtum expediunt celebrando ſolenniter, ſe ualeant præparare. Et quicquid exinde extiterit ordinatum per dictos Poteſtatem Confalonerium & Priores executioni mandet.

¶De ſacramento fidelitatis ſanctæ Romanę Eccleſię per mares præſtando. Rub. II.

STatuimus, & pręſenti ſtatuto firmamus fidelitatem ſanctę Romanæ Eccleſię, tam per cōmune Ciuitatis Eſii, q̄ per ſingulares perſonas eiuſdem ſeruare. uidelicet, q quilibet Poteſtas ſeu Rector qui pro tempore fuerit & uenerit ad dictam ciuitatem infra ſecundam diem poſt introitum ſui officii, & Confalonerius, & Priores populi dictæ ciuitatis eodem tempore, uinculo ſacramenti, & pœna ipſi Rectori ſeu Poteſtati. L. lib. deñ. paruorum, teneantur & debeant congregare, & congregari facere generale conſilium dictæ ciuitatis & comitatus eiuſdem. Et in ipſo conſilio iurari facere, primo & principaliter, omnes & ſingulos in dicto conſilio exiſtentes, fidelitatem, obedientiam, & reuerentiam dictæ ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſanctiſſimi ſummi Pontificis ipſius, & illius qui pro tempore fuerit per ſanctam Romanā Eccleſiā Marchiæ Rectoris. Quod ſacramentū ſimiliter ipſi officiales pręſtent iuſſibus & mandatis licitis & honeſtis obedire, & ſequi bonū, pacificū, tranquillum, & quietum ſtatum cōmunis dictæ ciuitatis Eſii, ad deſtructionem omnium, qui contra dictum cōmune, & ipſius cōmunis pacificum ſtatum in aliquo attentauerint, uel perturbauerint tacite uel palam. Dicta tamen ciuitas & comitatus cōmune ipſius, ſtent & perſeuerent in omni obedientia & fidelitate pręfatę ſanctę Romanę Eccleſię, dicti ſummi pontificis, & ſuorū officialium, & prædicta omnia & ſingula oſculo pacis interueniente, cum bonorū ipſorum obligatione unanimiter & concorditer affirment & approbent. In cuius quidem conſilii conuocatione ſeu bānimento fiendo teneantur bānitores prædicere q ipſum conſiliū congregatur, ad fortitudinem ſtatus pacifici & tranquilli cōmunis ciuitatis prędictę pœna. V. ſol. cuiuſlibet conſiliario ad dictam congregationem non uenienti, per dñm Poteſtatē uel ſuos officiales auferēda de facto excuſationibus, & defenſionibus iuridicis nō exiſtētibus.



[illegible]

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

¶Quod quilibet de populo in ſua ultima uoluntate teneatur præcipere, ſub pœna benedictionis, & maledictionis de conſeruando fidelitatem ſanctę Romanæ Eccleſiæ. Rub. III.

SInguli de ciuitate comitatu & diſtrictu Eſii, teſtamentum ſeu modo alio ultimam uoluntatem diſponentes, teneantur in ſua diſpoſitione præcipere & ordinare, ꝙ omnes ſui filii & hæredes ſub pœna maledictionis perſiſtant ſemper in uera obedientia ac fidelitate ipſius ſanctæ Romanæ Eccleſiæ & ſui paſtoris, & illius qui pro tempore erit & eſt Legatus in Marchia pro ipſa ſancta Romana Eccleſia, & domini Rectoris Marchiæ, & nõ præſumant publice uel occulte in aliquo loco ſtare uel adeſſe, ꝙ ab eadem obedientia, & fidelitate per cõmune & homines ipſius cõis ciuitatis & diſtrictus Eſii in aliquo deueniant.

¶De feſtiuitatibus ſanctorum per commune Eſii honorandis. Rub. IIII.

AD infraſcriptorum ſanctorum ſuffragium aſſequendum, & ut eorum muniti præſidio ualeamus ab omni periculo & ruina nos defendere, & ſtatu lætari tranquillo, præſenti ſtatuto ordinamus, ꝙ ſingulis annis de bonis, & pecunia dicti communis ematur unum pallium ualoris & extimationis. xl. ſol. & portetur in feſto ſancti Floriani gubernatoris & defenſoris dictæ ciuitatis, quod portetur per dictum Poteſtatem Confal. & Prio. & alios nobiles dictæ ciuitatis de mane in dicto feſto, & cum ſancto Georgio nouiter induto & ornato, & dupleriis emendis per dictum cõmune, & dandis Poteſtati, Confalonerio, & Prioribus, nobilibus, & conſiliariis prædictis & offerendis per eos, & relinquendis præsbyteris dictæ Eccleſiæ. ¶Item ꝙ Confalonerius & Prio. dictæ ciuitatis debeant & teneantur ordinare, ꝙ homines ciuitatis, & comitatus debeant in dicto feſto ſancti Floriani loco cerei iam ordinati, & conſueti pallia exigenda per retinentes aſinos & boues, tam in ciuitate q̃ in comitatu more conſueto, hoc modo uidelicet. Quod quicunq; habent & retinent boues q̃uis ſint plura paria ſoluant pro uno iugo tantum & non plus. Reliqui uero retinentes unum bouem uel unum par boum ſoluant pro rata prout retinent, & prout hactenus facere conſueuerunt pro tempore. Quæ quidem pecunia pro dictis palliis exigatur tempore opportuno ante dictum feſtum per cultorem ciuitatis & ſyndicos caſtrorum, & conuertatur pro dictis palliis. Quæ pecunia deueniat in manibus operariorum dictæ Eccleſiæ ſancti Floriani. Portentur autem dicta palia poſt portationem ſancti Georgii, & ſequantur ea omnes uſq; ad eccleſiam ſancti Floriani, nec ſecedant a dicta Eccleſia prout uidebitur & placebit prædictis domino Poteſtati, Confalonerio & Prioribus, & omnes artes cum eorum paliis imitentur. ¶Item ſumpto prandio in dicto feſto curratur pallium equeſtre ualoris. CC. ſol. & plus arbitrio dominorum Confalonerii & Priorum. In feſto glorioſæ uirginis Mariæ de menſe Martii, ematur unus cereus ualoris. xl. ſol. per Camerarium communis, & portetur ad dictam Eccleſiam per dictum Poteſtatem Confal. & Prio. & conſiliarios dictæ ciuitatis, cum faculis & candelis accenſis, & ibidem offerantur per eos ad altare dictæ Eccleſiæ.

¶In feſto ſancti Petri Martyris, & ſancti Marci. Rub. V.

AD Eccleſiam cuiuſlibet dictorum ſanctorum portetur expenſis communis unum pallium ualoris. xl. ſol. per Poteſtatem Confalonerium Priores, & conſiliarios dictæ ciuitatis, dictis diebus feſtiuis, ſancti Petri Martyris, & ſancti Marci portetur ad quãlibet earum per quamlibet artem unum pallium. x. ſol.

¶De



¶De uenerando colendo, & honorando corpus domini noſtri Ieſu Chriſti. Rub. VI.

AD uenerandum, colendum, & honorandum corpus & ſanguinem domini noſtri Ieſu Chriſti, quo cuncti chriſtianæ fidei ſperant ad regna cœleſtia remeare, honorifice colere cupientes, præſenti ſtatuto firmamus. Quod quolibet anno, in quo dictum feſtum celebratur diuinum: ad reuerentiam dicti feſti: prima die quo dictum feſtum celebratur bandiatur per totam ciuitatem de ſero. Quod omnes homines mares, & mulieres, teneantur & debeant de mane diei ſequentis ire ad eccleſiam epiſcopatus, & ſequi debeant corpus altiſſimi domini noſtri Ieſu Chriſti deferendum per dictam ciuitatem totã modo, & ordine infraſcripto, uidelicet. Quod in dicto feſto emantur per camerarium cõmunis duo cerei ualoris. xl. ſol. pro quolibet & portentur per Poteſtatem Confalonerium & Priores, & conſiliarios ad dictam eccleſiam epiſcopatus, & dictum corpus ſanctiſsimũ eleuetur per manus honeſtiſſimi ſacerdotis ſenioris religioſi, & ſecularis eligendi per dictos dominos Confalonerium, & Priores in dicta eccleſia epiſcopatus, & portetur per dictam ciuitatem cum dictis cereis accenſis per dictum ſacerdotem, & eum ſequatur per totam ciuitatem, & cum toto clero, Poteſtas cum ſuis officialibus, & familia, Confalonerius & Priores, & omnes conſiliarii conſilii credentiæ, & omnes mares, & fœminæ dictæ ciuitatis, & circuita ciuitate reuertatur ad dictam eccleſiam, & ibidem omnes ſequentes eum reſidentiam faciant ad reuerentiam tantæ ſolennitatis. Nec ipſa die portæ ciuitatis aperiãtur donec diuina celebrantur officia, pœna cuilibet ipſorum qui non interfuerit uel contrafacienti. v. ſol. pro quolibet auferendorum de facto per dominum Poteſtatem uel eius officiales. Hoc tamen addito ꝙ ad honorandum dictum beatiſsimum corpus Chriſti omnes homines de conſilio credentiæ dictæ ciuitatis debeant apportare ſuis ſumptibus unũ dublerium ſeu faculettam ſecundum eorum facultatem accenſam, & demum dictas faculettas eis liceat ad domum reportare, ſi eis placuerit, ſub pœna. x. ſol. contrafacienti, & dictam pœnam totiens poſſit, & ualeat exigi per officialem extraordinariorum quotiens fuerit contrafactum per aliquem ex dictis conſiliariis.

¶De feſtiuitatibus & feſtiuis diebus colendis, & uenerandis in dicta ciuitate & eius comitatu & diſtrictu. Rub. VII.

STatuimus & ordinamus, ꝙ ſinguli dies dominicæ, quæ uocatur dies ſolis, & dies natiuitatis domini noſtri Ieſu Chriſti, dies Circuncisionis, Epiphaniæ, Paſchatis, Reſurrectionis domini noſtri Ieſu Chriſti, Aſcenſionis, & Pentecoſtes, dies Veneris ſancti, dies feſtiuitatis corporis Chriſti, feſtiuitates Virginis Mariæ, quæ ſunt de menſe Martii, Auguſti, Septembris, & Februarii Conceptionis, ſancti Ioſeph mariti intemeratæ Virginis, & ſancti Thomæ de Aquino, feſtiuitates omnium apoſtolorum, & euangeliſtarum, feſtum ſanctę Crucis de menſe Maii, ſancti Michaelis de menſe Septembris, ſanctorum Saluatoris, Septimi & Floriani, ſancti Nicolai, ſancti Laurentii, ſancti Dominici, ſancti Franciſci, ſancti Auguſtini, ſancti Hieronymi, ſancti Petri martyris, ſancti Gregorii, ſancti Ambroſii, ſancti Ioannis Baptiſtæ, ſanctæ Mariæ Magdalenæ, ſanctæ Luciæ, ſanctæ Catharinæ, ſancti Antonii de Viẽna, ſancti Georgii, ſancti Sauini, feſtum omnium ſanctorum, & omnes feſtiuitates, quorum uocabula ſunt in caſtris dicti comitatus, per homines dictorum caſtrorum cuſtodiantur & colantur, in ipſis diebus feſtiuitatibus, & qualibet earum ab omni opere artificio in ciuitate, comitatu, & diſtrictu dictæ ciuitatis Eſii. Omnemq; artificem laboratorem, ab eius artificio, & laborerio uolumus abſtinere. Et in his feſtiuitatibus, & qualibet earum nullum mercatorem, ſpeciarium, uel alium ſtationarium ſuas ſtationes uolumus tenere apertas ſine licentia domini poteſtatis & ſuorum



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

officialium, pœna cuilibet contrafacienti .x. ſol. imponenda, per dominum poteſtatem & ſuos officiales de facto auferenda. ¶ Teneatur etiam dominus poteſtas dictę ciuitatis unum ex ſuis officialibus uinculo ſacramenti & pœna .x. lib. de ſuo ſalario, ſingulis diebus feſtiuis mittere per dictam ciuitatem, & territorium ipſius, & officiales caſtrorum per eorũdem territorium, dummodo die præcedenti dictum feſtum banniri faciant per ciuitatem & caſtra: ꝙ ſequentis diei feſtum ab omnibus cuſtodiatur & ueneretur reuerenter. ¶ In die uero qui eſt dies fori, ſi contigerit aliquam earum feſtiuitatem eſſe, liceat cuilibet mercatori, ſpeciario, & cuilibet alteri ſtationario dictæ ciuitatis, tam pro uendendo: q̃ pro emendo ſuas ſtationes tenere apertas impune. In aliis uero diebus feſtiuis, liceat ſpeciariis, & ferratoribus cauſa ferrandi tantum, barberiis cauſa diminuendi ſanguinem tantum, hoſtium apertum & luminaria ſtationem ſeu ſtationes eorum apertas libere & impune. Calceolarii & alii artifices in diebus ſabbati a ueſperis in poſterum a ſuis laboribus abſtineant. ¶ Liceat autem in dictis feſtiuitatibus, & qualibet earum cuilibet ligna groſſa pro ędificio faciendo & reficiendo apportari: & fœnum, paleas, herbas tantum pro ipſa die pro beſtiis & aliis eorum animalibus nutriendis. Contrafacientes uero in prædictis uel aliquo prædictorum, pœna ſupradicta puniantur: & de facto ab eis auferatur per dominum Poteſtatem uel eius officiales. Saluo ſemper & reſeruato in ſuo roboris firmitate ſtatuto infraſcripto de feriis & feriatis diebus.

### ¶ De electione noui Poteſtatis. Rub. VIII.

STatuimus & hac lege firmamus, ꝙ poteſtas ciuitatis Eſii eligi debeat modo infraſcripto, uidelicet. Quod domini Confalonerius, & Priores ciuitatis, pœna .xxv. lib. deñ. pro quolibet & qualibet uice qua contrafecerint, primo menſe regiminis poteſtatis in conſilio generali extrahi faciant de capſettis ſeu burſiis, ubi ſunt officiales electores noui poteſtatis. Qui quidem electores infra menſem a die extractionis numerandum, eligi per ſe uel alium faciant nouum Poteſtatem, pœna .L. lib. deñ. pro quolibet & uice qualibet qua contrafecerint. ¶ Tempore uero electionis fiendæ de dicto poteſtate ſibi dicatur uel exprimatur quantitas ſalarii, & numarus officialium & familiarium, cum modis, pactis, & conditionibus infraſcriptis. uidelicet. Dictus dominus poteſtas ſecum ducere uel habere, ac retinere debeat, unum bonum, & ualentem iudicem, qui iudex debebit ciuilium, & criminalium officium exercere, unum bonum & idoneum militem ſocium litteratum ætatis triginta annorum ad minus. Vnum notarium idoneum & expertum ad officium maleficiorum, & alterum alium notarium extraordinariorum deputatum. Vnum domicillum, & ſex familiares ſiue berruariuos bonos & aptos ad arma portandum. Vnum equum ualoris .xx. ducatorum. Non ducat ſecum aliquem iudicem qui ſit de aliqua terra prope dictam noſtram ciuitatem per uiginti miliaria. Nec aliquem officialem ducere uel retinere poſſit, qui propter ſuam officii malam adminiſtrationem, in dicta noſtra ciuitate fuerit condemnatus. ¶ Perſona Poteſtatis & ſuorum officialium, & familiarium poſt finitum officium refirmari non poſſit, nec eſſe ad aliquod officium, uel miniſterium, ac ſeruitium dicti communis uſq; ad tempus per noſtra ſtatuta & ordines limitatum. ¶ Debeatq; in dicto officio continue perſonaliter reſidere: & non pernoctare durante ſuo officio extra dictam ciuitatem, niſi de expreſſa licentia conſilii generalis ciuitatis & comitatus. Et tunc pro utilitate communis dictæ ciuitatis, ſed pro ſua utilitate & commodo nullo modo, pœna .xxv. lib. uice qualibet, & die quolibet. Pro carceratione alicuius uel cuſtodia, nihil habere debeat, tam in ciuilibus, q̃ in criminalibus, & damnorum datorum. ¶ Inſuper ultra ſupraſcriptum ſalarium, & infraſcripta emolumenta, & alia ex forma ſtatutorum noſtri communis permiſſa, & conceſſa nihil debeat percipere





uel habere. Pro debito uero fiſcali noſtri communis, & condemnationibus etiam ueteribus, & collectis, & aliis exigendis per commune, ut infra nihil habere debeat, niſi ſolummodo in comitatu expenſas ſecundum diſcretionem quattuor caſtrorum, dum contigerit accedere pro debito fiſcali tantum, & non quando iret etiam pro aliis priuatis debitis. & etiam pro fiſco, quorum nullas habere debeat expenſas, ſub pœna. xx. lib. de facto ab eo, & poteſtate exigendarum, & illarum ſolutione. Nullumq; ſeruitium, nec munus & enxenium ſuo durante offitio recipere debeat ſed ſuo tantum ſalario, & emolumentis ſibi ex forma noſtrorum ſtatutorum, & ordinamentorum conceſsis contentus eſſe debeat, chartam, ceram, & atramentum pro ſuo officio opportunum mittere, & habere debeat ſuis ſumptibus & expenſis. ¶ Venire namq; debeat ipſe ſui officiales, & familiares ad noſtram ciuitatem prædictam, & in ipſa ciuitate perſonaliter eſſe per unum diem ante ſemeſtre prædictum. Et ſui ac ſuorum officialium aduentus mora, ſeu manſio, ac reditus erit & eſſe debeat omni ſuo riſchio, periculo, & fortuna, & ſumptibus & expenſis. Et ſi (quod abſit) ſuo durante officio perſonam dicti poreſtatis uel iudicis mors raperet ſibi pro rata tantum temporis ſatisfiat. ¶ Manere ſiquidem teneatur cum omnibus & ſingulis ſupradictis, ad continuum dicti regiminis, & officii exercitium perſonaliter, & non per uicarium uel ſubſtitutum per totum tempus prædictum, & eo finito continuis quinq; diebus ad ſyndicatum ſeu rationem reddendam, cum dictis ſuis officialibus & familiaribus, ac ſimiliter permanere atq; interim tertiam partem ſui ſalarii penes camerarium noſtri communis eſſe per modum depoſiti, donec dictus ſyndicatus per abſolutionem uel condemnationem, quod abſit ſententialiter diffinitur. ¶ Inſuper non poſſit nec debeat durante tempore ſui officii prædicti ſyndicati. Et ſi ſyndicatur infra dictum tempus, ſyndicatus talis nullius ſit ualoris, & ſoluere debeat, & relinquere in dicto communi tertiam partem infraſcripti ſui ſalarii. Si ſyndicatus ſuus fieret infra dictum tempus. ¶ Demum relinquere debeat de ſuo proprio duas pateras de argento ligarum octo, & unciarum octo aſſignandas per ipſum ante acceptum iuramentum, alias non admittatur ad iuramentum, & officium exercendum in commune prędicto ſi contigerit poteſtatem non emiſſe. ¶ Salarium uero ꝙ a noſtro communi recipere debeat pro ſe, & ſuis officialibus, familia & equo prędictis erit, centum ſexaginta ducatorum, ad rationem .xl. bononinorum pro quolibet ducato, noſtræ uſualis monetæ, in hac ciuitate currentis nunc. ¶ In his enim conditionibus in hoc ſtatuto adiectis, quod ipſe poteſtas non procurabit, nec aſſentiet, ꝙ infra dictum tempus ſui officii ſuum ſalarium prædictum augeatur. ¶ Et ꝙ ſi ipſe poteſtas uel aliquis ex ſuis officialibus contigerit condemnari tempore eorum ſyndicatus, aut ante uel poſt aliqua ratione uel cauſa, nunq̃ poſtulabit uel recipiet ipſe poteſtas uel aliquis ex officialibus prędictis a commune eorum uel aliquo quocunq; commune domino ſeu rectore aliquas repręſalias, nec eis ſi concederentur, utentur contra commune uel ſingulares perſonas huius ciuitatis uel ſui diſtrictus, quibus repręſaliis renuncient expreſſe nomine ſuo, & cuiuſlibet præmiſſorum ſuorum officialium cauſa, & remiſſione plenaria, de quibus de rato ſolenniter promittat, & ꝙ ſic obſeruabitur & firmum eſſe debeat. Et poſt ſuam acceptationem id legitime reformari faciat, in opportunis conſiliis ciuitatis ſiue quam reformationem ſecum in formam publicam portabit. Et Canecllario noſtri communis dabit, & aſſignabit in principio ſui officii. ¶ Pręterea non debeat dictus poteſtas ſecum ducere uel tenere aliquem iudicem uel officialem, qui deuetum haberet in dicta noſtra ciuitate ſecundum formam noſtrorum ſtatutorum, quod tempus deueti in iudice, & aliis officialibus in electione mittenda ſpecifice exprimatur. ¶ Quando uero fieret electio dicti domini Poteſtatis de aliquo ualente iudice, neceſſe non habeat ipſe Poteſtas alium iudicem ſecum ducere. Sed teneatur & debeat omnes alios Officiales, Domicellum, & Familiares, & Berruarios, & equum

eum modis, pactis, & conditionibus, conuentionibus, & aliis infraſcriptis, & cum eodem ſupraſcripto ſalario, aliis in contrarium facientibus non obſtantibus. ¶ Teneatur itaq; & debeat dictus dominus Poteſtas exigere, & exigi facere omnes, & ſingulas condemnationes factas, & latas collectas ſeu datiuas impoſitas, tam tempore ſui officii, q̄ tempore officii ſuorum prædeceſſorum, pœna. x. lib. quas deueniri faciat ad manus Camerarii communis, & cultorum dumtaxat ſine aliqua mercedis ſolutione. Non poſſit itaq; nec debeat dictus Poteſtas aliquem noſtrum ciuem habitantem, & comitatiuum noſtræ ciuitatis cogere uel ei præcipere uel mandare, ꝙ ipſi dent uel mutuent lectos linteamina uel coopertoria lectorum, tam ſibi, q̄ ſuis officialibus, & familiæ. ¶ Declarato tamen hic & expreſſo uolumus in præſenti uolumine huius electionis, ꝙ iudex & aſſeſſor eius Poteſtatis quem ſecum habebit in dicto officio, teneatur & debeat conſulere in omnibus cauſis dicti noſtri communis criminalibus, & ciuilibus, tam emerſis tempore ſuo, q̄ in officio prædeceſſorum de ipſorum curia, & deductis ad tribunal iudicis appellationum dicti communis, q̄ tempore ſuo de ſua curia emergentibus, & uenientibus ad tribunal ſupradicti iudicis appellationum, & eas cauſas defendere iuxta ritum iuris, in omnibus & per omnia, & ad omnem requiſitionem, tam communis prædicti, q̄ ſyndici ſupradicti communis ad omnes cauſas dicti communis deputati. Et in ſupradictis cauſis pendentibus, & emergentibus tantum coram ſupradicto iudice appellationum, ſanum, & utile conſilium ſuum præbere abſq; mercede aliqua accipienda de dicta cauſa a communi prædicto uel a quoq̄ de prædicto communi. ¶ Teneaturq; dictus Poteſtas & eius officiales uinculo ſacramenti, & pœna. xxv. lib. deñ. de ſuo ſalario auferenda ſine remiſſione aliqua ad omnem requiſitionem notariorum damnorum datorum cuſtodię, & cultoris in ciuitate, & comitatu, capitaneorum caſtrorum, & ſyndicorum, pro exercendo eorum officium, dare & præſtare auxilium, conſilium, & fauorem, & officiales, & famiiliares pro exequendo ea quæ ipſis, & cuilibet prædictorum fuerint neceſſaria, & opportuna ratione eorum officii, & executionem facere contra inobedientes realiter, & perſonaliter, prout, & ſicut, & quomodo erit expoſitum ſecundum uoluntatem dominorum Priorum. Et omnia legaliter, & fideliter faciat ſecundum formam ſtatutorum, & ordinamentorum communis prædicti.

## ¶ De iuramento Poteſtatis, & autoritate & officio. Rub. IX.

ORdinamus & ſtatuimus, ꝙ Poteſtas ciuitatis Eſii ſit & eſſe intelligatur iudex ordinarius ipſius ciuitatis, & eius comitatus, & diſtrictus, & habeat, & habere debeat, & intelligatur, ac ſit ei attributa data & conceſſa Poteſtas, & omnis iuriſditio cum mero, & miſto imperio, & etiam cuiuſcunq; iuriſditionis cum gladii poteſtate & ſine, tam in ciuilibus, q̄ criminalibus cauſis & mixtis, autoritate præſentis ſtatuti, & ſine alicuius iuriſditionis reſeruatione, & habeat & habere debeat eius iudex per ipſum deputatus, autoritatem & poteſtatem inquirendi, & procedendi niſi per formam ſtatutorum aliud caueretur per omnem uiam, & iuriſditionem, in omnibus & ſingulis ciuilibus mixtis, & ad omnes & ſingulos actus, & in omnibus & ſingulis actibus, in iudicio & extra occurrentibus ſeu uenientibus, circa criminalia ſeu mixtas cauſas uſq; ad ſententiam incluſiue. Quæ ſententiæ per dominum Poteſtatem tantum proferri debeant, & non per alium uel aliquem eius iudicem uel officialem, uel uicarium, niſi in caſu abſentiæ, uel alterius legitimæ cauſæ, uel iuſti impedimenti, quo caſu per uicarium eius in criminalibus, ſeu mixtis ſententiæ proferantur. Et iuret Poteſtas ad ſancta dei euangelia, manu corporaliter tacto libro, gubernare, conſeruare, regere, & manutenere propoſſe ciuitatem Eſii eiuſq; comitatus, & diſtrictus iuriſditiones, res & bona mobilia & immobilia, ac priuilegia ſocietatis,



cietatis, & collegium populi dictæ ciuitatis, & diſtrictus, ad exaltationem, magnificentiã, & honorem ſacro ſanctæ Romanæ Eccleſiæ: Sanctiſſimi domini noſtri papæ. Et ſi qua bona cõmunis dictæ ciuitatis eſſent perdita recuperare, & dare ad recuperandum operam & opem toto poſſe, credentias dicti cõmunis ſecretas tenere, & ipſas alicui aliqualiter non reuelare, & dare ſemper melius conſilium pro cõmuni. Statuta omnia huius uoluminis, & reformationes, & omnia facta & fienda, & ordinamenta ſine aliqua diminutione uel exceptione ſeruare, & ſeruari facere, & ſuis officialibus fieri facere, ſeculares, & eccleſiaſticas perſonas, uiduas, pupillos, orphanos, & alias miſerabiles perſonas, & omnes alias in eorũ iuribus conſeruare. Confalonerium & Priores populi, collegium populi, & omnes artes, ipſumq; populum totum, & eius libertatem, & pacem manutenere, regere, & gubernare, ac fauere propoſſe, permanere perſonaliter continue per ipſum, & ſuos officiales in dicto officio toto tempore eorum, & cuiuſcunq; eorum ſui officii, & toto tempore ſyndicatus, & ab eo non diſcedere aliqua ratione uel cauſa de dicta ciuitate Eſii, & eius diſtrictu uſq; ad finem ſui officii pernoctando, niſi in ſeruitium dicti cõmunis ciuitatis Eſii, quo caſu cum licentia, & mandato communis ualeat pernoctare, & ſe abſentare. Ad ſuam uero patriam, uel ad alium locum pro ſua utilitate, uel commodo ad aliquod officium uel rectoriam extra ciuitatem, & comitatum non poſſit accedere ſine expreſſa licentia conſilii generalis, pœna. xxv. lib. deñ. pro qualibet die & uice qualibet. Et de dicto officio ſuo reddere rationem ſecundum formam ſuæ electionis, & litterarum ſibi pręſentarum, de ipſo officio cum officialibus omnibus famulis, domicellis, & equis, ſe publice obliget principaliter, & teneatur in omnem caſum, arbitrium non petat, nec peti faciat in conſilio, nec aliquid aliud contra formam ſtatutorum ciuitatis prædictæ, nec proponi faciat de ſua refirma. Nec de nouo eligatur in poteſtatem, nec operam dabit ad prædicta, durante tempore prohibitionis ſecundum formam noſtrorum ſtatutorum. Contentus erit de ſalario ſuo ſine aliquo emolumento, & plus non petet uel recipiet directe uel per obliquum aliquo quæſito colore per ſe uel ſuos officiales uel familiares, uel aliam ſubmiſſam perſonam. Et ſi contigerit ꝙ aliquis ex ſuis officialibus, uel familia occaſione alicuius ſui officii, per rationatores communis Eſii, uel per ſuum ſyndicum condemnati eſſent non petat aliquas repreſalias, nec accipiat, nec uſus erit ab aliquo commune contra commune uel ſpecialem perſonam aliquam huius ciuitatis, caſtri, uel terræ, quæ per dictam ciuitatem tenerentur uel tenentur occaſione alicuius condemnationis quæ fieret de ipſo uel aliquo de familia ſua. ¶ Seruitium, uel enxenium aliquod non recipiet a ciuibus, nec ab aliquo habitatore: uel comitatenſe: uel diſtrictuali huius ciuitatis: cum aliquo ciue uel diſtrictuali non comedet: nec cum habitatore: nec etiam bibet niſi cum domino Confalo. & Prioribus: & niſi contigerit ipſum accedere pro factis cõmunis extra ciuitatem per comitatum dictæ ciuitatis. ¶ Item teneatur Poteſtas facere monſtras de ſe ſuiſq; officialibus domicellis: familia & equo ſecundum formam præcedentis capituli. ¶ Item teneatur & debeat dictus dominus Poteſtas legere & legi facere criminales ſententias in conſilio generali dictæ ciuitatis Eſii pręſentibus duobus ex dominis Prioribus, Cancellario, & Camerario cõmunis prædicti, & non aliter, pœna. L. lib. deñ. qualibet uice, & eidem Cancellario, & Camerario aſſignare in chartis membranis copiam dictarum ſententiarum criminalium per notarium maleficiorum, qui eas ſcripſit ſeu legit, ſtatim lectis ipſis ſententiis, pœna Poteſtati contrafacienti. C. lib. deñ. pro qualibet uice. Et notario maleficiorum. xxv. lib. deñ. pro qualibet uice. Et in fine dicti ſui officii per ſex dies ante, teneatur & debeat reſtituere, & conſignare dominis Confalonerio & Prioribus dictæ Ciuitatis omnes eius libros, proceſſus & ſcripturas in infilſas per inuentarium ligatas & bullatas bulla dicti cõmunis: & dñi poteſtatis dummodo dicti libri ſint cooperti chartis pecu

dis.Et in cooperta dicti libri ſint depicta arma dicti Poteſtatis uel Rectoris ſub dicta pœ
na.Et non poſſit Poteſtas ſiue rector prędictus per ſe uel alium aliquam rem ſeu pecuniæ
quãtitatem recipere uel habere ab aliqua perſona occaſione carcerum ſeu cuſtodiæ.L.lib.
deñ.pœna de facto ſibi auferenda.¶Item non poſſit dictus Poteſtas uel eius officiales in
eius palatio ſeu carceribus,niſi in carceribus communis aliquem detinere per unam diem
uel carcerari ſeu detineri facere aliquem pro debito captum ultra unam diem niſi in dictis
carceribus,pœna.x.lib.deñ.¶Pro crimine uero uel delicto pro quo ueniret pœna perſo-
nalis imponenda,principaliter,uel ſub conditione,uel quomodocũq;, dictus Poteſtas nil
debeat percipere a delinquente,pro dicta detentione.Sed teneatur cuſtodire, & cuſtodiri
facere dictum delinquentem ſine aliqua pecunia perſoluenda,niſi pro ſolis expenſis.¶Ha
beat uero officialis domini Poteſtatis,cum eius familia,pro quolibet capto pro debito ci-
uili in platea, uel intra dictam ciuitatem.ſol.x.In comitatu uero , & extra dictam ciuita-
tem habeat pro quolibet die.ſol.xx.¶Pro debito uero fiſcali gratis , & ſine aliqua ſolutio-
ne ingredi teneatur,in omnibus locis dicti comitatus, & habeat dictus officialis, & fami-
lia a ſyndicis caſtrorum pro ſe & equo,ſumptus,& expenſas, ſumptibus tamen,& expen-
ſis male ſoluentium ſecundum q; ſyndicis caſtrorum uidebitur conuenire. Et generaliter
omnia & ſingula obſeruabit,& obſeruari faciet per ſuos officiales, & familiam , bona fide
& ſine fraude, remotis odio,amore,timore,precibus, & omni ſpeciali cõmodo, & incom-
modo quę ad ſuum officium dignoſcitur ſpectare,& ſi deus ſaluet , & eum adiuuet, & ad
ſancta dei euangelia,ſub uirtute ſui ſacramenti, & obligatione omnium ſuorum bonorũ,
& ad pœnam in ſtatuto contentam. In quibus ſi per ſe fuerit aliqualiter contrafactum
uel uentum,pœna.cc.lib.deñ. in ſingulis capitulis ſupradictis,in quibus ſpecialiter pœna
non eſſet appoſita,& in quibus per dictum dominum Poteſtatem contentum eſſet , uel
non obſeruatum fuerit. Et hæc omnia & ſingula obſeruari promittet Cancellario dicti
cõmunis pro ipſo cõmuni uel ſyndico dicti cõmunis ſolenniter,pro ipſo cõmuni receptis,
& ſpecialibus perſonis quorum intererit,& hæc omnia tempore iuramenti per Cancella-
rium dicti cõmunis,qui pro tempore fuerit,legantur & præſententur in hiis ſcriptis, & in
formam publicam redigantur.¶Item teneatur dictus dominus Poteſtas in principio ſui
officii mittere pro omnibus & ſingulis conſiliariis de conſilio, & credentiæ, & eos iurare
facere de ueniendo ad conſilium quando fuerit bannitum,& eis notificum per præconem
& baiulum, pœna ſi omitterent.x.lib.

¶De deueto officialium forenſium. Rub. X.

STatuimus & ordinamus,q; nullus qui fuerit Poteſtas ciuitatis Eſii poſſit ad dictum
officium eligi uel aſſummi uſq; ad quinq; annos proxime futuros computandos a die
finiti ſui officii,& nullus qui fuerit iudex uel uicarius poteſtatis, poſſit iudex uel uicarius ,
uel ad aliquid aliud officium in dicta ciuitate ad tres annos computandos a die finiti ſui
officii,eſſe uel aſſummi poſſit,& ſi ſecus fuerit, electio ſit nulla,& nullius momenti ipſo fa
cto Miles & Not.uel aliquis ipſorum non poſſit aliquod officium habere infra unum an
num,incipiendo a die finiti ſui officii,& ſemper in electione fienda de dicto Poteſtate ciui
tatis prędictę de dictis deuetis habeatur mentio ſpecialiter & expreſſa.¶Item q; quicũq;
Poteſtas qui fuerit in dicta ciuitate,qui occaſione ſuę malę adminiſtrationis uel geſtionis
fuerit condemnatus,uel quicunq; iudex uel uicarius,uel quicunq; alii,qui in dicta ciuitate
habuerunt,& exercuerunt aliquod officium,qui occaſione ſuę malę adminiſtrationis uel
geſtionis fuerit uel fuerint condemnati,non poſſit uel poſſint de cętero in dicta ciuitate
& eius comitatu aliquod officium habere,uel exercere,nec eligi uel aſſummi . Et ſi ſecus
fuerit facta electio ſit nulla ipſo facto. ¶Item ordinamus,q; Poteſtas prædictus dictæ
ciuitatis teneatur de omnibus & ſingulis,commiſſis,factis,& perpetratis,& neglectis per
ſuos



ſuos officiales uel familiares,uel aliquem ipſorum in dicto officio, & tempore dicti offi-
cii,& de omnibus & ſingulis quæ committerentur per ſuos officiales,& familiares,uel ali
quem ipſorum,dñs Poteſtas teneatur ſoluere pœnã,& cõdemnationem factam uel fien-
dam de tali delinquente,ac ſi ipſemet poteſtas deliquiſſet principaliter ex nunc intelliga-
tur autoritate pręſentis legis fideiuſſor,omnium & ſingulorum ſuorum officialium, & fa
miliarium , & cuiuſlibet ipſorum , & etiam teneatur pro debitis factis tam per ſe quam
ſuos officiales , durante tempore ſui officii.Et intelligatur autoritate præſentis ſtatuti be-
neficio fideiuſſionis,& cuilibet alii beneficio competenti, uel competituro, uel q; compe-
teret uel competere poſſet dicto Poteſtati, occaſione prædicta renunciaſſe.

¶De pœna Poteſtati imponenda facienti contra ius uel formam ſtatutorum dictæ
ciuitatis,& eius officialibus. Rub. XI.

POteſtas & cæteri officiales ciuitatis Eſii & eius comitatus obſeruent omnia ſtatuta
condita & approbata,tamen primo per Reuereñ. dominum Legatum Marchiæ, &
condenda in dicta ciuitate dũtamen non ſit contra libertatem, & ſtatum ſanctæ Roma-
næ Eccleſiæ, uel dictum Reuereñ.dominum Legatum Marchiæ,& aliquos eius officia-
les & contra ea alicui non faciat,nec contra dicta ſtatuta, aliquem condamnet , nec faciat
dictis ſtatutis uel alicui ipſorum aliquem renunciare cogat,nec abſolutionem alicuius ſta
tuti communis petat in aliquo conſilio uel parlamento,pœna poteſtati imponenda , uel
exigenda de facto ſine aliquo proceſſu.L.lib. deñ. & cuilibet alii officiali etiam.xxv. lib
deñ. ſi contrafecerit in prædictis uel aliquo prædictorum.

¶De imbuſſulatione dominornm Conſalonerii & Priorum, & officialium caſtro-
rum,& modo & forma accipiendi de ſcattulis,& extrahendi eos,& de con
ſeruatione ſcattularum prædictarum. Rub. XII.

STatuimus & ordinamus,q; capſetta ſeu ſcattula in qua ſunt burſiæ dominorum Con
falonerii & Priorum ciuitatis Eſii , & alia in qua ſunt alii officiales communis , per-
maneant in Archiuio ſeu capſa magna . Quod Archiuium ſeu capſa poſitum eſt ſeu po-
ſita eſt in ſacriſtia Eccleſię maioris epiſcopatus dictæ Ciuitatis:& claues dicti Archiuii
ſeu capſæ ſint & eſſe debeant tres.Quarum una ſit & eſſe debeat penes Confalonerium
& priores . Alię duę:penes duos ciues eſſe debeant & ſint : uidelicet una pro quolibet
eligendos & ordinandos per Magnificos Dominos Cõfalonerium & Priores,& electos
ad reficiendum regimen dictæ Ciuitatis:& quando erunt extrahendi domini Confalone
rius & Priores & alii officiales ſeruetur hic ordo.uidelicet.Quod adhibitis prædictis ha-
bentibus dictas claues:& bandito die præcedenti conſilio generali dictæ ciuitatis Eſii por
tetur dicta ſcattula ſeu capſetta ubi ſunt burſiæ per familiarem Dominorum Confalone
rii & priorum cum tubis ſolenniter in conſilio prædicto aſſociãtibus in acceſſu & receſſu
uicario domini Poteſtatis:& duobus dictorum dominorum Priorum.Et facta extractio
ne in ſimili modo reportetur, & extractio ſic fiat. uidelicet. quòd aperta capſetta ſeu
ſcattula per Cancellarium communis accipiantur burſiæ, & in quodam baccili de octo
ne omnes palluttæ, quæ ſunt in dictis burſiis , reuoluantur . Et Cancellarius alto mo
do teneat dictum bacile coram domino Poteſtate Confalonerio , & Prioribus .
Qui dominus Poteſtas manu propria extrahat unam palluttam de illo bacili , &
palam ponat eam in manu Cancellarii . Qui tenendo alte eam aperiat , & publi-
cet extractos intus . Et qui reperiuntur in chartutia , quæ eſt in ipſa pallutta ,
ſint Confalonerius , & Priores , uel alii Officiales pro tempore , & qualitate

ordinati. Et remanentes in dicto bacili reponantur in dictis burſiis, & palam reclaudantur, & reponantur in dicta ſcattula ſeu capſetta, & ſigilletur ſigillo cõmunis, & domini poteſtatis, & ſimiliter reportetur, ut dictum eſt, ad dictam ſacriſtiam & archiuium. Et extracti de dictis burſiis habeant poteſtatem, autoritatem, & baliam, ac iuriſditionem eis attributam, uel attribuendam per formam ſtatutorum, & ordinamentorum ciuitatis prædictæ. Qui uero officiales fuerint extracti de dictis burſiis, teneantur & debeant officia, ad quæ extracti fuerint, acceptare: & ea exercere, niſi legitimam excuſationem, uel impedimẽtum habuerint, quæ diſcretioni dominorum Confalonerii & Priorum relinquãtur. Quę capſa ſeu ſcattula aliter q̃ in dicta forma publice, & ſine fraude aliquo & alibi q̃ in conſilio generali non aperiatur, uel conuentio alia fieri non poſsit, pœna dictis Confalonerio & Prioribus perſonali & ære communis ciuitatis Eſii applicanda, de quo ſpecialiter debeant ſyndicari, tempore ſyndicatus eorum. Et Cancellarius communis prædicti eidem pœnæ ſubiaciat ipſo facto, niſi impedierit & ſi permiſerit aliter aperiri, & maxime per ipſum Cancellarium in his conſiliis cõnumerando intereſſe uiderit ad minus quatraginta homines ciuium uel diſtrictualium. Si uero contigerit aliquem ex dictis Confalonerio & Prioribus populi ciuitatis prædictæ ſcriptis in dicta chartutia, & extractum eſſe mortuum, uel abſentem, uel infirmum, uel aliter legitime impeditum, quod ſtet diſcretioni & iudicio domini Poteſtatis & dominorum Confalonerii, & Priorum, tunc recurrant ad aliam burſiam adiunctorum ſeu ſpicciolatorum illius eiuſdem loci, ſiue ciuitatis, ſiue de comitatu, & alius dicta forma facta extrahatur, loco talis deficientis. Et ſi talis deficiens eſſet mortuus, tunc eius nomen caſſetur. Si uero eſſet abſens, uel aliter impeditus, tunc eius nomen incidatur de chartutia, & reponatur inter ſpicciolatos eiuſdem loci, deficiente uero aliqua burſia ſpicciulatorum, tunc per dominos Confalonerium & Priores, & conſilium credentiæ prouideatur de aliis ſpicciolatis illius loci, imburſiandis, prout eis melius uidebitur prouidendum. Deficientibus uero aliquibus aliis imburſiatis ultra Priores & Confal. cũ non ſint ordinati, loco eorum, aliqui ſpicciolati prouideatur de alio eodem loco, loco talis deficientis per dictos dominos Confalonerium & Priores, cum dicto conſilio credentiæ prout eis uidebitur prouidendum. ¶ Si uero contigerit aliquem tractum ad aliquod officium eſſe abſentem, uel aliter impeditum, ſperaretur tamen infra decem dies poſt officium extractum, accedere poſſe ad ipſum officium exercendum, & expectetur per dictũ tẽpus, & eo non accedente infra dictum tempus, poſtea ſequenti die, de alio ut ſupra, aliũ ſpicciolatum extrahatur loco eius, & eius nomine inter ſpicciolatos reponatur ſecundum ordinem ſupradictum. ¶ Si uero appareret tempore extractionis ipſum eſſe taliter abſentem uel impeditum, ꝙ infra dictos decem dies ad dictum exercitium accedere non poſſit, tunc non debeat expectari, ſed eodem die extractionis fiat extractio ſpicciolati uel de alio prouideatur, ut dictum eſt ſupra. ¶ Deficientibus uero palluttis dominorum imburſiatis, tunc ultimi domini Confal. & Priores teneantur habere conſilia opportuna & prouidere & prouideri facere de alia reformatione dictæ ciuitatis, & comitatus fienda pro ſequenti tempore, prout in ipſis conſiliis ſalubrius uidebitur fore prouidendum, dum tamen ꝙ omnes & ſinguli ſpicciolati imburſiati in dictis burſiis remittantur in officio prioratus ſequentis regiminis, & nulla iniuria eis inferri ualeat quoquo modo. ¶ Si uero contigerit (quod abſit) aliquem ex dictis prioribus populi poſtquam incepit officium decedere infra octo dies uel infirmari uel aliter taliter impediri ꝙ officium exercere non poſſit, tunc alii ſocii eius intelligantur & habeant plenam poteſtatem, & autoritatem ſine eo, & ſit ac ſi non eſſet officium alio numero q̃ in remanenti. Et hoc ſi tantum unus decederet uel aliter impediretur. Si uero eſſent plures, tunc ab uno ultra pro aliis procedatur ad extractionem ſpicciolatorum, & adiunctorum prout ſupra loco talium in prima extractione extitit ordinatum.





## De autoritate dominorum Confal. & Prio. & eorum officio. Rub. XIII.

Dominorum Confal. & Priorũ populi Ciuitatis Eſii & eius comitatus officiũ tale eſt, & ſit. Quod ipſi dñi Confal. & Prio. continue toto tempore eorum officii ſint, ſtent, & habitent in uno palatio, pro eorum habitatione deputato, & de dicto palatio, toto tempore eorum officii, nullo modo recedant. Nec aliquis extra dictum palatium uadat aliqua ratione uel cauſa, niſi cauſa infirmitatis, uel cauſa uiſitandi aliquem magnum dñm temporalem, uel ſpiritualem uenientem in dictã ciuitatem Eſii, & niſi cauſa eundi ad eccleſiam ad officium diuini cultus, & eundum ad aptari faciendum muros communis uel molendina, clauſas uel uallata, & niſi eſſet aliqua neceſſaria cauſa, & euidens pro utilitate cõmunis, quo caſu ualeant, & poſſint exire, & niſi ex reformatione concederetur eis licentia, uel alicui ipſorum. ¶ Item poſſint duo ex eis & debeant ire ad ſociandum dñm poteſtatem dictæ ciuitatis, dum uenit nouiter ad dictam ciuitatem ad ſuum officium exercendum. ¶ Itẽ poſſint duo ex eis ire etiam ad honorandum eorũ ſocium ſi mori contigerit durante officio. ¶ Nocte & die uigilent & ſtudeant utiliora commodiora, & neceſſaria communis & populi dictæ ciuitatis, & eius comitatus facere. Et cum eis moretur Cancellarius continue pro ſuo officio exercendo ſecundum formam ſtatutorum loquentiũ de officio cancellarii dictæ ciuitatis. Et ad ipſorum cuſtodiam habeãt unum cocũ & duos familiares, quorum familiarium, unus ſit tubicen ſeu tubator. Qui uero cocus, trombetta & familiaris habere debeat pro eorũ ſalariis. uidelicet. pro ſalario coci octo lib. pro quolibet menſe. Pro ſalario trombettæ octo lib. deñ. pro quolibet menſe. Pro ſalario familiaris quolibet menſe, octo lib. deñ. Et quilibet eorum ſeruiant & ſeruire debeant ſupra dictis dominis Confal. & prio. in omnibus eis, & cuilibet ipſorum poſſibilibus, & in quantum teneantur ſecundum eorum officium, & deputationem factam ut ſupra. Et cum minori ſalario, prout uiſum fuerit dominis Confal. & Prio. & pactum, & conuentionem cum eis facerent. ¶ Et pro uictu & ſalario dictorum dominorum Confal. & Prio. & uictu Cancellarii communis & ſui officialis, una cum eis habitãtium dicti domini Confal. & Prio. & pro uictu dictorum famulorum habeant unum ducatum, ad boñ. xl. pro quolibet ducato, dicti domini Confal. & Prio. pro quolibet menſe. ¶ Et nullus qui eligeretur in Confalonerium, uel Priorem tempore ſui officii, Confaloneriatus & Prioratus, poſſit nec debeat ſuã artem exercere, ſed id ipſum officium continue exercere, & ad ſtringi ad exercendũ, & operandum utilia, neceſſaria, & opportuna pro cõmuni prędictę ciuitatis, & eius comitatus, & etiam ſtare, morari, et intendere, cogitare, et prouidere, et ſemper curam, diligentiam, ſolicitudinem, et prouidentiam habere, et animaduertere circa facta dicti cõmunis inde, et ſuper factis et negociis dicti cõmunis pro et de omni meliori et utiliori modo, dicti populi et cõmunis. Et ꝙ dicti domini Confal. et Prio. uel ipſorũ aliquis occaſione dicti ſui officii nihil a cõmuni uel aliqua ſpeciali perſona, per modum ſalarii, præmii, uel muneris recipiãt, uel recipi faciant directe, uel per obliquum, ſub pœna. L. lib. deñ. niſi a dicto cõmuni. ¶ Itẽ ſi contigerit per aliquam cõmunitatem, uniuerſitatem, uel dominum temporalem, uel ſpiritualem ſcribi, uel ambaſciatorem mitti ad dominos Prio. et Confal. ſeu ad cõmune dictæ ciuitatis uel ipſi cõmuni, et Confal. et Prio. cõmitteretur electio, ſeu quæuis alia expoſitio mittendi ſeu prouidendi ſic mittentibus, uel cõmittentibus de aliquo officiali quocunq; nomine cenſeatur. Non poſſint dicti Confal. et Prio. ſeu aliquis eorum durante eorum officio, uel per unum menſem poſt acceptare officium de quo ſupra ſcribitur per eũ uel aliũ. Nec aliquis eorum conſanguineus, uel coniunctus, uel affinis uſq; ad tertium gradũ incluſiue de iure canonico computando per ſe uel alium, durante eoꝶ officio dictoꝶ Priorum, et per duos menſes poſt non poſſit per ſe uel alium tale officium acceptare, pœna. xxv. lib. deñ. cuilibet cõtrafacienti, pro quolibet et qualibet uice imponẽda de facto. ¶ Et teneant

etiam dicti domini Conſal.& Prio. curam,& ſolicitudinem habere circa officia gerenda
per rectores & officiales dictæ ciuitatis, ne fraus uel negligentia committatur. Et etiam
circa pecuniam & credita communis, ne malo modo,& ultra debitum modum dilapiden
tur,ſeu expendantur, Et circa omnia alia utilia & neceſſaria communis, quæ ipſis uideren
tur expedire. Et ſi in aliquo uiderint male procedi, & debitum modum uel ordinem non
ſeruari faciant corrigi ad congruum, & utile pro communi, & iuſticiam modis omnibus
reduci,& facere obſeruari. ¶Et ſi quid ordinatum ſeu reformatum fuerit in aliquo conſi-
lio generali uel credentiæ,quod aliqualiter pertineret ad aliquem rectorem, uel quēcunq;
alium. Ille de cuius facto tractatur uel tractaretur, uel ad aliquem aliqualiter pertineret
non poſſit adeſſe uel ſtare in dicto conſilio ualeat, nec aliquis alius de familia eius ſtare
uel adeſſe in dicto conſilio poſſit.Et ſi præſens fuerit,ipſi domini Conſal. & Priores abſen
tare faciant. ¶Et poſſint ipſi domini Conſal. & Prio. conuocatis aliquibus ſapientibus
de ciuitate & comitatu, uel ciuitate quomodocunq; quod fuerit & eſſe uiderint pro com-
muni utilius,& cum Poteſtate uel ſine ſi eis Conſal. & Prio. uidebitur melius, deliberare
& prouidere in omnibus quæ uidenda, tractanda, & deliberanda uiderint fore neceſſaria
& utilia pro communi.Et ipſi rectores ad eorum inſtantiam omnia & ſingula per conſi-
lium generale,& conſilium credentiæ deliberata executioni mandare penitus teneantur.
¶Et poſſint dicti domini Conſal.& Prio.& iuriſditionem habeant & baliam congregan
di dicta conſilia,ad ipſorum uoluntatem in palatio ipſorum,quando & quotiens,& quo-
modo,& ubi uoluerint,& etiam in aliis palatiis ſi eis uideretur in præſentia dicti rectoris
uel poteſtatis,& etiam in abſentia ipſorum uel ipſius. Et in hiis conſiliis preponere deli-
berare,& reformare ea quæ ſint ad bonum pacificum, & popularem ſtatum ciuitatis præ
dictæ & eius comitatus & diſtrictus. Et ꝙ prouiſum & deliberatum fuerit in ipſis conſi-
liis in eorum aliquo preſente dicto poteſtate uel rectore uel abſente dicti Conſal. & Prio.
teneantur executioni mandare tempore eorum officii ſub pœna priuationis officii & de-
cem ducatorum auri pro quolibet ac rector executioni mandare, & ualeat & teneat, ac ſi
cum eius præſentia & conſenſu factum fuerit. ¶Et non poſſit aliquas litteras mittendas,
pro parte communis perſonæ ſingulari tranſmittere niſi de conſenſu communi omnium
Conſalonerii & Priorum, uel maioris partis ipſorum dummodo quicunq; ex eis ſint in
concordia, miſſo & obtento primo partito inter eos ſuper hoc ad palluttas uel fabas in
buſſula alba uel nigra. ¶Et tempore quo litteræ aliquæ ſigillantur, omnes in unum de-
beant conuenire & intereſſe ſigillationi ſi aliqua diſcordia eſſet in prædictis. Si quis uero
in prædictis uel aliquo prædictorum contrafecerit puniatur de facto in.x. lib. deñ. Et
etiam maiori pœna, & atrociori realiter, & perſonaliter, rectoris arbitrio, prout deli-
cti qualitas popoſcerit. ¶Item non poſſit aliquis Conſalonerius uel Prior, qui pro tem-
pore fuerit durante eius officio, fungi oratoris ſeu nuncii uicibus pro communi ciuita-
tis prædictæ, extra dictam ciuitatem & comitatum, pœna.xxy. lib. pro quolibet uice
qualibet auferenda de facto per Rectorem uel ſyndicatores. ¶Et poſſint dicti Conſalo-
nerius & Priores in dictis conſiliis pœnas & banna imponere, quæ banna Poteſtas &
eius curia exigere teneatur, & debeat executioni mandare. ¶Quibus Conſalonerio &
Prioribus banditores præcones & baiuli debeant parere & obedire in omnibus, & ſin-
gulis opportunis,pro dicto communi,& conſilio. Et conſilia bandire, & ut eorum offi-
cium melius exequantur, habeant duos baiulos, quorum quilibet habeat
lib. deñ. menſe quolibet a communi. Et quod ipſi domini Conſalonerius & Priores,
ſi contigerit per aliquem peti aliquid, quod fiat per ipſos dominos Conſalonerium &
Priores. Illum aliter non audiat niſi petitionem dederit in ſcriptis. Quam petitionem
Conſalonerius & Priores legi faciant inter eos Conſalonerium & Priores, abſente dicto
petitore,et ſuper ea ſimul deliberare, an ſit iuſtum quod petitur, an iniuſtum. Et ſi aliter
fieret



fieret per ipſos, ipſa deliberatio ſit nulla ipſo iure. ¶Et ſi aliqua (quod abſit) diſcordia
orietur,uel contentio fuerit inter dñm Poteſtatem,officiales, & Vicarium, ſeu iudicem,
qui pro tempore erunt dicti dñi Conſalonerius & Priores, teneantur in palatio ipſorum,
ita agere,taliter facere,& effectualem operam dare die noctuq; eorum toto poſſe, ut con
cordia fiat inter ipſos. Et ſi fuerint in prædictis negligentes in decem lib. deñ. pro quoli-
bet dictorum Conſaloneriorũ,& Priorum pœna puniatur. ¶Item poſſint dicti domini
Conſalonerius & Priores quotiens opus fuerit Ambaſiatores unum, uel plures eligere,
prout meliores uiderint pro cõmuni. Et ipſum uel ipſos Ambaſiatores ſemper cum pun
ctis ſiue memoriale Ambaſiatam in ſcriptis tranſmittere punctoꝶ Ambaſiatę copia re-
ſeruata in cõmuni,& regiſtrata in libro cõmunis,per Cancellarium,uel Notarium ad hoc
deputatum. ¶Item ꝙ omnes litteræ,quę uenerint cõmuni ciuitatis prædictæ,ex quacũq;
occaſione,uel a quacunq; uniuerſitate loco,domino,uel quacunq; perſona, aſſignent do-
minis Conſalonerio,& Prioribus,qui aperiant acceptas,& tradant Cancellario legendas,
& uulgarizandas in conſpectu dñoꝶ Conſalonerii & Priorum. ¶Item nec Poteſtas, nec
aliquis alius officialis,poſſit uel debeat aliquid proponere in conſilio, uel reformare, ſine
dictorũ Conſalonerii & Priorũ præſentia,& conſenſu,pœna centũ lib. deñ.Et quod ſecus
fieret non ualeat ipſo iure. ¶Item ꝙ dñi Conſalonerius & Priores ſe non intromittant in
cognoſcendo,& terminando,uel aliter gerendo,ſeu faciendo de aliquibus cauſis crimina
libus uel ciuilibus,uel mixtis quæ agitarentur in curia Poteſtatis, uel cuiuſcunq; alterius
officialis dictæ ciuitatis,uel in futurum agitari contingerit,nec roget Poteſtatem, uel ali-
quem aliũ ufficialem dictæ ciuitatis de aliqua re,uel cauſa, nec de aliquo condemnando,
uel abſolueudo, ſi contrafecerint in.xxy.lib.deñ.pro qualibet uice, quilibet pœna punia-
tur.Et ꝙ toto tempore officii ipſoꝶ non poſſint ipſi Conſalonerius,& Priores,uel aliquis
ipſoꝶ,aliquem realiter uel perſonaliter conuenire,nec ab aliis conueniri, nec in conſilio ali
quo proponi facere de aliqua eorũ propria queſtione, ſeu proprio facto alicuius ipſorũ.
Et ſi contrafieret per ipſos ſeu aliquem ipſorũ,ſit nullũ ipſo iure,& nihilominus puniatur
in dicta pœna. ¶Et ꝙ toto tempore ipſoꝶ dñoꝶ Conſalonerii & Priorũ officii in eorum
cauſis & queſtionibus terminus non currat alicui partium a die ipſoꝶ iuramenti eoꝶ of-
ficii,ſed ſint cauſæ in eorũ ſtatu,in quo erant die iuramenti eorũ officii. ¶Et ſi aliquis ipſo
rũ deliquerit,uel fraudem uel dolum cõmiſerit,in.xxy.lib.deñ.uice qualibet, & pro quoli
bet,pœna puniatur,per ſyndicatores eoꝶ ſine ſolennitate aliqua iudiciali.Et ad dictũ offi
ciũ nullatenus aſſumatur amplius,ſed ab eo potius priuetur & reuocetur. ¶Item ꝙ dicti
dñi Conſalonerius & Priores, non poſſint proponere prouidere, ſeu deliberare in aliquo
conſilio,nec inter eos,ꝙ poteſtas uel aliquis ex ſuis officialibus dictæ ciuitatis ſyndicent,
ſeu ratiocinentur,uel ꝙ ante ſuũ finitũ officiũ ſyndicentur, niſi finito tempore ſui officii,
ſub pœna.xxy.lib.deñ.pro quolibet ipſoꝶ dñoꝶ Conſalonerii & Priorum. Ad quam ha-
beantnr pro condemnatis ipſo facto autoritate præſentis ſtatuti; & extrahantur de colle
gio & ſocietate populi dictæ ciuitatis & comitatus, & ad aliquem legitimum actum nõ
admittantur,nec ullatenus admitti poſſint. ¶Item non poſſint prouidere, ſeu deliberare
de aliqua pecunia cõmunis expendenda,uel ſoluenda pro aliqua cauſa,niſi uſq; ad quan-
titatem decem florenoꝶ tantum,& pro cõmuni & cauſa neceſſaria pro occurrentibus ex
traordinariis,ſicuti eis uidebit & placebit. ¶Et ab inde ſupra poſſint expendere de haue-
re & pecunia cõmunis,uſq; ad quantitatem centum lib.deñ. facta prius deliberatione, &
prouiſione inter eos,una cũ conſilio credentiæ. Ab inde ſupra non poſſint expendere,ni-
ſi facta prius ſimili deliberatione & prouiſione conſilii generalis & reducta per ipſos Cõ
ſaloneriũ & Priores in conſilia ad buſſulas & palluttas albas & rubeas, ſecundũ formam
ſtatutorũ loquentiũ de prædictis,& ſi aliter fieret non ualeat quod factũ fuerit, & ad exi-
tus cõmunis nullatenus mitti poſſit aliquo quæſito colore, & ſi repertum fuerit eſſe miſ-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

ſum ad exitus de ſuo camerarius ſoluat. Et ſi de officio & adminiſtratione camerariatus eſſet abſolutus: & ſemper cõmuni remaneat obligatus: donec effectualiter de ipſa pecunia cõmuni ſatisfecerit integraliter. ❡Item q; dicti domini Confalonerius & Priores, tẽpore quo eſſet rumor in dicta ciuitate: uel diſtrictu, ſeu ſeditio aliquo tẽpore guerræ, mittant cuſtodes ad caſtra: & fortilicias dicti cõmunis, & nuncios, ſeu ſpias, quomodocũq; & quãdocũq; eis uidebitur, & utile uiſum fuerit pro cõmuni expenſis cõmunis: dũmodo mittant cuſtodes idoneos dictæ ciuitatis cõtinue habitatores. ❡Item q; cõtra Cõfalonerium & Priores, uel ipſorum aliquẽ procedi non poſſit per inquiſitionem, toto tempore coꝝ officii, & poſt dictũ finitũ officiũ uſq; ad decem dies, pro aliquo maleficio uel quaſi, niſi de maleficio homicidii, de robbaria ſtratarũ, ꝓdimẽto, uiolatione uirginũ, uel monialiũ, in quibus caſibus ſemper contra eos procedi poſſit. De percuſſione uero publice facta, de falſitate teſtiũ & inſtrumentorũ. De blaſphemia Dei uel ſanctorũ non poſſit procedi, niſi poſt finitum dictum tempus decẽ dierum, & ſimiliter de omni alio delicto non poſſit procedi contra ipſos, ut ſupra. ❡Item q; dñi Confalonerius & Priores nõ poſſint aliquas propoſitas facere in conſilio generali, niſi prius fuerint deliberatæ per dictos dominos Confalonerium & Priores, una cum conſilio credentiæ ciuitatis & comitatus prædictorũ uel per maiorẽ partẽ ipſorũ. Et hoc ſi talis propoſita ſit utilis & neceſſaria ciuibus & comitatiuis, ſi uero cõmuni Eſii tantum, cum conſilio conſilii credentiæ ciuitatis tantum. Et ſi ſecus factum fuerit, non ualeat ipſo iure. Et Cancellarius propoſitam factam ſcribere non poſſit, uel debeat, ſub pœna decem lib. deñ. de facto exigenda per quemcunq; officialem dicti cõmunis pro qualibet uice, qua fuerit contrafactum uel uentum. ❡Item q; non poſſint concedere in prædicta ciuitate uel eius comitatu aliqua officia, uel caſtellanias, ſeu capitaniatus, niſi ſint imburſiata dicta officia, & imbuſſulata, & exacta de buſſulis ſub prædeterminata pœna pro quolibet & qualibet uice, qua fuerit contrafactum. Et nihilominus id quod factũ fuerit, præter & contra dictam formam non ualeat ipſo iure. ❡Itẽ q; nõ poſſint dicti Confalonerius & Priores, aliquos ſtipendiarios, equeſtres & pedites conducere, ſeu refirmare, ſine conſenſu præſentia & deliberatione conſilii credentiæ ad minus, uel maioris partis ipſoꝝ. ❡Item q; non poſſint dicti dñi Confalonerius & Priores, inire, indicere, uel prouocare aliquam guerram, ſeu impreſam uel nouitatẽ facere propter quod bellum uel aliud ſcandalum dicto cõmuni poſſet obuenire, uel ſequi, nec aliquid arduũ facere, ſine expreſſo conſenſu & deliberatione conſilii generalis & credentiæ, uel maioris partis ipſo obſtante, ſub pœna Mille lib. deñ. & maiori in ære & perſona Rectoris arbitrio, & de hoc contra ipſos, & ipſorum quemlibet, etiam durante eorũ officio procedi poſſit, & ualeat, & inquiri, & ipſis imponi pœnas prædictas. Ille qui fuerit condemnatus in minori pœna mortis, dictis occaſionibus perpetuo ſit infamatus, priuatus officiis, beneficiis, & honoribus cõmunis. ❡Item q; dicti dñi Confalonerius & Priores, non uadant ad aliquas nuptias, luctum uel mortem alicuius, niſi pro patre, filio, filia, & fratre carnali, uxore, ſorore, nepote, uel nepte, aut conſobrino, uel aliquo coniuncto, uel affine, uſq; in tertium gradum incluſiue de iure canonico computandum. Et tunc poſſit talis affinis, uel attinens, cum uno ex ſuis ſociis Prioribus, ad dictas nuptias, uel luctum accedere, uel ire, pœna decem lib. deñ. pro quolibet contrafaciente, & uice qualibet. ❡Item non poſſint dicti dñi Confalonerius & Priores aliquem ſaluũconductum, uel ſecuritatem alicui indiſtincte facere: ſeu ſine temporis diffinitione: ſed q; tempus prefinire ualeant: uſq; ad decem dies: & non ultra: ſine declaracione conſilii credentiæ. ❡Teneantur etiam dicti dñi Confalonerius & Priores qui pro tempore erunt ad omnem materiam ſcandali euitandam infra quindecim dies principii eorũ officii prioratus legi facere per Cancellariũ ciuitatis prædictæ, uulgari ſermone, ſeriatim, & diſtincte, omnes & ſingulos introitus peruentos ad manus Camerarii cõmunis ciuitatis prædictæ: Omneſq; expenſas, per dictũ Camerariũ ſolutas &





tas & factas, tempore aliorũ priorũ ultimorũ præcedentiũ eos in conſilio generali dictæ ciuitatis & eius comitatus, uinculo iuramenti, & pœna centũ ſol. pro quolibet dictorum priorum, applicanda dicto communi, & ab eis auferenda de facto ſi negligentes fuerint in prædictis uice qualibet per rationatores communis, ad hoc ut dicti introitus, & exitus ad notitiam omnium perueniant, ut decet.

## ❡De ſpeciali prohibitione dominorum Confalonerii & Priorum, & etiam eorum Camerarii. Rub. XIIII.

QVia Reipublicæ gerentes officia, & qui curam ipſius habere debent a propriis cõmodis abſtinere tenent̃ & priuata utilitas plerũq; prefert̃ publicæ, quod eſſe non debet. Iccirco ſtatuimus & ordinamus q; nullus cuiuſcũq; conditionis exiſtat, qui cõfaloneriatus prioratus & camerariatus fungeret̃ officio occaſione cuiuſcunq; crediti rerũ, uel pecuniæ, quam ipſe haberet in cõmuni ciuitatis Eſii, nec etiam pro aliquo credito alicuius ſui conſanguinei, uel affinis, primi uel ſecundi gradus de iure canonico computandi, audeat uel præſumat tractare, ordinare, & deliberare, & operam dare q; ſibi uel eius conſanguinei debitum prædictum cõmune de pecunia, uel de rebus dicti cõmunis ſoluere detur & aſſignetur, niſi forte generaliter pro omnibus aliis, qui recipere tenent̃ in ſimili caſu, & ſimili materia uel de ſimili cauſa procederet̃ tractaret̃, uel opera daret̃. Et qui contrafecerit in prædictis uel aliquo prædictorum perdat id quod a cõmuni recipere teneretur, aut id quod ſibi aut ſuis cõſanguineis, ut dictum eſt, ſolui aut dari feciſſet apparere, quod deuenire uolumus in cõmune. Et cõmune ipſo facto ſit liberatum, & id ultra in duplum debeant irremiſſibiliter condemnari Confalonerius Priores & Camerarius. ❡Item addimus, & addendo declaramus in dicto ſtatuto q; ſtatutum prædictum non uendicet ſibi locum in ſalariis ordinatis per cõmune dictæ ciuitatis uel alios officiales cõmunis habentes autoritatem ſalaria promittendi immo dicta eis & cuilibet ipſorum ſolui poſſit, non obſtante ſtatuto prædicto.

## ❡De electione Notarii, ſeu Cancellarii communis Ciuitatis Eſii. Rub. XV.

REformationum Notarius, ſiue Cancellarius eligatur in conſilio generali, uel per alios in quos dictũ conſiliũ per conſiliarios remiſſum fuerit, & eligatur forenſis bonus & legalis & ſufficiens & qui nõ fuerit in aliquo officio dictæ ciuitatis. per quattuor annos ante electionem de ipſo factam, & talis qui ſit de tali terra uel loco qui diſtet a dicta ciuitate Eſii per uiginti miliaria, & eligatur ante exitum alterius ipſum officiũ exercentis per duos menſes, dũ tamen in dicto conſilio proponat̃ & reformet̃, de quo loco ſeu locis idẽ Notarius uel Cancellarius eligi debeat & cũ ſalario, declarando in conſilio in quo electio fieret, & ſex menſes fiat ipſius electio, cui ſalario exiſtat contentus omnibus ſuis ſumptibus & expenſis ſine aliqua prouiſione cere, cãdelarũ, olei luminis, uel alterius cuiuſcũq; prouiſionis & lucri ſcripturaꝝ percipiendi. Et nihil aliud a prædicto cõmuni percipere, uel a ſingularibus perſonis poſſit. Qui Notarius ſeu Cancellarius, uinculo iuramenti, & pœna. xxv. lib. teneat̃ & debeat ſcribere omnes propoſitas, dicta conſiliarioꝝ, reformationes, & deliberationes omniũ conſiliarioꝝ conſilii generalis & credentiæ, introitus & exitus camerarioꝝ dicti cõmunis ſecundũ formã traditã ſuo ſtatuto loquenti de tali officio Maſſarii uel Camerarii, ipſiuſq; introitus & exitus ſingulis menſibus in conſilio generali legat ſingulariter & diſtincte, omnes ſyndicatus cõmunis, & cuiuſlibet ſyndici, inuentaria palatii, litteras miſſiuas, uel remiſſiuas, & quæ mittunt̃ pro parte cõmunis, regiſtrare, & ſimiliter regiſtrare omnes politias bullatas uel bullãdas, per Magnificos dños Confal. & Prio.

& omniũ ſcripturarũ ad ſe & ſuũ officiũ pertinentiũ cõtinuo fieri poſſit copia de ipſis cui-
libet petenti & uolenti,cũ cauſa extiterit neceſſaria,pro cõmuni & perſonis priuatis,& om
nes alias ſcripturas facere,ſicut ei iniunctũ fuerit per Priores, & cõmune ad quod teneret
& deberet per formã ſtatutorũ & reformationũ dicti cõmunis loquentiũ de ſuo officio fi
deliter & ſolicite bona fide & ſine fraude facere & adimplere debeat. ¶Et q dictus Nota
rius uel Cancellarius habitare & ſtare in una domo cũ dictis Confalo.& Prio.ad unã uitã
& unũ ignem,unum panem & uinũ in domibus in quibus habitabunt Confalonerius &
Priores prædicti dictæ ciuitatis. ¶Finitoq; ſuo officio ſtabit in dicta ciuitate in hoſpitio
tribus diebus ad ſyndicatũ & rationẽ reddendũ de adminiſtratione ſui officii querimonia
contra ipſum præcedente, uel querela aliqua ab aliqua ſpeciali perſona uel cõmuni, peti-
tione uero eidem data ſtabit quattuor diebus & morabit in dicta ciuitate. Quarta uero
die abſoluat,uel condemnet,abſolutione, uel condemnatione de eo non facta per ſyndi-
catores uel rationatores eidem per Priores ponendos,dicta quarta die poſſit & ualeat di-
ctus Notarius ſeu Cancellarius reformationũ de dicta ciuitate libere & impune recedere
quemadmodũ ſi eidem petitio aliqua data non fuiſſet. ¶Nulla eidem petitione data in-
fra duos dies ultra dari non poſſit,ſed tertia die recedere poſſit. ¶In ueniendo uero ſtan-
do & redeundo,ſuo omni riſchio,caſu, & periculo, & fortuna dicti Cancellarii ſeu Nota-
rii reformationũ,tam de ſe q̃ de ſuis rebus,uenire,ſtare,& recedere debeat.¶Ab omni con
uerſatione poteſtatis,& officialiũ,& quarũcũq; aliarũ ſpecialiũ perſonarũ, & ſingularũ, &
comedendo & bibendo totaliter abſtinebit,pœna.x.lib.deñ.pro uice qualibet qua contra
fecerit eidem auferenda de facto,de quo per rationatores cõmunis ſolenniter inquiratur.
¶In fine uero cuiuſlibet reformationis,in quocũq; conſilio fiendę ſcribere,& publice nun
ciare dictus Cancellarius hec uerba teneat.uidelicet.ſaluo & reſeruato, q ſi hæc reforma-
tio eſſet contra conſtitutiones curiæ generalis, eccleſiaſticã libertatem, uel cõtra officium
Reuerendiſſimi dñi Legati Marchiæ,& ſuæ curiæ,uel contra formã alicuius ſtatuti, q nõ
ualeant & careant omni uigore.¶Et ſemper in omni electione dños Confalo. & Prio,in
conſilio in quo fieret electio uulgariter ipſos & ſeriatim legat ſtatutũ loquens de officio
prioratus.¶Scripturam quoq; in uno libro per ſe faciat de omnibus ſolutionibus , quas
fieri contigerit per cõmune Theſaurario cameræ ſanctæ Romanæ eccleſiæ, uel alteri offi-
ciali,ſiue alicui ſpeciali perſonę in curia generali,in quibus quotiens neglexerit totiens,pœ
na.x.lib.deñ.incurrat per ſuos ſyndicatores auferenda,ſi per inquiſitionẽ uel querimoniã
fuerit inuentus.¶Item teneat dictus Notarius ſeu Cãcellarius cuilibet camerario cõmu
nis,introitus & exitus cõmunis ſicut ſcribit in libro cõmunis. Ita ſeriatim ſcribere,& pone
re in libro came.prædicti,ſiue maſſarii,quẽ dictus camerarius ſeu maſſarius penes ſe habe
re debeat,& retineat pro uidendo & uideri faciendo ſuã rationẽ,ut melius & tutius ualeat
dictũ ſuũ officiũ exercere.¶Teneant etiã dicti dñi Confal.& Prio.qui pro tempore erunt
ad omnẽ materiã ſcãdali euitandã infra.xv.dies principii eos officii prioratus legi facere
per dictũ Cancellariũ uulgari ſermone ſeriatim & diſtincte omnes & ſingulos introitus
peruentos ad manus dicti camerarii omneſq; expenſas per dictũ camerariũ ſolutas & fa-
ctas,tẽpore alios prios ultimos præcedentium eos in conſilio generali dictæ ciuitatis &
eius comitatus uinculo iuramenti,& pœna.C.ſol.pro quolibet dictos prios. camerario
illius camerariatus,& dicto cancellario eadẽ pœna imponat,applicanda dicto cõmuni, &
ab eis auferenda de facto ſi negligentes fuerint in prædictis uice qualibet per rationatores
cõmunis,ad hoc,ut dicti introitus & exitus ad notitiã omniũ perueniant, ut decet,hoc ta
mẽ addito & declarato huic preſenti ſtatuto quaſi circa principiũ ubi dicit. Et nihil aliud
percipere poſſit.¶Qui dictus cãcellarius nullo quouis quæſito colore poſſit neq; debeat,
a ciuibus & comitatiuis dictæ ciuitatis aliquã ſolutionẽ deñ.uel res pro litteris fiẽdis præ
dictis ciuibus & comitatiuis cõmiſſis per Confal.& Prio.dictæ ciuitatis,qui pro tempore
fuerunt,



fuerunt,ſed a forenſibus bene poſſit & debeat ſolui ex cõpetenti mercede cũ pręſentia di-
ctorũ dños,& pro quibuſlibet litteris habere & recipere debeat boñ. duos mittendos in
capſetta diuidendos in ipſum Cancellariũ & dños Priores pro cõmune in duas ęquas par
tes.¶Itẽ dictus Cancellarius,non poſſit a quocũq; de ſupradictis ciuibus & comitatiuis
de condẽnationibus factis & fiendis per poteſtatẽ & officiales ciuitatis & comitatus Eſii,
niſi infraſcriptã quãtitatẽ.uidelicet.pro caſſatura,pro qualibet uero condẽnatione quanti
tatis.L.lib.deñ. debeat recipere ab ipſo condẽnato pro caſſatura boñ. duos. Ab illa uero
quantitate ſupra incluſiue uſq; ad.C.lib.deñ.boñ.tres,& a centũ ſupra boñ.quattuor, etiã
q condẽnatus eſſet capitalis & non ultra.¶Itẽ ſi contigerit facere bullettã alicui inciden-
ti ligna ſiluarũ dictæ ciuitatis nõ poſſit nec debeat recipere ultra unum boñ. pro bulletta.
¶Itẽ q dictus Cancellarius uel datiarius cõmunis, nõ poſſit nec debeat cuiuſlibet ad fi-
dę animaliũ uenientiũ in paſcua dicti cõmunis ultra infraſcriptã quantitatẽ.uidelicet.pro
bulletta,quãtacũq; fuerit quãtitas animaliũ ſeu numerus boñ.unũ.Et ſi ſecus dictus Can
cellarius, uel datiarius reſpectiue, ultra & præter ſupradictã quãtitatẽ & ordinẽ ordinatũ
in predicta additione incurrat,pœnã.V.lib.pro quolibet & uice qualibet,& de hoc ſyndi
cari debeat per ſyndicatores eligendos per dños Confal.& Prio. dictæ ciuitatis Cancella
rius & reſpectiue datiarius cogi poſſit ad reſtituendũ. ¶Item q dictus Cancellarius non
poſſit percipere ab aliqua perſona forenſe uolente ſe efficere ciuem pro inſtrumẽto exem-
ptionis,niſi uſq; ad boñ.xvi. ¶Item dictus Cancellarius pro eleuando & ponendo poſſeſ
ſiones & terrenũ de cataſto cõmunis non poſſit plus percipere ab eo qui uult ponere, niſi
unum boñ.Et ſi contrafecerit in prædictis & quolibet prædictorum,puniatur pœna præ-
dicta.¶Addentes q pro electionibus medicorum & poteſtatis uel iudicis,& aliorum of-
ficialium non poſſit petere niſi boñ.x.pro qualibet electione.

¶De modo congregandi conſilia & faciendi propoſitas, proponendi, arren-
gandi, & reformandi. Rub. XVI.

STatuimus & ordinamus,q quotienſcunq; oporteret in aliquo caſu aliquod generale
conſilium uel credentiæ congregari,uel ambo non aliter ualeat adunari, niſi cum con
ſenſu & uoluntate dominorũ Confal.& Prio.& ſi de uoluntate ipſorum proceſſerit,pote-
ſtas teneatur una die pro alia, ſiue de ſero pro mane banniri facere in ciuitate & in comita
tu notificari facere per litteras,q omnes & ſinguli de conſilio, debeant in dicto die conſi-
lio intereſſe,ſub pœna in noſtro ſtatuto contenta,& hoc pro generali cõſilio.¶Et pro adu
nando conſilio credentiæ ciuitatis tantũ de ſero pro mane,uel de mane pro eadem die,pul
ſet campana cõmunis modo & ordine antiquo,ſi uero fuerit opportunũ & neceſſariũ cõ-
ſiliũ credentiæ comitatus per litteras notificet,ſi dñis Confal. & Prio. uidebit conuenire
q omnes ueniant ad dictum conſiliũ,uidelicet.qui ſunt de dicto conſilio : q in illa die in
qua fuerit ordinatũ conſiliũ facere,debeant ipſi conſilio perſonaliter intereſſe pulſata cam
pana,pœna per noſtrũ ſtatutũ ordinata. Et factis bannimentis de dicto conſilio generali
& relatione dictis,dño Poteſtati,Confal.& Prio.& Cancellario cõmunis,ſeu notario refor
mationũ ipſos dños poteſtatis Confal.& Prio. præſentia neceſſario & non aliter faciant
conſiliũ.¶Et ante q̃ in dicto conſilio generali aliquid proponat,fiat & fieri faciant conſi-
liũ credentiæ,& in illo proponant & reforment illud quod proponi debet in dicto conſi-
lio generali fiendo.In quo quidẽ conſilio credentiæ intereſſe debeant Confal. & Prio. ſeu
maior pars Priorũ,& duę partes conſilii credentiæ. Et hoc liquide apparere debeat manu
Cancellarii cõmunis,& quod obtentũ fuerit per predictos uel per maiorẽ partẽ ipſos il-
lud proponi poſſit in dicto conſilio generali.Et ſi aliter fieret & reformatũ fuerit in dicto
conſilio non ualeat ipſo iure,nec ullo modo.¶Et ſi dñi Confal.& Prio. nõ obſeruauerint

dictam formam in.x.lib.deñ.uice qualibet condemnent,& quod factũ fuerit non ualeat
ipſo iure. Et facta congregatione concilii per Cancellariũ cõmunis legi debeant propoſi-
tæ in dicto concilio ſeriatim & ordinatim. Et per dictũ Cancellariũ cõmunis proponat in
dicto concilio, & proponi debeat ipſa propoſita, una uel plures clare & lucide, ita q̃ oẽs
de concilio bene & aperte intelligant, ſub pœna.x.lib. ipſi Cancellario contrafacieñti. Qui
bus propoſitis lectis, ut ſupra dictũ eſt, uolens arrengare primo iuret in manibus Came-
rarii de conſulendo fideliter & legaliter pro utilitate publica, deinde ad rengheriam ſur-
gat, dũmodo arrengatores non poſſint eſſe ultra ſex, niſi arduitas negocii aliud poſtula-
ret, & dñis Poteſtati Confal. & Prio. uidebit. ¶Et nullus audeat conſulere uel arrengare,
niſi ſuper propoſitis tantũ, ſub pœna. L. ſol. pro quolibet & qualibet uice, niſi dixerit de li-
centia dño℞ Poteſtatis & Confal. & Priorũ, & ei conceſſa fuerit, & non aliter. ¶Et nullus
de conſilio poſſit arrengare uel conſulere in conſiliis niſi ſemel tantũ ſuper una quaque
propoſita, niſi de licentia Confal. & Priorũ, & qui contrafecerit, puniat in dicta pœna de
facto per dñm Poteſtatem ſine proceſſu. ¶Et q̃ quotienſcũq; contigerit aliquod conciliũ
generale fieri in ciuitate Eſii, in quo tractaret de aliqua expenſa fienda pro cõmuni, q̃ di-
ctũ conciliũ coadunatũ ſit, & conuocatũ ut ſupra. Et propoſitæ fiendæ in dicto concilio,
ante dictũ conſiliũ fiãt & proponant in conſilio credentiæ, per dominos Confal. & Prio.
& Cancella. ad buſſulas & palluttas, ſi dictæ propoſitæ ſunt utiles pro cõmuni, & ſi pro
maiori parte Priorũ & conſiliariorũ obtineant utiles eſſe pro cõmuni dictæ propoſitæ
uel aliqua earũ, tunc proponat in conſilio generali, quæ utiles primo declaratæ fuerint.
In quo conſilio interſint ad minus duę partes conſiliariorũ, & ſuper eis propoſitis per cõ-
ſiliarios dicti cõmunis conſulat, & dictũ conſultoris quod placuerit dictis Poteſtati Con
falonerio & Prioribus mittat per Cancellariũ ad partitũ ad buſſulas & palluttas in dicto
conſilio, & quod obtentũ fuerit in dicto conſilio per duas partes conſiliariorũ prædicto-
rũ ibi exiſtentiũ ad buſſulas & palluttas illud reformet per Cancellariũ cõmunis. Et ſi ali-
ter reformaret, & propoſitũ fuerit, non ualeat nec teneat uigore præſentis ſtatuti. ¶In
aliis conſiliis ubi non tractaret de expenſis fiendis per cõmune, fiat ſimiliter ad buſſulas
& palluttas, ut ſupra dictũ eſt, & maior pars obtineat. Ita tamen ſi duæ partes conſiliario-
rũ in dicto conſilio exiſtant. ¶Item ſi in aliquo conſilio contigerit aliquem dictorũ conſi
liariorũ nolle conſulere ſuper propoſitis in dicto conſilio factis. Dñs Poteſtas & eius uica
rius de uoluntate Priorũ poſſit ei præcipere, uel quibus uoluerit de dicto conſilio, pœna
centũ ſol. dũ modo ille cui eſt præceptũ ſit de conſilio credentiæ, aliter non poſſit, ſed be-
ne ſit licitũ omnibus conſiliariis ire ad arrengandũ, uſq; ad ſupradictũ numerũ in dicto
ſtatuto contentũ, q̃ ſurgant ad arrengandũ ſuper dictis propoſitis & conſulendũ prius li
centiet per dictũ dñm poteſtatem ille, occaſione cuius fieret dicta propoſita de ipſo con-
ſilio. Et ſi ille cui per dñm poteſtatem fuerit mandatũ noluerit conſulere dictam pœnam
debeat ei auferre & deuenire facere in cõmuni de facto, nullo proceſſu & ſolẽnitate habi-
tis in prædictis. ¶Item q̃ quando fieret partitũ per dictũ Cancellariũ de mandato dño℞
poteſtatis Confalonerii & Priorũ in conſilio ſuper aliqua propoſita ad buſſulas & pallut
tas, quilibet conſiliarius teneat & debeat mittere manus ſuas in ambabus buſſulis, ita q̃
diſcerni non poſſit in qua buſſula miſerit palluttam ſuam, pœna.x.ſol. pro quolibet con-
trafaciente, & dñs poteſtas uel eius uicarius qui intereſt, & pro tempore fuerit in dicto
conſilio, ſemper moneat dictos conſiliarios, ſic manus eorum mittere in dictis buſſulis.
¶Et illud dictum quod obtentũ fuerit ad buſſulas & palluttas, prout de autoritate con-
ſilii loquentis continet bene quidem. Si autem non, aliud dictum mittat ad partitum ha
bita prius deliberatione per dños Confalonerium & Priores ſecundum formam prædi-
ctam, & faciant partitum ad buſſulas & palluttas, niſi fuerit in creatione ſyndici, quo caſu
ſufficiat ad uincendum partitum, ſi per maiorem partem præſentium uincat, niſi in cauſis

in quibus



in quibus per ſtatuta huius uoluminis aliter diſponeret. Et poſtq̃ fuerit reformatũ legat
dicta reformatio per Cancellarium, ſiue per Notarium reformationum, anteq̃ dictũ con-
ſilium ſecedat, & talis ordo ſeruet in qualibet propoſita de per ſe. Ita q̃ una propoſita cũ
alia propoſita non miſceat, cum ſuper ipſa partitum aliquod requirat. ¶Et nemo diſce-
dat de conſilio prædicto, donec reformatio lecta fuerit per dictum Cancellariũ, pœna. V.
ſol. pro quolibet qui contrafecerit. ¶Volumus tamen q̃ ſi proponeretur in conſilio cre-
dentiæ, uel aliquo conſilio generali aliquid & partitum perditum fuerit, ſi fuit de exban-
ditis remittendis, uel componendis qui eſſent ratione ſtatus exbanditi, uel condemnati
non poſſit de nouo proponi, niſi elapſo Anno a die perditi partiti numerando. ¶Si uero
fuerit de aliis exbanditis, non poſſit proponi uſq; ad tres menſes numerandos a die ſupra
dicto. ¶Si uero fuerit de aliis partitum perditum non poſſit proponi iterato de nouo,
niſi elapſo menſe, ut ſupra. Et ſi aliter factum fuerit, non ſeruata dicta forma, non ualeat
ipſo iure quod factum fuerit. ¶Et Confalonerius, & Priores, & Cancellarius, qui contra-
fecerint uel ſcripſerint, pœnam.xxv.lib.deñ.incurrant uice qualibet. ¶Item cum ſint ali-
qui temerarii & præſumptuoſi impedire ſoliti, dum eſt congregatum conſilium, ne fiat
uel impediatur aliquo modo, dum eſt in dicta congregatione, uociferando, & nimium lo
quendo non eundo ad arrengeriam ad arrengandum uel conſulendum, ex quo dicto con
ſilio non modicum præſtat impedimentum, ad reprimendum eorum temeritatẽ. ¶Sta-
tuimus & ordinamus, q̃ quicunq; alta uoce dixerit aliquid ſine uoluntate & mandato do
minorum Poteſtatis Confalonerii & Priorum, non conſulendo uel arrengando in arren-
geria dicti palatii ubi eſt ſolitum conſilium fieri, incidat in pœnam.x.lib. de facto exi-
genda per Poteſtatem.

## ¶De conſilio credentiæ, & eorum autoritate & arbitrio. Rub. XVII.

STatuimus & ordinamus, q̃ conſilium credentiæ fiat in Ciuitate Eſii. Quod conſi-
lium ſit & eſſe debeat de.xxx. bonis uiris, & hominibus ciuitatis & comitatus Eſii.
uidelicet.xv. conſiliarii ſint & eſſe debeant de ciuitate, & alii.xv. ſint & eſſe debeant de co-
mitatu, quorum diſtributio pertineat ad Priores. Qui conſiliarii eligantur per conſilium
centum bonorum uirorum dictæ ciuitatis & comitatus, uel per alios de conſilio, in quos
fuerit remiſſa dicta electio, & non ſint maioris numeri. Qui tantum requirantur per ſo-
num campanæ, quo ad credentiam ciuitatis, & ut ſupra in alio ſtatuto, quo ad comita-
tus, dum congregari requiruntur. Et quod obtentum fuerit per maiorem partem adſtan
tium .ſ. duarum partium ipſius conſilii, in dicto conſilio ualeat & teneat aliquibus in con
trarium facientibus non obſtantibus, dummodo in dicto conſilio interſit.xxiiii. dicto-
rum conſiliariorum. ¶In quo conſilio nullus poſſit eligi uel uocari, qui non ſit ciuis
uel comitatiuus uel oriundus de ciuitate uel comitatu. Et non poſſit eſſe de dicto
conſilio, niſi unus de eadem domo tantum. ¶Et dictum conſilium credentiæ, una cum
dominis Confalonerio & Prioribus, habeant arbitrium & Poteſtatem expendendi de
bonis & hauere communis prædicti, & pro utilitate dicti communis uſq; ad quan-
titatem centum librarum, & non ultra, abſq; conſilio maiori ciuitatis & comitatus.
¶Qui conſiliarii credentiæ ſint exempti toto tempore eorum regiminis ab omni one-
re perſonali, prout domini Confalonerius & Priores dictæ ciuitatis inſpecta qualitate
temporis, cum additione facta in præſenti ſtatuto. ¶Adiicientes huic ſtatuto q̃ offi-
cium dictorum conſiliariorum duret & durare debeat uſquequo aliter fuerit prouiſum
per conſiliarios conſilii generalis ciuitatis & comitatus.

¶De conſilio generali ciuitatis & comitatus,& eius arbitrio. Rub. XVIII.

ITem ſtatuimus & ordinamus,q; ad gubernationem & augmentum dictæ ciuitatis,& eius comitatus,q; in dicta ciuitate ſit & eſſe debeat conſilium centũ bonorũ uirorũ ciuium & comitatiuorũ,& pluriũ,ſeu pauciorũ prout per generale concilium ciuitatis & comitatus fuerit decretũ & deliberatum. Et dictum cõſilium habeat plenam & liberam poteſtatem,negocia & facta dictæ ciuitatis,& eius comitatus, faciendi, & operandi in omnibus rebus dicti cõmunis opportunis,& in caſibus quibuſcũq; occurrẽtibus in ea, & quicquid dictum & factum fuerit per dictum conſilium,ualeat,& teneat,& habeat plenam roboris firmitatem,quemadmodum,ſi fuiſſet factum & deliberatum,per generale parlamẽtum,& homines dictæ ciuitatis & eius comitatus. ¶Et cum euenerit caſus q; aliquis moreretur de dictis conſiliariis,uel aliter impediretur, tunc loco ipſius mortui, uel aliter impediti taliter,q; commode ad facta communis adeſſe non poteſt, poſſit per Confalonerium & Priores & conſilium credentiæ alter ſubſtitui uel readiungi, & duret officium dictorum conſiliariorum ſecundum formam & modum qui in confirmatione ipſius regiminis fuerit decretum , ad ſtatum ſanctæ matris eccleſiæ.

¶De conſilio bis fiendo in anno pro euidenti & publica utilitate communis. Rub. XIX.

ITem ſtatuimus & ordinamus,q; quolibet anno tempore cuiuſlibet poteſtatis.uidelicet.quibuſlibet ſex menſibus officii poteſtatis ciuitatis prædictæ, teneatur poteſtas, qui pro tempore fuerit ad regimen dictæ ciuitatis, tempore ſui regiminis,infra octo dies poſt introitum ſui officii facere congregari parlamentum,ſiue conſilium generale ciuitatis prædictæ & comitatus,& ibidem proponere de euidenti & publica utilitate communis prædicti,& ſuper ea conſilium facere,& utilia conſulta per conſiliarios capere, & ad effectum mandare, una cum Confalonerio & Prioribus dictæ ciuitatis uinculo ſacramenti,& pœna.L.lib.deñ. incurrat, & de hoc ſyndicari debeat per ſyndicatores ipſius. Ac etiã debeant præponere de cõſeruatione preſentis popularis,& pacifici ſtatus,& deliberari poſſint omnia quę circa ꝓdictũ pacificũ ſtatũ uidebunt̃ expedire ſtatu eccleſiæ ſemper ſaluo.

¶De prouiſione & ſalario faciẽdo ciuibus & comitatiuis uenientibus ad cõſilia generalis & credentiæ,& pœna ipſorum non uenientium ad conſilia. Rub. XX.

ITem ſtatuimus & ordinamus, q; omnes conſiliarii credentiæ ciuitatis , & generalis, & credentię comitatus,durante tempore eorum officii & regiminis debeant eſſe exempti a cuſtodia diei & noctis, ciuitatis, & comitatus, ex eo quod circa facta communis ſunt affatigati & tediati. ¶Et dicti conſiliarii, tam in generali, q̃ in ſpeciali , poſt notificationem eis factam teneantur ad dicta conſilia uenire pulſata campana conſilii , & ſtare, donec factum fuerit dictum conſilium,& intereſſe requiſitioni dicti conſilii. Non uenientes ad conſilium credentiæ ſi fuerit comitatiuus, in pœnam.V. ſol. incurrat pro quolibet & qualibet uicẽ. Si fuerit ciuis ſimiliter in pœnam.V.ſol.incurrat: pro quolibet & qualibet uice. ¶Non uenientes ad conſilium generale , ſi fuerit comitatiuus in dictã pœnam.V. ſol.incurrat. Si uero ciuis eandem pœnam ſoluere teneatur in quolibet prædictorum capitulorum ſine aliqua diminutione. Saluo q; ſi aliquis dictorum conſiliariorum non habuerit iuſtum impedimentum quod declaretur & examinetur per dominos Poteſtatem & Priores.

¶De



¶De buſſulis & palluttis habendis & fiendis, cum quibus partita mittantur in conſiliis. Rub. XXI.

STatuimus & ordinamus,q; pro partitis fiendis & mittendis cõmunis,fiant duæ buſſulæ,una alba del ſic,& altera rubea del non cum uno bacili de ramo uel de octone,& cum palluttis plumbeis quæ ſint & eſſe debeant apud Priores dictæ ciuitatis , cum quibus partita mittantur ſuper reformationibus conſiliariorum & conſiliis in illis negotiis in quibus partita fiunt,& fieri mandant ſtatuta huius ciuitatis ad buſſulas & palluttas.

Quod poteſtas,uel aliquis alius officialis enxenium non recipiat,nec aliquem ad præſtandum ei aliquid grauet. Rub. XXII.

DOnum munus uel enxenium in quibuſcunq; rebus ab aliquo poteſtas , uel aliquis officialis dictæ ciuitatis non accipiat,cum aliquo noſtro ciue, uel habitatore dictæ ciuitatis uel comitatiuo non participet,in potu,neq; in cibo,per ciuitatem, neq; per comitatum eiuſdem,præterq̃ in hoſpitiis ſuis expenſis. Si contigerit ire per comitatum in ſeruitium cõmunis,uel pro officio exercendo,uel ſuis,uel alienis factis ex iuſta cauſa, pœna poteſtati contrafacienti.x.lib.deñ.aliis officialibus centum ſol. pro qualibet uice. ¶Nec aliquis de familia poteſtatis ſolus,uel ſociatus bibat uel comedat in aliqua taberna ciuitatis,in domo alicuius ſpecialis perſonæ, pœna ipſi famulo imponenda & exigenda de facto.xx.ſol.pro qualibet uice & danti comedere uel bibere,in pœna.xx.ſol.de facto exigenda,& in cõmune uenienda. ¶Item participans cum dictis officialibus uel eorum famulis, uel eis uel alicui ipſorũ enxeniũ mittens,aut aliquid largiens, puniatur uice qualibet in.C. ſol.de facto ſine aliqua ſcriptura applicãdis dicto cõmuni. ¶Item q; dictus dñs poteſtas, & alii officiales dicti cõmunis non poſſint,nec ualeant aliquem ciuem, uel comitatiuũ dictæ ciuitatis cogere quoquo modo ad faciendum eis, uel alteri eorum aliquod enxenium realiter uel perſonaliter , nec grauare uel grauari facere ad præſtandum eis ſomerios uel alias beſtias,uel alicui eorum pro lignis apportandis eis uel alicui eorum fenum, paleam, uel herbam,equum uel equam, ronzenum uel mulum equitandum non cogat aliquẽ ad præſtandum,niſi pro iuſto precio & niſi fuerit in ſeruitium cõmunis,in quo caſu peti & cogi poſſit,pœna.x.lib.deñ.pro quolibet & qualibet uice qua contrafecerit. ¶Nulluſq; baiulus uel alia ſpecialis perſona prædictos habentes ſomerios uel alias beſtias requirat pro prædictis, pœna.xx. ſol.pro quolibet & qualibet uice,& puniat̃ de facto. ¶Declarãtes q; in quolibet caſu in ꝓſenti ſtatuto cõprehenſo ubi eſt diſpoſitũ & ſcriptũ q; poteſtas & eius officiales,pœnã incurrãt, talis pœna debeat retineri per Camerariũ in fine ſui ſyndicatus.

¶Quod liceat dominis Prioribus & conſilio credentię eligere baiulos,& tubatorẽ,prout eis placuerit conuenire & autoritati & arbitrio eorum. Rub. XXIII.

STatuimus & ordinamus,q; in ciuitate Eſii,eligantur baiuli, & tubatores,per Confal. Prio.& conſilium credentiæ dictæ ciuitatis numeri & quantitatis , prout dictis dñis placuerit,& neceſſe erit ſemper,& quãdocũq; cũ ſalariis prout & ſicut, cũ dictis baiulis & tubatore fuerint in concordia. Qui tubator ſeu tubatores prædicti eligẽdi per prædictos dños Priores & conſilium teneat̃ & ualeat, ſeu teneant̃ & ualeant bandimenta facere , & etiam citationes perſonarũ ſpecialiũ dictæ ciuitatis,non ſolũ ſono tubæ,ſed etiam ſine tuba quemadmodũ alii baiuli faciunt in ciuilibus & criminalibus,ſi ei uel eis placuerit. ¶Bãdimenta omnia faciat ſiue faciant,eidem uel eiſdem cõmiſſa per dñm poteſtatem ciuitatis Eſii, & dominos Confal.& Prio.dictæ ciuitatis,dũ tamen non cedant cõtra ſtatũ & hono

rem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ,uel alicuius officialis eiuſdē. ¶Et baiuli teneanť dare idoneū fideiuſſorē de bene & legaliter eoꝝ officiū exercendo,& de pignoribus ad eoꝝ manus perueniendis bonā rationē reddere,tam officiali,q̃ creditori & debitori,in manibus Cācellarii,& præſentia dn̄oꝝ Confalonerii & Priorū,& teneanť facere citationes & relationes, in ciuilibus & criminalibus,& tenutarū dationibus,& omnia quæ ad officiū baiulatus pertinent & expectant in ciuitate & comitatu, ac diſtrictu Eſii. Et ſi negligentes fuerint, uel fraudem cōmiſerint,in dicto officio dicti baiuli,puniant̃ pro quolibet & qualibet uice.C. ſol.deñ.paruorū,& ad emendationē dāni, dānū paſſo , & pro eorū mercedibus,a priuatis perſonis habeant id ſolū quod per alia ſtatuta infra fuerit ordinatū,& non ultra. ¶Tubator,ſeu tubatores autē teneať,ſeu teneanť intereſſe omnibus conſiliis,& pulſare cāpanam ad conſiliū,pœna duoꝝ ſol.pro qualibet uice. ¶Dicimus tamen,ꝗ baiuli prædicti ultra ſalarium ꝗ eis datur a cōmuni non poſſint,nec debeant petere aliquā additionē uel aliquid aliud plus,ſed dicto eoꝝ ſalario contenti ſtare debeant, nec aliquā immunitatē aliā alicui ſyndico uel uniuerſitati & ſpeciali perſonæ. Quā ſi eis uel alicui eoꝝ dareť uel promitteretur aliquid plus non teneat dicta promiſſio,& datum poſſit repeti iure uel facto in contrariū non obſtante,nec aliqua conſuetudine,ſaluo ꝗ poſſint recipere mercedē pro citationibus præceptis,& executionibus,prout in ſtatutis continet̃,ut ſupra,dūmodo nō ſint executiones pro fiſcali debito, & ſimiliter relationes , uel citationes aliquoꝝ pro delicto, ꝗ ſi aliquid appareret per ſtatutū uel conſuetudinem ſolui debere prædictis baiulis, in prædictis citationibus,uel aliqua eaꝝ,per præſentē ſtatutū totaliter derogamus. ¶Inſuper dicimus,ꝗ ſi ſupradicti baiuli acciperent alicui aliquod pignus tempore alicuius officialis, & dicant baiuli prædicti ſe hoc feciſſe mandato alicuius officialis,ꝗ occaſione pignoris prædicti,non poſſint conueniri niſi tempore dicti officialis abinde in antea non audiať : ſi dictū pignus non inueniret̃. Et hoc ſtatutū locū habeat in comitatu, tanquā in ciuitate.

¶De pœna imponenda per dominos Prio.& Confalo. Rub. XXIIII.

STatuimus & ordinamus,ꝗ dn̄i Confal.& Prio.ciuitatis Eſii. pro eorū,& dicti cōmunis iuriſditione ſeruanda,poſſint & ualeant præcepta & mandata facere cuilibet de dicta ciuitate & eius comitatu quę tendant ad utilitatem & neceſſitatem officii dictorū dominorū Confal.& Prio.& pœnas ſeu mulctas imponere uſq; ad.x. lib. & illas facere cōtra inobedientes exigi de facto per quēlibet officialē, & alia facere & exercere dūmodo dicta præcepta ſint licita,& facta pro utilitate cōmunis, ſine quibus eoꝝ officiū explicari nō poſſet. ¶Et ſi in prædictis,& circa prædicta aliqui fuerint contemptores, dn̄s poteſtas ciuitatis prędictæ qui pro tēpore fuerit ,poſſit & debeat cogere tales, ad parendū & obediendū dictis dn̄is Confal.& Prio.& eorū officio remediis pretoris. Et quā non ſint contra honorē uel ſtatū ſanctę Romanę Eccleſię, uel alicuius officialis eiuſdē, & dictas pœnas exigere de facto & deuenire in cōmune. Et Prio.non poſſint ipſi pœnam mulctandā imponere,quæ eſſet contra conſtitutionem dn̄i Legati,qua prohibeť aliquem in terra ſua,preeminentiam habere. Et dicta precepta exequi, uirtute preſtiti iuramenti, & pœna.C. ſol. deñ.de ſuo ſalario, ſtatim cum fuerint requiſiti a dictis dominis Confal.& Prioribus.

¶De modo ſuſpendendi ſtatuta, & de non augendo ſalarium poteſtatis nec dando arma communis. Rub. XXV.

QVotienſcūq; tractaretur de ſuſpenſione alicuius ſtatuti : talis ordo ſeruetur.uidelicet. Quòd Confalonerius & Priores,una cū conſilio credentiæ dictę ciuitatis:per Cancellariū cōmunis prius ibi fiendo per ipſos, uel duas partes ipſoꝝ,qui ſimul & in unum

in unū conueniant,inter eos proponatur,ſi illius ſtatuti,de cuius ſuſpenſione tractari debet,utilis eſt ſuſpenſio,& euidens utilitas pro cōmuni, & huiuſmodi propoſitione facta, debeat ſuper ea per aliquos uel aliquem ex dictis arrengari , & arrengato & conſulto ſuper ea,unū de dictis eoꝝ mittatur ad partitum,ad buſſulas & palluttas, albam, & rubeā. Et ſi ibi per duas partes præſentium deliberatū fuerit ſuſpenſionem fieri , pro meliori & utiliori cōmuni,lecto prius ſtatuto,de quo tractatur ſuſpenſio, de uerbo ad uerbū uulgariter & diſtincte, & facta deliberatione huiuſmodi id reducatur ad conſiliū generale, die ſequenti poſt factā deliberationē,uel poſtea. Ita ꝗ ſemper in dicto conſilio credētię prius deliberetur. Et in dicto conſilio fiendo, ſint & intereſſe debeant duæ partes dicti conſilii generalis ad minus, & ibidem proponatur de ſuſpenſione dicti ſtatuti,& legatur dictum ſtatutū in dicto conſilio totū uulgariter ad plenam intelligentiam omniū conſiliariorū, & aliter q̃ dictū eſt fieri non debeat,neq; poſſit. Et facta dicta propoſita arrengetur ſuper ea,per aliquem ſeu aliquos ex dictis conſiliariis,& arrengato & conſulto ſuper dicta propoſita,fiat partitum ad buſſulas & palluttas,ut ſupra. Et quod obtentū fuerit de ſuſpenſione prædicta,per duas partes dictorū conſiliariorū præſentium in dicto conſilio, dicta ſuſpenſio firma ſit pro illa uice dumtaxat, ſtatuto uel reformatione aliqua in contrarium non obſtante. Ita tamen ꝗ nullo modo ſuſpendi proponi uel reformari aliquod ſtatutū poſſit quod tractaret de electione poteſtatis,uel ipſius refirmatione. Et arbitrio non concedendo alicui rectori uel poteſtati uel officiali cōmunis & de eoꝝ officiis. Et de non augendo ſalariū poteſtati uel alicui alteri officiali,uel rectori, uel aliud expendendo de pecunia & hauere cōmunis,ultra uel pręter formam ſtatutoꝝ dictæ ciuitatis. ¶Et nullus Poteſtas,Confal.uel Prio.uel q̃uis alius officialis dictæ ciuitatis audeat uel præſumat in aliquo conſilio congregatione uel parlamento proponere,uel reformare de augmento ſalarii poteſtatis,uel alterius officialis directe uel per obliquū, pro ſtipendio ſurgentiū berruariorū,uel alio quocunq; colore quæſito. ¶Et nullus audeat arrengare ꝗ prædicta, uel aliquod prædictoꝝ fiant,uel ꝗ creetur uel conſtituať ſyndicus ad conſeruandū indemnem dictos Rectores Confaloneriū & Priores,& alios officiales, uel alios quoſcunq; qui prædicta proponeret,ſcriberet uel conſentiret,uel arrengaret. Et nullus dictū ſyndicatū debeat in ſe ſuſcipere,uel ipſum ſyndicatū,uel propoſitam uel reformationem ſcribere. Et ſi quis contra aliquid prædictorū fecerit,uel dixerit. Si poteſtas,in quincentis libris denarioꝝ. Si aliquis officialis ciuis,uel forenſis,in ducentis libris denarioꝝ puniatur,& debeat in utroq; caſu cum infamia ab eorum officio remoueri & ſit infamis. Si uero aliqua ſingularis perſona aliquod prædictorum fecerint, in ducentis libris denarioꝝ, cum infamia puniatur. Et eandem formam & ſolennitatem obſeruari uolumus quotiens tractaretur in aliquo conſilio publico,uel priuato de aliquo dono, uel gratia , ſeu prouiſione fienda, de pecunia communis alicui perſonæ, de prorogatione termini condemnationis alicuius condemnati in communi, ſeu de reconciliatione alicuius exbanditi , uel condemnati huius communis. Saluo ꝗ prædicti Confalonerius & Priores, non poſſint facere fieri aliquam propoſitam de aliquo dono fiendo, de aliqua pecunia , uel alia re dicti communis alicui nobili ciui,uel comitatenſi ciuitatis Eſii, pœna.L.lib. deñ. Confalonerio,& pro quolibet Priore, qui contrafecerint. Et ſi fieret non ualeat ipſo iure.

¶De renouatione ſtatutorum, & electione ſtatutariorum , & eorum correctione, diminutione,& additione. Rub. XXVI.

IN ſtatutorum renouatione & electione ſtatutariorum talis modus ſeruetur. Quod quolibet anno de menſe Ianuarii infra octo dies menſis prædicti ,Confalonerius & Priores dictæ Ciuitatis Eſii , teneantur congregare conſilium generale & populi dictæ Ciuitatis , & in dicto conſilio proponatur , & deliberetur , & reformetur de modo te-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

nendo & forma in reuocatione ſtatutoꝝ, correctione, diminutione, & additione prædictorum ſtatutoꝝ cõmunis dictæ ciuitatis. Et facta dicta deliberarione in dicto conſilio & obtenta per duas partes dictorum conſiliarioꝝ, de dicta renouatione. Confalonerius & Priores dictæ ciuitatis teneant & debeant, pœna .x. lib. deñ. pro quolibet, ea die eligere & nominare quattuor bonos uiros legales & ſufficientes de dicto conſilio, ad renouandum, addendum, minuendum, & corrigendum ſtatuta cõmunis. Et unũ bonũ expertum & ſufficientem notariũ de ciuitate ad ſcribendũ. Qui ſic electi reclaudant per dominos poteſtatem, Confal. & Prio. dictæ ciuitatis in loco honeſto & congruo dictæ ciuitatis, prout dictis domino Poteſtati, Confal. & Prio. placuerit & uidebit conuenire ad faciendũ prædicta, & infra terminũ eis dandum, per dictos dominos Confalonerium & Priores. Qui ſic electi habeant poteſtatem & libertatem, addendi, minuendi, caſſandi, & corrigendi, & de nouo ſtatuta faciendi cõmunis ſupradicti, prout de ipſoꝝ proceſſerit uoluntate, ſtatuta de nouo correctiones, additiones, & diminutiones per eos facta & factæ, legi debeant publice, & approbari, per conſilium generale dictæ ciuitatis, uel per maiorem partem dictorum conſiliarioꝝ dicti conſilii ad buſſulas & palluttas uel fabas ſemper partito facto per dictũ Cancellarium, de uoluntate dictorũ dñoꝝ poteſtatis, Confal. & Prio. in dicto conſilio, & ſtatuta in dicto conſilio approbata uel confirmata pro ſtatutis inuiolabiliter obſeruentur, & obſeruari debeant, ab omnibus cum effectu. Et habeant & habere debeãt dicti ſtatutarii, & notarii pro quolibet eorum mercede & labore ſalarium ꝙ uidebitur dominis Confalonerio, & Prioribus, qui tunc temporis erunt ad regimen dictæ ciuitatis.

¶De confirmatione ſtatutorum, & de pœna ipſa ſtatuta infringere pręſumentium & imperantium. Rub. XXVII.

STatuta omnia, & conſtitutiones huius cõmunis, in hoc inſerta uolumine, in omnibus negociis, non ſolũ in futuris, ſed etiam in negociis inceptis, non dum finitis iudiciali ſententia tranſactione: uel pœna: & in omnibus præſentibus & dependentibus ab eiſdem & emergentibus hactenus facta: & etiam quæ de nouo pro tempore fieri contigerit: ualeant per ſex menſes: abſq; alia ſuperioris confirmatione. ¶Poteſtas uero & cæteri officiales dictæ ciuitatis dicta ſtatuta condita & condenda modo & forma prædictis ſimpliciter: & prout littera iacet: & uerba ipſorum ſonant & declarant: ad ſanum intellectum propterea prohibentes interpretationem correctiuam: arctatiuam declaratiuam: uel extenſiuam fieri in dictis ſtatutis ſecundum ꝙ ſacri canones permittunt: obſeruent: & obſeruari faciant cum effectu: pœna poteſtati ſi contrafecerit in prædictis. L. lib. deñ. et cuilibet alii officiali: pœna .xxv. lib. deñ. ſoluenda: de eorum ſalario in cõmuni prædicto. Nec aliquis alius: tam de ciuitate uel comitatu: q̃ aliunde audeat dicere allegare uel proteſtari: ꝙ ſtatutum ſeu conſtitutio dictæ ciuitatis non ualeat nec iuris effectum habeat: pœna .xxv. lib. deñ. eidem per dominum Poteſtatem auferenda: et cõmuni applicanda. Præterq̃ ſi eſſet contra libertatem ſeu ſtatum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ: eiuſq; paſtorum: ſeu officialium: uel alicuius eorũ: et ſi non eſſent approbata per dñm Rectorem Marchiæ uel ſanctiſſimum dominum noſtrum Papam: uel ab eo ius habentem.

¶De electione aliquorum hominum ponendorum ad inueniendum: et denunciandum tenentes publicas res communis. Rub. XXVIII.

ITem ſtatuimus: et ordinamus: ꝙ in principio officii cuiuſlibet Prioratus debeat fieri conſilium generale: in quo eligantur alii officiales ciuitatis Eſii: et in eo eligi duos homines bonos et idoneos ad procurandum; et reinueniendum bona et iura publica cõmunis



munis dictæ ciuitatis, & omnes tenentes & poſſidentes de bonis ciuitatis prędictæ, & qui poſſint accuſare & denunciare coram officialibus ciuitatis noſtrę, omnes occupantes & tenentes de dictis bonis. Et tales tenentes & occupantes de dictis, puniant in. V. ſol. deñ. paruorum, pro qualibet lib. deñ. ualoris dictæ rei occupatæ & detentæ, & rem occupatam deſtituat, & relaſſet dicto cõmuni. ¶Item ſtatuimus & ordinamus, ꝙ Confal. & Prio. dictæ ciuitatis, qui pro tempore fuerint, poſſint & ualeant cum conſilio credentiæ dictæ ciuitatis, autoritate præſentis ſtatuti dictam rem occupatam dare & uendere dicto occupanti nomine dicti cõmunis libere. Primo facto ſyndico & ordinato per conſilium cõmunis ad hunc actum, pro precio competenti, inſpecta qualitate rei, & perſonæ occupantis. Et ſtetur relationi dictorum electorum & denunciatorum & credatur in omnibus uigore præſentis ſtatuti. Reſeruato tamen iure dictis denunciatis, ſi uoluerint, in reprobando dictos electos & denunciatores, ſi contra ius denunciaſſent.

¶De forma ſacramenti Iudicis Poteſtatis, & ipſius officii & aliorum officialium dicti Poteſtatis. Rub. XXIX.

SAcramentum iudicis dñi Poteſtatis fiat ſic, & effectualiter teneat obſeruare. Iuratis uos dñe iudex facere iuſticiam, & rationem in ciuilibus & criminalibus, eccleſiis, uiduis, & orphanis, & miſerabilibus perſonis & omnibus aliis perſonis, tam maioribus, q̃ minoribus ſubiectis iuriſditioni & poteſtati ciuitatis Eſii, & cuiuſcũq; alterius perſonæ ius competenti contra quoſcũq; competat, ſecundũ ſtatuta ipſius ciuitatis & reformationes ciuitatis Eſii, & ordinamenta ipſius, ſicut littera iacet. Et ubi ſtatutum deficit, & ordinamenta, & reformationes facta & facienda ſecũdũ iura cõmunia. Et ubi iura non inueniuntur loqui ſecũdũ bonam conſuetudinem, omnes quęſtiones, tam ciuiles q̃ criminales cotam ueſtris anteceſſoribus incohatas & non determinatas decidetis & terminabitis. ¶Poteſtati ciuitatis Eſii & cõmuni eiuſdem ciuitatis, ſanum & iuſtum conſilium dabitis & tenebitis credentias dicti cõmunis perpetuas in perpetuũ, & temporales ad tempus. ¶De bonis cõmunis, & ſpecialiũ perſonarũ, furtũ, dolũ, neq; fraudem non cõmittetis, nec facietis, nec facienti, uel cõmittenti conſentietis. Et ad bancum iuris ſedebitis, ad iuſticiam & rationem reddendam & faciendam. ¶Et ſingula noſtra ſtatuta, & reformationes factas, & condendas obſeruabitis toto ueſtro poſſe, ſi deus te adiuuet. ¶Miles uero ſocius domini Poteſtatis, & Notarius maleficiorum & malefactorum, & extraordinariorum, iurent omnia ſtatuta, & ordinamenta facta & fienda quæ tractant de eorum officiis, iuxta poſſe plenarię obſeruare.

¶De ſyndicatu officialium forenſium. Rub. XXX.

STatuimus & ordinamus, ꝙ Poteſtas ciuitatis Eſii, finito ſuo officio teneat & debeat, cũ omnibus ſuis officialibus, & familiaribus ad ſyndicatũ ſtare, de geſtis cõmiſſis, & neglectis per eũ, eiuſq; officiales & familiam, tempore ſui officii, & teneat reſpondere pro ſe ipſis omnibus & ſingulis, & rationẽ adminiſtrationis, & uillicationis reddere ſyndicis eligendis per dños Confal. & Prio. & conſiliũ credentiæ populi ciuitatis Eſii, ultimo mẽſe regiminis Poteſtatis. ¶Qui ſyndici mittere debeãt litteras per comitatũ & diſtrictũ Eſii. Notificando omnibus ſyndicis cõmunitatibus, & ſingularibus perſonis dictoꝝ caſtrorũ & locorũ comitatus prędicti, ſyndicatũ fiendũ de poteſtate & eius officialibus & familia. ¶Et habere debeãt tales ſyndici pro ſe ipſis, & eorũ notario florenũ unũ monetę pro quolibet nõ plus, exceptis doctoribus cõuocãdis. Teneat dictus poteſtas qui debet ſyndicari, ad dictũ ſyndicatũ ſtare quinq; diebus cõtinuis depoſito eius officio. Et dicti ſyndici debeãt eſſe tres, & unus notarius, de quibus tribus, unus ſit doctor ciuis uel forenſis, arbitrio concilii credentiæ ciuitatis, cum ſalario unius floreni monetæ, & expenſis. Si uero erit

ciuis uel comitatiuus habeat carlenos decē,cuius doctoris cōſilio ſyndicatus regat̃,& expediat̃ iuſticia mediante. ¶ Addentes ꝙ notarius ſyndicatorū,& ipſi ſyndici non poſſint, pœna.x.lib.aliquid petere uel recipere a conquerentibus contra officiales prædictos, nec ab ipſis officialibus ſe defendentibus pro mercede exanimis & actorū quorūcūq; coram eis faciendorū ex quo habent ſalariū de publico. Et contra ipſum poteſtatē, & eius officiales & familiā dari poſſint,& debeant petitiones,uel libelli quocūq; modo,& qualitercunq; facti ualeant & teneant. Eſto ꝙ in ſe non habeant iuris ſolēnitatem debitam,qui & quę admitti & recipi debeant per dictos ſyndicatores,& ratione ineptitudinis nō poſſint infringi. Sed ſuper eis procedat̃,ac ſi eſſent bene & recte concepti & formati,nō obſtantibus aliquibus in contrariū facientibus. ¶ Et dictus ſyndicatus poteſtatis & officialiū & familiæ, poſt finitū officiū,incipiat & duret per quinq; dies,de quibus intra tres dies debeāt querelantes ſuas petitiones porrigere,elapſis uero quinq; diebus,quibus ſtari debent ad ſyndicatū dicti poteſtas officiales & familia die ſequenti ante tertias debeant abſolui uel condēnari per dictos ſyndicatores, pœna dictis ſyndicis ſi contrafecerint pro quolibet.xl. ſol. Alias dictus poteſtas,officiales,& familia,abſoluti eſſe intelligant̃,& ſint. ¶ Item hoc generaliter ſtatuimus,ꝙ prædictus dn̄s poteſtas, & ſui officiales & familia quādo ſyndicantur,& tēpore eorū accuſationis uel excuſationis non teneant̃,nec debeant pręſtare aliquē fideiuſſorē pro eorū ſyndicatu,nec aliquis terrigena uel habitator dictæ ciuitatis uel comitatus poſſit uel debeat pro prædictis fideiubere,uel fideiuſſor exiſtere, pœna contrafacienti uice qualibet.x.lib.den̄. ¶ Nec etiā poſſit aliquis ciuis,diſtrictualis,habitator,procuratorio uel alio nomine,& per modū ſubſtitutionis interuenire uel cōparere uel pro eorū aliquo allegare,nec eis uel alicui ipſorū patrociniū præſtare,uel cū eis uel aliquo eorum ad bācū ſyndicatus intereſſe ad aliquē actū ſyndicatus prædicti,pœna.x.lib.den̄. dictis ſyndicatoribus & notariis ſi fieri paſſi fuerint,pro quolibet eorū & uice qualibet de facto auferēda,& ſine proceſſu. ¶ Volumus autē ꝙ tertia pars ſalarii cuiuſlibet poteſtatis, uel rectoris,uel officialis reſeruet̃ uſq; ad finē dicti ſyndicatus incluſiue,ei ſoluēda in caſu, quo non fuerint cōdēnati cōmuni uel ſingularibus pſonis. Ac etiā dicti ſyndicatores petita retinere poſſint,& debeant, equi arneſia dicti talis rectoris uel poteſtatis, uel officialis,in ſequeſtro poni,uſq; ad finē dicti ſyndicatus debeant. Et fideiuſſio nulla flagitet̃ a rectoribus,& officialibus antedictis. ¶ Item nullus ex officialibus antedictis poteſtatibus, uel rectoribus poſſit petere,uel peti facere,ꝙ aliquis ipſoꝝ ſyndicet̃ intra tēpus ſui officii. Et ſi Cōſal. & Prio. prædicti proponerent uel proponi facerent,cadant in pœnā,tam ipſi,q̃ officiales, uel peti facientes,uel talem ſyndicatū acceptantes,pœna.xxy.ducatoꝝ auri,pro quolibet, & quicquid fieret contra prædicta nō ualeat ipſo iure. ¶ Addentes ꝙ in ſyndicatu poteſtatis,uel rectoris, uel officialis cōmunis ciuitatis Eſii, tam foreſiū q̃ aliorū procedere poſſint ſyndicatores ſummarie ſimpliciter,& de plano ſine ſtrepitu & figura iudicii,diebus etiā feriatis in honorē dei,omnibus ſolēnitatibus, & ſubſtantialibus iudiciorū omiſſis ſola facti & ueritate ſeruata,& ſecūdū ius & iuſticiā cōdēnare & abſoluere teneant̃ dicti ſyndicatores. ¶ Et præſens ſtatutum ſit ultimū , & derogatorium omnibus aliis de ſyndicatu officialium loquentibus præter uel contra formam huius ſtatuti.

### ¶ De ſyndicatoribus dominorum Priorum. Rub. XXXI.

STatuimus & ordinamus, ꝙ in fine officii Prioratus, dictorū dn̄oꝝ Priorū , dicti dn̄i Priores ſyndicent̃ & ab eis ratio adminiſtrationis coꝝ officii requirat̃ p illos ſyndicatores & rationatores ponēdos & eligēdos p ſubſequētes Cōſal.& Prio. & cōſiliū credētiæ dictæ ciuitatis,die ingreſſus eorū officii. Qui Priores,finito eorū officio ſtēt ad ſyndicatū

coram



coram dictis ſyndicatoribus,& eorū ſyndicatus duret per tres dies, & bandimentum fiat ſemel in ciuitate,ſi aliquis uoluerit de eis,uel de aliquo eorū conqueri,uel aliquid dicere cōtra eos. Et ſi reperti fuerint,dolum,fraudem,uel barattariam aliquam facere in factis dicti cōmunis,tempore eoꝝ officii puniant̃,pœna.xxy. lib.den̄.pro quolibet & qualibet uice, & reſtituant accepta in quadruplū,& priuent̃ ab officio dicti cōmunis , & ab officio prioratus ſuſpendant̃. ¶ Syndicatores uero,uel rationatores dictorū Priorū & Conſal.ponātur per dictos in officio ſucceſſores,ut ſupra. Et finito eorū officio,die ſequenti,faciant eos excuſare,& fidantiam dare de parendo & obediendo mandatis ſyndicorum , accepta fide ſequenti die poſt eorū excuſationem, licentient̃ comitatiui priores, qui reuertant̃ ad domos eorum,& per eorum ſyndicatores die ſequenti abſoluantur, uel condemnentur ſecūdum eorum adminiſtrationem,ita ꝙ ſyndicatus duret per tres dies continuos.

### ¶ De electione medicorum. Rub. XXXII.

ET ut homines & perſonæ ciuitatis Eſii & eius comitatus poſſint in ſuis ægritudinibus & infirmitatibus remediū habere,& de ipſis ualeant reſānari,præſens ſtatutū ordinamus,ꝙ per Priores ciuitatis Eſii & conſiliū generale,ſeu per quos, in quos per dictos Priores & conſilium remiſſum fuerit,quolibet Anno in dicta ciuitate eligat̃ expenſis cōmunis unus bonus & expertus medicus phiſicus forenſis,& fidelis. Qui medicus ſtare & permanere debeat,& moram facere in dicta ciuitate continue dicto anno, & ſollicite ire per ciuitatem ad uidendū,& curandū omnes infirmos & ægros quotiens requiſitus erit ab eis & uidebitur conuenire, cum ſalario, conuentionibus, & pactis, & conuentionibus ſeruandis quibus fuerit in concordia,& quæ fuerunt inita inter ipſum medicum,& dictos Conſal.& Prio.& conſilium ſeu per electos ab eis. Qui medicus non poſſit ſe abſentare a dicta ciuitate ſine licentia dn̄oꝝ Priorū,pœna.xxy.lib. pro qualibet uice. Et teneat̃ etiam dictus medicus,& debeat ire in comitatum ad uiſitandum infirmos, ſi ab aliquo requiſitus fuerit habita prius licentia a dictis dominis Conſal. & Prioribus.

### De electione magiſtri grammaticæ. Rub. XXXIII.

ITem ſtatuimus & ordinamus. Quod cum principiū ſit potiſſima pars uniuſcuiuſq; rei,& grāmatica ſit principium & fundamentum omnium liberaliū artiū. Quod in ciuitate Eſii quolibet anno Conſal.& Prio.dictæ ciuitatis una cū conſilio credentiæ ciuitatis,debeant eligere & uocare unū bonū & ſufficientem magiſtrū grāmaticę,ſeu eligere certos ciues ad eligendū dictū magiſtrū, qui doceat ſcholares, ciues, & comitatiuos ſine aliquo ſalario ab eis percipiendo, Salariū totū dicti magiſtri ſit & eſſe debeat,expenſis cōmunis,tanta quantitas,prout cum dictis dn̄is Conſal.Prio.& conſilio fuerit in concordia,ſeu cum eligendis & deputandis ab eis. ¶ Qui ſcholares toto tempore quo ſtudent,ſint & eſſe debeant exempti & imunes ab omni obſequio perſonali , autoritate præſentis ſtatuti. Sint etiam imunes & exempti ab obſequio perſonali omnes qui ſtant ad addiſcendum aliquam artem cum aliquo artifice,dum modo ſtent continue ad addiſcendum.

### ¶ De requiſitione fiēda de dn̄o Poteſtate eius,officialibus,familia & equo. R.XXXIIII.

ITem ſtatuimus & ordinamus,ꝙ quolibet mēſe tēpore cuiuſlibet Poteſtatis Ciuitatis Eſii,per dn̄os Cōſal.& Prio.& Cancellariū cōis,fiat inquiſitio dn̄i Poteſtatis,& ſuoꝝ officialiū,famuloꝝ & equi,quos ſecū duxerit,& quos ducere debebat ſm formā ſuæ electionis,& aſſignationis factæ per eum in principio ſui officii. Et ſi inuentus fuerit retinere of-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

ficialẽ,famulũ,uel equũ minus q̃ debeat,& promiſerit puniat̃ pro uicario,in.x.lib.Pro milite & notario,in.V.lib.Pro quolibet famulo.L.ſol.Pro equo.xxy.ſol.ꝑ quolibet & qualibet uice.

¶Quomodo & qualiter denarii paſſadii accipiantur. Rub. XXXV.

ITem ſtatuimus & pręſenti ſtatuto firmamus,ꝙ denarii paſſadii conſueti ab antiquo tẽpore tantũ,cõmunis accipiant̃ a tranſeuntibus per Camerariũ cõmunis,uel per datiarios dicti cõmunis,& non per aliũ.Et ipſe Camerarius quãdo per Camerariũ exigeret̃,uel loco ſui datiarius reſpectiue in ſuos uſus,teneat̃ dictos deñ.accipere,& in cippũ cõmunis mittere pręſente Cãcellario cõmunis,& uno priore,uel ſaltem duobus Prioribus,pœna.xx.lib.pro qualiber uice qua contrafecerint Priores prædicti,uel aliter accipiendo uel mittendo.Tranſeuntes uero habere & ſecum portare debeant bullettã ſcriptã manu Cancel.& ſignatã ſtãpa cõmunis,modo & ordine per noſtrũ ſtatutũ alibi cõceſſo & ordinato.

De pondere florenorum per cõmune habendo in ciuitate. Rub. XXXVI.

ITem ſtatuimus & pręſenti ſtatuto firmamus,ꝙ per Cancel.cõmunis ciuitatis Eſii expenſis cõmunis emat̃ unũ pondus florenorũ,cũ quo ponderent̃ floreni medii carri,& etiã ponderis cõmunis.Et uendat̃ dictũ pondus per dños Priores,& cõſiliũ nomine cõmunis emere uolenti,pro precio quod inueniret̃ ex dicta uẽditione.Qui emptor dicti põderis teneat̃ omnibus uolẽtibus ponderare ad dictũ pondus florenos.Et poſſit accipere dictus emens dictũ põdus & ponderans a quolibet põderationẽ petẽte unũ deñ.pro quolibet floreno ponderato,uſq; ad.x.floreñ.& abinde ſupra pro quibuſlibet duobus ducatis ponderatis,unũ deñ.accipiat,& nõ ultra. ¶Florenos uero cõmunis põderet ſine aliqua ſolutione fienda,uel accipiẽda,& floreni põderati uel adiuſtati per dictũ emptorẽ,uel põderatorẽ ad dictũ pondus,nõ poſſint refutari ab aliqua perſona,pœna.xx.ſol. ¶Mercatores uero poſſint cũ ſuis põderibus põderare florenos,quos ipſi recipiunt de eoꝝ mercãtiis uel cãbiãt,dũmõ eoꝝ põdera cõcordẽt cũ põdere cõis,alias ſi diſcordia eſſet recurrat̃ ad dictũ põdus cõis.Et ſi dictus põderator cõtrafecerit ꝑ qualibet uice.x.ſol.deñ.ſoluere cõpellat̃.

¶De referendariis faciendis,qui referant iurantes membra dei,& aliorũ ſanctorũ blaſſemantes dominũ & glorioſam uirginẽ Mariã,& ſanctos eius. Rub.XXXVII.

STatuimus & præſenti ſtatuto firmamus:Quod per dños Conſal.& Prio.Ciuitatis Eſii,in principio eorũ officii,ſeu regiminis eligant̃ in ciuitate,& in caſtris comitatus referendarii,qui referant & denuncient dño Poteſtati & eius officialibus omnes maledicẽtes & blaſfemantes Deũ,& glorioſam uirginẽ Mariã,& eius ſanctos,uel iurantes ſanguinem,& corpus Dei,& glorioſæ beatæ Mariæ uirginis,& eorũ aliarũ membra,uel ſanctoꝝ eiuſdem. ¶Et ſi dicti Conſal.& Prio.fuerint negligentes imponendo dictos referendarios,uel contrafecerint in prædictis,puniat̃ quilibet ipſorũ in.C.ſol.Et ſi dicti referendarii fuerint remiſſi in referendo,& negligentes ſimili pœna puniantur.Quã relationem facere teneantur infra.x.dies.Officium uero dictorum referendariorum duret ſex menſibus,quã electionem uolumus in ſecreto,& eorum nomina teneri,& credatur dictis dictorum referendariorum cum eorum ſacramento & dicto unius teſtis ad minus.

¶De elemoſina facienda lectori ſancti Franciſci prædicanti in Eccleſia ſancti Floriani. Rub. XXXVIII.

ITem ſtatuimus & ordinamus,ꝙ quolibet anno de pecunia,& hauere dicti cõmunis,dentur & ſoluantur lectori ſancti Franciſci:qui erit pro tẽpore.vi.ducati,ad.xl.boñ.ꝑ ducato



ducato,pro eius prouiſione ad hoc,ut perſonæ deuotæ ſint,& earum oratione intercedatur,pro defenſione & gubernatione dictæ ciuitatis,& ſingularium perſonarum eiuſdem.

¶De pœna Conſal.& Prio.euntium ſine Cancellario,& ſocio,& quis eorum ſit Prior. Rub. XXXIX.

ITem ſtatuimus & ordinamus,ꝙ de quattuor Prioribus,ſit & eſſe debeat unus eorum,qui nominet̃ Conſal.& ſit Prior dictorũ priorũ,apud quem uexillũ cõmunis Eſii ſit & eſſe debeat,& cũ manu teneat & gubernet in uera fidelitate ſanctæ matris Eccleſiæ,& ſanctiſſimi dñi noſtri.D.Pii.p̄p̄.IIII.& ſuorum ſucceſſorũ,& rectorũ in prouincia Marchiæ ſuorũ,& in pacificum ſtatum dictæ ciuitatis Eſii,& eius comitatus & diſtrictus, ¶Item ꝙ nullus priorũ prædictorum poſſit & ualeat ire ſolus per ciuitatem,nec ire ad palatium dominorũ Priorũ ſine ſocietate,ſed ſimul cũ ſociis & Cancellario,uel ſaltem cum uno ſocio uel Cancellario cõmunis.Nec ipſi poſſint bibere uel comedere in aliqua domo uel taberna ſpeciali alicuius de dicta ciuitate. ¶Quorum quidem priorum comitatiui debeant ſtare de nocte in palatio,& ibidem dormire continue durante eorum officio,ſub pœna.xxy.lib.deñ. ¶Liceat tamen dictis Prioribus de comitatu aliquando ire domum pro ſuis negociis peragendis cum licentia dictorum Conſal.& Prio.eorum ſociorum.

¶De forma ſacramenti Cancellarii,ſeu notarii reformationũ ciuitatis Eſii. Rub. XL.

STatuimus & ordinamus,ꝙ Cancellarius cõmunis ſeu Notarius reformationũ ciuitatis Eſii iurare debeat & teneat̃,uigore præſentis ſtatuti,de ſcribendo omnes & ſingulas propoſitas fiendas in conſilio generali & credentiæ dictæ ciuitatis,per dños Poteſtatem,Conſal.& Prio.eiuſdem ciuitatis.Et dicta conſiliariorũ,reformationes & deliberationes,omniũ conſiliariorũ,generaliũ & ſpecialiũ dictorũ conſiliariorũ ſcribere ad librũq; mittere.Et omnes introitus & exitus Camerariorũ & maſſariorũ dictæ ciuitatis ſcribere,& credentias dicti cõmunis retinere ſecrete perpetuas in perpetuũ,& tẽporales ad tẽpus,in quolibet conſilio ſtabitis perſonaliter,in domibus dñoꝝ Priorũ & Conſal.morabimini,cum eis ad unum panem,& unum uinum,& unam uitam,& omnia obſeruabitis,quæ ad ueſtrum officium ſpectant,& prout continentur in ſtatuto loquenti de ueſtro officio,ſi deus te adiuuet,ad ſancta dei euangelia corporaliter tactis ſcripturis obſeruabitis.

¶De modo retinendi per dominos Conſal.& Prio.in eligendo ſyndicatores Poteſtatis. Rub. XLI.

HAc præſenti conſtitutione firmamus,ꝙ tẽpore cuiuſlibet Poteſtatis,uel alterius officialis.dñi Conſal.& Prio.ciuitatis Eſii,qui erũt pro tẽpore,una cũ conſilio credentiæ,teneant̃ & debeant per octo uel quinq; dies,ante finẽ officii dñi Poteſtatis Eſii,& ſuorũ officialiũ,uel alterius officialis,eligere & ponere ſyndicos,aut rationatores,& unũ bonũ & ſufficientẽ Notariũ ciuẽ,uel comitatiuũ,ad ſyndicandũ & rationandũ Poteſtatẽ,& ſuos officiales,& famulos,uel alios quoſcũq; officiales dictæ ciuitatis terrigenas,uel forenſes,cũ ſalario declarato,ut patet ſupra dictis ſyndicis & notario.Qui ſyndici ſeu rationatores,teneant̃ iurare ad ſancta dei euangelia manu corporaliter tactis ſcripturis prędictũ ſyndicatũ & rationẽ bene & fideliter requirere operari & exercere toto coꝝ poſſe.Et querimoniã de dicto poteſtate & eius officialibus,& alioꝝ officialibus audire,& iuſticiã facere omnibus cõquerẽtibus de eis.Et ſi negligentes,remiſſi,uel culpabiles in prædicto eoꝝ officio fuerint exercẽdo,puniant̃ ꝑ quolibet ſyndico in.xxv.lib.deñ.cõi Eſii applicãdis de facto.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

¶De modo faciendi inuentarium rerum communis ſedentium in palatio & domibus officialium noſtræ ciuitatis. Rub. XLII.

ITem ſtatuimus & ordinamus, ꝙ quibuſlibet ſex menſibus regiminis noſtri Poteſtatis, uel alterius officialis, fiat unum inuentarium, & ſcribatur per Cancellarium cõmunis, uel per alium qui deputabitur per dominos Priores, & Confal. in quo ſcribantur lecti lecteriæ ſcanna, maſſaritię omnes cõmunis, & quæ aſſignantur dictis officialibus. ¶Et ita in fine temporis officii dictorum officialium, recipiantur dictę res per inuentarium, prout eis aſſignatæ fuerunt. Et ſi aliqua res dictis officialibus aſſignata non reſtitueretur per eos, & mala conſumptione conſumpſiſſent, uel malo modo deuaſtaſſent, tunc teneantur reſtituere emendationem dictarum rerum in communi.

¶De confinibus & publicis rebus cõis reinueniendis & reappręhendẽdis. Rub. XLIII.

ITem ſtatuimus & ordinamus, ꝙ quolibet anno de mẽſe Septembris, ſiue Octobris, per dominos Confal. & Prio. ciuitatis Eſii, eligantur quattuor homines antiqui. uidelicet. duo ciues, & duo comitatiui, & plures ſi eis uiſum fuerit, boni & legales, & ſcientes confinia ciuitatis & comitatus Eſii prædicti. Qui teneãtur & debeant ire, una cum domino poteſtate, uel aliquo ex eius officialibus, & uno uel duobus Prioribus ad reuidendũ confinia ciuitatis & comitatus publica, & res cõmunis apprehenſas per noſtros ciues uel comitatiuos, aut noſtros uicinos, uel alias ſpeciales perſonas, ad reuidendum dicta confinia, & reappręhendendum, & determinandum nomine cõmunis, cum debito ordine, & forma iuris, iura publica & res publicas dicti cõmunis appręhenſa uel appręhenſas & occupatas ab aliqua ſpeciali perſona, uel uniuerſitate, dũmodo ante dictam inquiſitionẽ determinationem, uel repręhenſionem factam per noſtrum cõmune requirant per litteras publicas uel ambaſiatores cõmunis terræ & caſtra noſtris uicina, ꝙ ueniant ad uidendum dictam inquiſitionem, determinationes uel reapprehenſiones dictarũ rerũ & confinium. Et debeant dicti quattuor homines antiqui ducere ſecum una cũ dictis poteſtate & Prioribus octo iuuenes ciues & comitatiuos, quos doceant dicta confinia, & ad memoriam ponant reinuenire pro futuris temporibus. Et ſi Poteſtas fuerit negligens in prædictis puniatur pœna. xxv. lib. deñ. ſi prædicta non fecerint obſeruari.

¶Quod tempora rogationum & letaniarum ab omnibus cuſtodiant. Rub. XLIIII.

ITem dicimus & ordinamus, ꝙ tempora rogationum, ſeu letaniarũ per omnes & ſingulos de dicta ciuitate Eſii & comitatu debeant ſolenniter cuſtodiri, & ꝙ nullus artifex uel quis alius debeat de mane uſq; ad horam tertiam tempore ſupradicto ſtationes ſeu apotechas apertas tenere, ſeu aliquod laborerium exercere, ſub pœna. xxv. ſol. Et poteſtas teneatur die præcedenti de ſero facere pręconizari & gridari per totam ciuitatem & comitatum in locis conſuetis continentia huiuſmodi ſtatuti. Et ꝙ omnes, tam maſculi q̃ mulieres debeant conuenire, apud eccleſiã epiſcopatus maiorem eccleſiam dictæ ciuitatis uel caſtrorum de mane & proceſſionaliter ire per totam ciuitatem & caſtra poſt clericos & religioſos, ut moris eſt, & illa dies pro feriata quo ad omnẽ actum iudicialẽ ſcriptũ habeat.

¶De arbitrio conſilii generalis. Rub. XLV.

HAc perpetua lege ſancimus, ꝙ quodcũq; per dominos Confal. & Prio. qui pro tempore fuerint, uel per poteſtatẽ, uel rectorẽ dictæ ciuitatis ſeu eius uicariũ de conſen

ſu dñoꝝ



ſu dominorũ Confal. & Prio. in dicto conſilio fuerit propoſitum, & in eo fuerit reformatũ, uel ſaltem per duas partes conſiliariorũ præſentium ualeat & teneat, ac ſi per totũ conſilium fuerit ordinatum. Et ꝙ dictum conſilium habeat poteſtatem, & baliam reformandi, & conſtituendi omnia, quæ per dictos dominos Confal. & Prio. uel poteſtatem, uel eius uicarium in dicto conſilio proponeretur, ac ſi per totum parlamentum fieret, & deliberatum eſſet, dummodo contra libertatem & ſtatum ſanctæ matris eccleſiæ non ſit.

¶De officio aduocati & ſyndici communis ad cauſas. Rub. XLVI.

STatuimus & ordinamus, ꝙ ad defendendum iura & cauſas cõmunis, ac etiã ad agendum & inueniendum iura dicti cõmunis, eligatur unus aduocatus bonus & expertus, & conſtituatur unus ſyndicus per cõmune in conſilio generali, qui teneatur defendere & proſequi cauſas cõmunis, tam in agendo q̃ in defendendo, habeant dicti aduocatus & ſyndicus generale & ſpeciale mandatum ad cauſas & ad quẽlibet actum cauſarũ, cum plena libera & generali adminiſtratione circa prædicta, ac ſi publicum haberent mandatum, tam in agendo, q̃ in defendendo in principali cauſa appellationum, & eorum officiũ duret uno anno, & plus & minus, prout dictis dominis Confal. & Prio. & conſilio placuerit, cum ſalario quod fuerit ordinatũ per prædictos dños Cõfal. & Prio. & conſilium credentiæ. Qui aduocatus ad minus ſit ætatis triginta annorũ, & ſyndicus etiam dictæ ætatis ad minus. Et teneantur librum ſeu inuentarium facere de omnibus & ſingulis cauſis, & quæſtionibus communis, & dimittere ſucceſſoribus ſuis.

Quod Poteſtas teneatur portare unum pallium ad eccleſiam ſancti Floriani in ſuo aduentu. Rub. XLVII.

ITem ſtatuimus & ordinamus, ꝙ quilibet Poteſtas ciuitatis Eſii tempore ſui aduentus ad regimen dictæ ciuitatis, teneatur & debeat unum & idoneum pallium offerre eccleſiæ ſancti Floriani protectoris & gubernatoris dictæ ciuitatis, ualoris ad minus. C. ſol. pœna & banno. xxv. lib. deñ. de ſuo ſalario communi prædicto applicandorum, quotiens fuerit contrafactum. Et nihilominus dictum pallium ſuperius declaratum aſſignare & tradere eccleſiæ antedictæ.

¶Quod nulla perſona emat bona uel de bonis qui aufugerit caſtellaniam dictæ Ciuitatis uel diſtrictus. Rub. XLVIII.

ITem dicimus & ordinamus, ꝙ nulla perſona emat uel emi faciat bona immobilia, ab aliquo uel aliquibus, qui uel quæ aufugerint caſtellaniam dictæ ciuitatis, uel eius diſtrictus, & relinquere habitationem dictæ ciuitatis uel diſtrictus. Et ceſſando facere in dicta ciuitate & comitatu obſequia perſonalia & realia condecentia. Et quicunq; emerit, uel emi fecerit contra dictam formam perdat rem & precium, & res empta uel emptæ applicentur communi prædicto. Et nihilominus. xx. lib. deñ. pro banno communi prædicto perſoluat. Et hoc ſtatutum locum habeat in præſentibus & futuris.

¶Quod calceolarii habentes coriamen in calcinariis non teneantur cuſtodire feſtum. Rub. XLIX.

ITem dicimus & ordinamus, ꝙ calceolarii ciuitatis Eſii, qui habent coriamen in calcinariis, ſeu uallato, non teneantur feſtum cuſtodire aliquod, exceptis feſtiuitatibus Paſchatis, Natiuitatis domini, & feſtiuitatibus ſanctæ Mariæ, ſtatuto aliquo non obſtante.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

¶De electione notariorum banci, Rub. L.

ITem ſtatuimus & ordinamus, ꝙ omnes notarii, qui exercent artem notariæ, debeant imbuſſulari, & quod debeant eſſe duo notarii ad ciuilia deputati, qui debeant ſedere ad bancũ iuris ad ſcribendũ acta iuridiciaria, & debeant extrahi de duobus mẽſibus in duos menſes, ſm conſuetudinem hactenus ordinatã, una cũ aliis officialibus in cõſilio generali.

¶De imbuſſulatione capitaneorum caſtrorum comitatus Eſii. Rub. LI.

STatuimus & ordinamus, ac etiam reformamus: Quod dñi Confal. & Prio. præſentes, & qui pro tempore fuerint, una cũ conſilio credentiæ teneantur & debeant imbuſſulare, omnes capitaneos & officiales dictæ ciuitatis, & eius comitatus, quos decreuerint idoneos, pro tranſmittendo eos ad exercendum eorũ officia in dicto comitatu. Et illi qui fuerint extracti ad dicta officia, non poſſint renunciare, niſi de euidenti cauſa, quam dicti Confal. & Prio. admittere poſſint eorũ arbitrio. Et dicta cauſa exiſtente, alius modo prædicto extrahatur ſucceſſiue uſquequo ſuper hoc prouiſum fuerit. Qui ſic extractus in tali officio ſtare poſſit & debeat per ſex menſes, & ultra uſq; ad ſucceſſoris aduentum cũ effectu & non ultra, cũ ſalario, & emolumentis, prout ordinatum fuerit. ¶Item non poſſit aliquis dictorũ capitaneorũ ſic tranſmiſſus recedere, & ſe abſentare a dicto officio, ſine expreſſa licentia dñoꝝ Confal. & Prio. dictæ ciuitatis, uel quattuor hominum poſitorũ ad regimen dictorũ caſtrorũ. Sed ſi dicti capitanei uoluerint pernoctare, non poſſint, ſe abſentare ſine licentia dictorũ dñoꝝ Confal. & Prio. pœna. x. lib. pro quolibet & qualibet uice, & in quolibet caſu p̄dictorũ & capite. ¶Inſuper addimus, ꝙ dicti capitanei & eorũ officiales nullã aliã iuriſditionẽ præſumant exercere in ciuilibus cauſis, ultra ſummam. C. ſol. nec etiam in maleficiis, uel miſtis cauſis directe uel indirecte, etiã contra non proſequẽtes appellationẽ aliquid faciãt uel ab eis exigant, etiã ſi a ſuperioribus reſcripta haberent, ſub pœna. CC. lib. cõmuni Eſii applicendarum de facto per Poteſtatem & iudicem Ciuitatis Eſii, qui ſi negligentes fuerint eandem pœnam incurrant tempore ſyndicatus ab eis retinendam uel exigendam, qui etiam teneant̃ ſuam & cõmunis Eſii iuriſditionem contra dictos capitaneos defendere & manutenere & curare cum effectu ne ſe ultra ſummam. C. ſol. in ciuilibus intromittant, & hoc ne præiudicent dicti Poteſtatis iuriſditioni & ledant ius ciuitatis in capitibus ſol.

¶De ambaſiatoribus communis, & eorum ſalariis deputandis. Rub. LII.

ITem ſtatuimus & ordinamus, ꝙ quilibet qui fuerit electus creatus, uel deputatus per dominos Confal. & Prio. in ambaſiatorem cõmunis & iuerit in ambaſiatorem in aliqua ambaſiata cõmunis, ſeu pro cõmuni, teneat̃ & debeat iurare in prima die qua fuerit in ambaſiata, ipſam ambaſiatam & omnes alias quas fecerit pro cõmuni, facere bona fide, & ſine fraude, & aliqua ſua negocia non tractare, nec alterius, quæ ambaſiatam cõmunis impediant, nec impetrare aliquid contra dictum cõmune tempore ſuæ ambaſiatæ. Et ambaſiate quæ cõmode fieri poterunt per litteras cõmunis, fiant ſine ambaſiatore. Sed ſi per litteras fieri non poſſent cõmode & expedierit ꝙ mittat̃ ambaſiator, fiat forma ambaſiatæ ambaſiatori, q̃ portare debeat in ſcriptis ſigilli tamen cõmunis munimine cõmunitam. Et ambaſiator formã ſuæ ambaſiatæ ſibi ſcriptam & ſigillatam modo prædicto portare teneat̃. ¶Item ſi alicui ex dictis dñis Prioribus iniũxerint ire pro factis cõmunis teneat̃ ſimiliter ire, niſi ſe pro equo ac impedimento probabili excuſaret̃. ¶Et ſiquis iuerit & aliquid amiſerit, uel perdiderit, cõmune ſibi reſtituere teneatur infra menſem, poſtq̃ conſtiterit rem perdidiſſe, & ſtetur iuramento perdentis uſq; in quantitatem. xl. ſol. ſi aliter probare



bare non poſſet. ¶Si autem equus quem duxerit perditus ſuffractus uel magagnatus in ambaſiata cõmunis extimationem ipſius q̃ ualebat tempore amiſſionis uel ductionis factæ ſuper hæc bona & legitima probatione, commune ſibi reſtituere teneatur. ¶Et ſi electus ad dictam ambaſſiatam fiendam pro cõmuni non iuerit, ut ſibi iniunctum fuerit, niſi excuſationem iuſtam perſonæ, ſiue equi habuerit, ut ipſam excuſationem coram dictis dominis non oſtenderit, pœna. x. lib. condemnetur, & ſoluere teneatur. ¶Qui quidem ambaſiatores habeant & habere debeant pro eorum ſalario, & equis eorum, ſecundum ꝙ fuerit ordinatum per dictos Confalonerium & Priores, & conſilium credentiæ.

¶De modo mittendi Poteſtatem, uel aliquem ſuorum officialium pro ambaſiata communis. Rub. LIII.

POteſtas, uel aliquis alius officialis mãdato dominorum Confalonerii & Prio. ciuitatis Eſii extra ciuitatem & diſtrictum Eſii mitti in ambaſiatorem communis ire & pernoctare non poſſit, niſi urgentiſſima de cauſa, & tamen non habeat, nec habere debeat ſalarium aliquod, niſi expenſas. Non abſentet autem, nec pernoctet abſq; licentia domini Rectoris Marchiæ, pœna in conſtitutionibus contenta.

¶De pœna Poteſtatis & aliorum officialium abſentantium ſe a ciuitate Eſii ſine licentia. Rub. LIIII.

QVod dominus Poteſtas, uel ſui officiales, nec alius officialis forenſis dictæ ciuitatis, non poſſit nec debeat ſe abſentare durante tempore eorum officii a dicta ciuitate pernoctando ſine licentia conſilii generalis uel credentiæ, uel dominorum Cõfal. & Prio. dictæ ciuitatis, niſi haberent mandatum domini Rectoris Marchiæ, uel alicuius ex iuriſditione curiæ generalis dicti Rectoris. Si autem ſe abſentauerit alio modo, q̃ debito modo, uel abſq; licentia domini Rectoris Marchiæ, uel ut ſupra dictum eſt. Si fuerit Poteſtas in. xxv. lib. Vicarius in. x. lib. Quilibet alius officialis in. C. ſol. pro famulo quolibet abſentante. xl. ſol. deñ. paruorum pro quolibet prædictorum & qualibet uice, ſoluere teneatur in communi.

¶De habendo unum capſettum pro communi, ubi reponantur priuilegia libri & iura communis. Rub. LV.

ITem ſtatuimus & ordinamus, ꝙ omnia priuilegia & iura communis reponantur in archiuio, quod poſitum eſt in ſacriſtia epiſcopatus dictæ ciuitatis Eſii, & ſeretur & claudatur tribus clauibus. Quarum una ſit apud dominos Confal. & Prio. Alia apud Priorem canonicorum. Alia apud unum ciuem legalem prout placuerit conſilio credentiæ, Confal. & Prio. dictæ ciuitatis, & dictum Archiuium non poſſit aperiri, nec aliquid inde cauſa copiandi extrahi, uel in eo aliquid reponi, niſi de conſenſu dominorũ Confa. & Prio. & niſi præſentibus duobus ex dictis dñis Prioribus & eorum, & dicti cõmunis Cancellario. Quorũ priuilegiorũ, & aliorũ iuriũ reponendorũ in dicto Archiuio fiat unũ inuentariũ, in quo ſcribant̃ omnia priuilegia, & alia iura cõmunis ſeriatim, & dictũ inuentariũ ſcribat̃ per unũ Notariũ ciuem dictæ ciuitatis bonũ & legalem & ſufficientem, uel Cancellariũ cõmunis, prout dñis Confalonerio & Prioribus una cũ conſilio credentiæ uidebit̃. Et conſeruet̃ per illum qui deputabitur, per predictos dominos & conſiliũ, ad hoc ut iura cõmunis melius conſeruentur & gubernentur. Et poteſtas qui eſt, & pro tempore erit faciat prædicta obſeruari, pœna. x. lib. dicto poteſtati, & ſub uirtute præſtiti iuramenti.

¶De electione Camerarii cõmunis,& eius officio & adminiſtratione. Rub. LVI.

ITem ſtatuimus & pręſenti ſtatuto firmamus,ꝙ electio Camerarii fiat & fieri debeat, de uno bono legali & ſufficienti uiro,qui ad minus habeat in bonis ualorem Mille florenorum monetæ, qui ſit ciuis dictæ ciuitatis per dominos Confal. & Prio. & conſilium credentiæ dictæ ciuitatis.Et qui electus fuerit per prædictos ſit & intelligatur eſſe legitimus Camerarius. Qui quidem electus per maiorem partem prædictorum dominorum Confal.& Prio.& conſilii fuerit nominatus & electus. Apud quem Camerarium ueniãt, & uenire debeant omnes introitus communis,tam collectarum, q̃ condemnationum, & aliarum quarũcũq; rerum. ¶Et dictus Camerarius debeat dictos introitus bene & fideliter cuſtodire,& ſaluare,& gubernare, & impoſitam ſeu collectam,quę fuerit impoſita pro uno facto,uel pro una ſolutione fienda alicui perſonæ,non poſſit,nec debeat in aliam ſolutionem conuertere,uel utilitatem expendere,niſi pro illa tantum ſolutione pro qua ordinatum, ſeu deliberatum fuerit iam ſolui,pœna.C.ſol.deñ.pro qualibet uice. Et nihilominus ſi contrafecerit aliter expendendo, uel in aliud conuertendo,teneatur & debeat tantã pecuniam ſoluere de ſuo proprio illi cui debebat fieri dicta ſolutio , & pro quo deliberata fuerat ſupra dicta impoſita. Saluo & reſeruato,niſi fuerit deliberatũ per conſilium generale,uel parlamentum,ꝙ impoſita facta pro una ſolutione,expẽdatur in aliam ſolutionem, & tunc ad aliquam pœnam dictus Camerarius non teneatur. ¶Addicientes huic præſenti ſtatuto,ꝙ omnes introitus & exitus fiant per apodiſſam ſcriptam manu cancellarii , & ſubſcriptam manu Confalonerii, uel alicuius eius ſotii, uel ſigillatam ſigillo communis. Addentes ꝙ dictus Camerarius in principio ſui officii, teneatur dare idoneum fideiuſſorem de bene & legaliter ſuum officium exercendo & ſine fraude aliqua, de qua inſtrumentum fiat manu Cancellarii & reponatur in libris communis.

¶De ratione reddenda per Camerarium communis. Rub. LVII.

STatuimus & ordinamus, ꝙ Camerarius communis in fine ſui officii & ante, ſi fuerit uiſum dominis Confal.& Prio. & conſilio generali dictæ ciuitatis, teneatur reddere rationem ſuæ adminiſtrationis,& officii illis maſſariis & perſonis poſitis per dictos dominos Confal. & Prio. & conſilium credentiæ ad reuidendum dictam rationem de omnibus introitibus & exitibus dicti communis, & quæ ad eius manus peruenerunt. Et ſi per prędictos inueniretur aliquid habere ſe facta ſua ratione,illud quod ſumpſit reſtituat maſſario ſubſequenti,poſt eum poſito ad dictum officium infra ſecundum diem. Et ſi dictus Camerarius fuerit negligens & remiſſus in exercẽdo & operando dictum officium ſubiiciatur pœnæ.xxv.lib. ¶Si uero fraudauerit aliquam pecuniam communis ſubiiciatur , & puniatur pœna contenta in ſtatuto,in tertio libro poſito ſub Rub. De pœna officialium defraudantium hauere communis.

Explicit liber primus de regimine.



# INCIPIT SECVNDVS LIBER DE CIVILIBVS.

¶De officio & iuriſditione Poteſtatis & Vicarii in ciuilibus cauſis. Rub. I.

POTESTAS eiuſq; Vicarius,ſeu iudex coniunctim, ſeu diuiſim ſint & eſſe intelligantur ordinarii iudices in qualibet cauſa iudicio & negocio ciuili.Et habeant ſtatuti huius autoritate ordinariam iuriſditionem,& pleniſſimam poteſtatem, & baliam ciuiles cauſas,& negocia audiendi,cognoſcendi,& terminandi præcepta,& decreta interpretandi,& ea quæ ſint mixti imperii exequendi,& generaliter omnia & ſingula gerendi & faciendi, tam in procedendo,q̃ in cognoſcendo,& terminando quæ in prædictis exiguntur,aut ad ipſa pertinere ualerent per ciuitatem Eſii & eius comitatum, fortiam & diſtrictum,habeatq; Poteſtas & Vicarius pro ſuo officio exercendo facultatem imponendi & exigendi pœnas uſq; ad quantitatem lib.x.deñ.

¶De in ius uocando in ciuilibus cauſis. Rub. II.

STatuimus & ordinamus,ꝙ quicunq; laicus habitator ciuitatis Eſii ad iudicium ſemel ad domum uocatus non uenerit,poſſit pronunciari contumax, & contra ipſum procedi,tanquã contra cõtumacem,ſi quantitas,uel res petita contra ipſum,eſſet.xxv.ſol.uel eiuſdem ualoris,uel infra. ¶Si uero quantitas uel res petita eſſet maioris ualoris,iterũ ſemel uocet̃ ſi habitat in ciuitate Eſii. Quibus duabus uicibus uenire debeat,niſi habuerit iuſtum impedimentũ. ¶Si uero citatus fuerit perſonaliter,unica ſufficiat citatio,ad conſtituendum ipſum contumacem. Et ꝙ dictæ duæ citationes factæ domi fieri debeant per temporis interuallũ, nec poſſit fieri una die pro eadem die,& fiat una die pro alia in ciuitate. Et prædicta locũ habeant in citationibus factis ante litem conteſtatam. In hiis uero,quę fuerit poſtea,unica ſufficiat citatio. ¶Si uero non habitauerit in ciuitate, ſed extra in eiuſdem tamen comitatu & diſtrictu ſemel tantum perſonaliter,uel ad domum citet̃ a principio cum termino triũ dierum, & ultimo die dictorũ triũ dierũ,debeat citatus in comitatu comparere,& non ultra. ¶Vel ſi habitatiouem non habuerit in ciuitate uel comitatu ad feneſtras palatii dicti cõmunis,ſiue in publica audientia,per bãnitorem dicti cõmunis Eſii bina citatione per interuallum temporis,cum affixione cedulæ in muro audientiæ prædictæ,ſubſcriptæ manu propria ſcribentis. Quæ cedula contineat diem,coram quo compareat actor nomen citati,& eius ad cuius petitionem ſit citatio,ſiue procuratoris ipſius, & quando, & ſub compendio cauſam,quare citatur,& nomen nuntii citantis ſeu bãnientis ſono tubæ, in dicta citatione præmiſſo. ¶Et ſi citatus non comparuerit legitime per ſe, uel per procuratorẽ, habeatur pro contumace,& iudex ipſum ad petitionem citari petentis teneatur & debeat contumacem pronunciare,& procedere ad bãni dationem,captionem pignorum,uel miſſionem in poſſeſſionem prout placuerit ipſi agenti dicto contumace ad prædictos actus, uel aliquem ipſorum ulterius non citato,& una uia electa non' præiudicet quin ad ipſarũ alteram poſſit redire. Et de prædictis citationibus ſtetur & credatur baiulo ſeu bannitori communis Eſii referenti.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

## De forma comparitionum. Rub III.

STatuimus & ordinamus, q ſi quis citatus uoluerit ſuo, uel alieno nomine comparere teneatur expectare uſq; ad ſeceſſum iudicis a banco, uel uſq; ad aduentum partis aduerſę in iudicio quo caſu, uidelicet. ſi pars præſens fuerit in iudicio, teneatur comparens partem aduerſam requirere. Et in caſu quo pars aduerſa non eſſet in iudicio, teneatur comparens uſq; ad ſeceſſum iudicis expectare, & in ſeceſſu iudicis, eius comparitio admittatur. Et ſi fuerit contumax non audiatur, niſi primo refectis expenſis legitimis.

## De non proponendo actionem in libello, & q ciuilis & criminalis quęſtio poſſit ſimul, & in eodem libello intentari. Rub. IIII.

STatuimus & ordinamus, q nemo proponere teneatur, uel debeat in libello, ſiue petitione nomen actionis, ſed ſufficiat certum factum, ſeu certam cauſam proponere, ſuper qua certa poſſit ferri ſententia, non obſtante inepta concluſione libelli, ſiue petitionis, & q quilibet poſſit in eodem libello, & in eodem tempore ciuilem & criminalem actionẽ intentare ex eodem facto deſcendentem. In libello tamen appellatorio poſſit appellans & ei liceat dicere ſententiã nullã, & ſi qua eſſet appellatio. Et in appellatione ab interlocutoria uel grauamine non teneatur appellans aliquas cauſas grauaminis, ſeu nullitatis exprimere, imo quaſcũq; cauſas proſequi poſſit coram iudice appellationũ etiam nõ expreſſas.

## De compromiſſis fiendis inter infraſcriptas perſonas. Rub. V.

STatuimus & ordinamus, q in cauſis queſtionibus litibus ſeu controuerſiis, quæ erũt de mercatoribus, ſeu occaſione mercantiarũ, & conſanguineorum & affinium, & inter conſanguineos & affines uſq; in quartum gradum incluſiue de iure canonico computandum, uertentibus coram quocũq; officiali cõmunis Eſii, teneať ipſe officialis fieri facere compromiſſum in duos cõmunes amicos uel plures arbitrio iudicis, de iure & de facto in procedendo & terminando in cauſa quæ non excedat quantitatem. x. florenorum, habito reſpectu ad bonam & ueram æquitatem. Et ſi ipſi arbitratores diſcordarẽt iudex ſeu Poteſtas Eſii teneať tertium arbitratorem eligere partibus non ſuſpectum & dare infra quinq; dies, qui uel maior pars prædictorum teneantur infra. xv. dies proxime ſubſecuturos diffinire prædictam cauſam. Si uero cauſa excederet dictam quantitatem, tunc compromiſſum fiat de iure & de facto in procedendo, in terminando uero de iure. Et ſi aliqua partium peteret conſilium ſapientis ſuper ſententia ſeu laudo uel arbitramẽto per dictos compromiſſarios ferenda, tunc iudex ſeu Poteſtas Eſii facto prius puncto cõmuni teneatur mittere ad inſtantiam petentis pro conſilio ſapientis nemini partium ſuſpecti, ſumptibus & expenſis ambarũ partium, & ſm dictum conſilium præfati compromiſſarii ſententiam ſeu laudum uel arbitramentũ ferant & terminent. ¶ Et idem quod ſupradictum eſt, intelligať & fiat de cauſis, & in cauſis orphanorũ, pupillorũ, uiduarũ, & miſerabilium perſonarum. Et prædicta locum habeant ſemper & ubiq; niſi dicta cauſa ſeu lis uel queſtio alias eſſet finita per ſententiam laudum uel arbitramentum, uel niſi eſſet queſtio de re liquida, quia tunc compromiſſum fieri prohibemus. Quod quidem laudum ſententia uel arbitramentum lata uel latum ſecũdũ modũ ſuperius enarratum, per iudicem mandetur executioni in cauſa non excedente quantitatem. x. florenorum, habita fide de arbitratoribus uel arbitris dicentibus ſic ſe fuiſſe arbitratos, licet aliqua ſcriptura non ſit facta de dicto laudo, ſententia uel arbitramento, & hoc niſi fuerit appellatum uel petitum reduci ad arbitrium boni uiri. ¶ Idẽq; uolumus obſeruari de queſtionibus uertentibus inter bubulcos,



ſed ſi excedat ſummam. x. floreñ. etiam uolumus q iudex non aliter ſententiam, laudum, uel arbitramentum exequatur, niſi prius per partem producatur in publicam & autenticam formam, quę cauſa maior per dictos arbitros infra unius menſis ſpatium debeat terminari, poſſintq; arbitri uel arbitratores prædicti, pro eorum ſalario recipere ab obtinente & uincente illud ſalarium, quod eſt per aliud ſtatutum conſtitutum & ordinatum aduocatis & procuratoribus & expenſis legitime factis per arbitros. Et prædicta locum habeant, ſi fuerit petitum compromitti per aliquam partium uſq; ad publicationem teſtium ſeu proceſſus excluſiue & non aliter.

## De feriis & feriatis diebus. Rub. VI.

QVoniam ſunt pręcepta dei ultra omnes alias leges ſeruanda, & inter alia pręcepta pręceptũ eſt ut ſabbata colamus. Iccirco ſtatuimus & ordinamus, q iudices dñi Poteſtatis, & alii officiales Ciuitatis Eſii non teneanť nec debeant diebus ac feſtiuitatibus infraſcriptis ius reddere, uel aliquem actũ legitimũ facere, exceptis in cauſis in quibus a iure cõmuni talibus diebus feriatis fieri & agitari per iudicem & coram ipſo permittať. Sed omnino infraſcriptis diebus & feſtiuitatibus eorũ officia ſileant. uidelicet. quolibet die dominico, in feſto Natiuitatis, & uigiliæ dñi noſtri Ieſu Chriſti, & per octo dies poſt dictũ feſtũ, & in dicto feſto. Et per octo dies ante feſtũ Paſcatis Reſurrectionis dñi noſtri Ieſu Chriſti. Et per octo dies poſt dictũ feſtũ. In feſto circuncіſionis. In feſto Epiphaniæ. In feſto Pentecoſtes, & per duos dies poſt dictum feſtũ. In feſto Aſcenſionis dñi. In feſto corporis Chriſti, & in die prima. In feſtiuitatibus beatæ Mariæ Virginis. In feſto Conceptionis Virginis. In feſtiuitatibus Apoſtolorum. In feſtiuitatibus Euangeliſtarũ. In feſto omniũ ſanctorũ. In feſtiuitatibus ſanctæ Crucis. In feſto ſancti Michaelis. In feſto ſancti Angeli. In feſto ſancti Laurentii. In feſtiuitatibus ſanctorum Saluatoris, ſancti Septimii, & ſancti Floriani. In feſto ſancti Nicolai. In feſtiuitatibus ſancti Dominici confeſſoris, ſancti Petri martyris, ſancti Auguſtini, ſancti Hieronymi, ſancti Gregorii, ſancti Ambroſii, ſancti Franciſci, ſancti Ioãnis Baptiſtæ, ſancti Antonii de Viẽna. In feſtiuitatibus ſanctæ Mariæ Magdalenæ, beatæ Catharinæ, beatæ Luciæ, & beatæ Margaritę. Item a die ſabbati carnis priuii, uſq; ad ſecũdã diem quadrageſimæ excluſiue. Itẽ in diebus quadrageſimalibus non ſedeant niſi ſemel in die de mane tantũ uſq; ad nonam. Item quod feriæ meſſiũ durent & durare debeant per quatraginta dies continuos, & feriæ uindemiarũ durent per quatraginta dies continuos indicendę per dños Conſal. & Prio. & per eorũ bullettinũ ſecũdũ congruitatem tẽporũ. Item dies nundinarũ ſanctæ Mariæ plani per octo dies ante, & per octo dies poſt dictũ feſtũ. Item dies nundinarũ ſancti Floriani, & per octo dies ante, & per octo poſt dictũ feſtũ, ob honorem dictarũ feſtiuitatũ ſint feriatæ. Poſſint tamen in quolibet ſupradictorũ dierũ fieri citationes & cõmitti pro die non feriata. Et prędicta locum habeant in ciuilibus cauſis tantum, in criminalibus uero quolibet die ſiue feriato in honorẽ Dei ſiue propter ferias repẽtinas ſiue ob meſſes uel uindemias poſſit procedi. Et ſi contra prædicta uel aliquod prædictorũ factũ fuerit ipſo iure non ualeat. Saluo quod in cauſis mercatorũ ſeu occaſione mercantiæ, pupillorũ, orphanorũ, uiduarũ, & aliarũ miſerabiliũ perſonarũ arbitrio iudicis cognoſcendarũ quolibet tempore procedi poſſit, diffiniri, terminari, executioni mandari etiã tempore feriato, dum tamen non feriato in honorem Dei. Itẽ in cauſis alimentorũ & ſalariis laboratorũ, aduocatorũ, procuratorũ, & notariorũ, ciborũ, potuũ datorũ ab hoſpitibus & tabernariis forenſibus & terrigenis, & in cauſis uertentibus inter ciues & forenſes, famulos & patronos, & uendicet ſibi locum in pręſentibus, pręteritis, & futuris, & quibuſlibet diebus fieri poſſit coram iudice Poteſtatis. Item ſemper dies ueneris poſt nonas ſit & eſſe intelligať in cauſis ciuilibus propter allega

tiones feriata,& teneant iudices poteſtatis ſemp in ipſa die poſt nonas facere copiā ſui quibuſlibet uolētibus ad ipſos accedere,& audire allegare uolētes in cauſis qbuſcūq; corā eis.

## ¶De litis conteſtatione,& qualiter fiat. Rub. VII.

STatuimus & ordinamus,ꝙ ſi in aliqua cauſa requirat litis conteſtatio per ius cōmune,uel municipale,& actor uel reus fuerit citatus perſonaliter ſemel uel bis ad domū,ut ueniat ad litem conteſtandum,& non uenerit in termino ſibi aſſignato,tunc lis habeatur pro conteſtata,perinde ac ſi partes præſentes fuiſſent coram iudice,& litis conteſtationem legitime feciſſent. ¶Si uero ſe preſentauerit legitimatis perſonis,iudex teneat & debeat ad petitionem actoris uel rei precipere ambabus partibus,uel ſuis procuratoribus,ꝙ per totam illam diem debeant litem conteſtari in cauſa prædicta. Et ſi per dictas partes,uel aliquam ipſarū lis non fuerit conteſtata,iudex qui de medio ſedet,pronunciet & pronunciare teneat litem eſſe conteſtatam in tali caſu,& pro conteſtata haberi,ſub pœna.L.lib.iudici auferenda,& talis pronunciatio uim litis conteſtationis obtineat perinde,ac ſi a partibus legitime facta eſſet. ¶Cum autē a partibus ſit litis conteſtatio,ſufficiat ſi neget ius quod petit deberi,licet factū non neget prout narrat,nec habeat pro litis conteſtatione ſi in exceptionibus quæ opponunt contra libellū neget ius & factū prout petit & narrat. ¶Et nulla exceptio dilatoria uel peremptoria cuiuſcūq; generis ſit quæ opponit in futurū,uel iam oppoſita ſit coram poteſtate uel eius iudice,uel alio officiali,impediat uel retardet litis ingreſſum.uidelicet.in ordinariis cauſis litis conteſtationē,in ſummariis cognitionem negocii principalis,& dationem termini ad probandum. ¶Et prædictæ exceptiones omnes de quibus dictū eſt ꝙ non impediant uel retardent litis ingreſſum uel proceſſum,ſi oppoſitæ ſint uel fuerint,autoritate præſentis ſtatuti intelligant & fingant eſſe & ſint reſeruatæ in proceſſu cauſæ cognoſcendæ,probandæ,& terminandæ poſt litis conteſtationem,& dationem termini ad probandū cū negocio principali,pronunciatione iudicis aliqua non obſtante. ¶Eodem modo reſeruamus actori replicationes ſibi competentes contra exceptiones & defenſiones rei proponendas ſi non fuerint propoſitæ ante litis conteſtationem,& cognoſcendas & terminandas in proceſſu cauſæ cū negocio principali. ¶Saluo ſemper ꝙ ſi eſſet exceptio,quæ opponeret contra perſonam interuenientem in iudicio nomine alieno de eo ꝙ negaret habere mandatū,quo caſu ſi nō produceretur per eum aliquod mandatū non admittat uolens agere nomine alieno ſine mandato,niſi in caſibus a iure uel ſecūdū formam ſtatutorū expreſſis & permiſſis. ¶Si uero per eum produceretur inſtrumentū in forma publica & debita figura in quo contineatur mandatū quod uideatur in forma ſua legitimū,& uideat ſcriptura manu alicuius notarii de Eſio uel eius diſtrictu uel ſaltem in Prouincia Marchiæ habitantis præſumatur pro tali inſtrumēto & procedatur in cauſa tanq̄ cū legitimo,non obſtante ꝙ negaretur illū qui ſcripſit fuiſſe notariū,uel non ſcriptū manu eius qui dicitur ſcripſiſſe,uel non fuiſſe iudicem uel officialem cū qui dicitur interpoſuiſſe autoritatem uel decretū,tutelæ,curæ,actorię uel inuentario,niſi opponens probaret,tunc infra tertiam diē a die exceptionis oppoſitæ talem,tali autoritate fuiſſe priuatū,uel inhabilem,& niſi iudici de cauſa cognoſcenti uideret tale inſtrumētū nō fore dignū fide,cauſa legitima probata,pœna.x.lib.iminente parti opponenti ſi ſuccubuerit in ipſa exceptione ſiue exceptionibus,cuius pœnæ medietas ſit cōmunis,& alia partis,contra quā eſſent oppoſitæ dictæ exceptiones uel earū aliqua,quæ pœna incontinenti de facto per ipſum iudicē exigatur. ¶Et ꝙ omnia quæ oppoſita eſſent uel opponerentur contra inſtrumēta pertinentia ad legitimationem mandatoꝝ & perſonaꝝ contra dictas autoritates,non admittantur,niſi opponens iurauerit corporaliter,ꝙ illas animo calūnię & litis prorogandę nō proponit. ¶Deinde debeant probari & terminari infra tres





dies poſt oppoſitionem,alias habeat pro non oppoſitis. ¶Hoc tamen non præiudicet illi contra quem talia inſtrumenta producerentur,quin ea poſſit accuſare de falſo,& cauſam accuſationis peragere,per quam non ſuſpendatur primus proceſſus. Sed ſi ſuper accuſa falſi lata fuerit ſententia condemnatoria,reuocentur omnia geſta prætextu illius inſtrumenti,& pars producens condemnetur ad intereſſe.

## ¶De ſportulis ſiue capitibus ſolidorum. Rub. VIII.

IN quacunq; cauſa ciuili,ordinaria,& extraordinaria qualitercūq; procedatur in ea ſportulæ ſiue capita ſolidorum ſoluant ſex den̄. pro qualibet libra eius quod peteret. uidelicet.tres den̄.a qualibet parte etiam ubi nō quantitas,ſed res ſpecies aut factū peteretur uel eſſet in cauſa,quo caſu fiat ſolutio capitū ſolidorū,ut dictū eſt per libram,iuxta extimationem & declarationē ualoris,quā fecerit actor ſuo iuramento apud acta. Quę ſportularū ſolutio in cauſis ordinariis conteſtationem exigētibus,fiat & fieri debeat tēpore cōteſtationis litis uel quaſi,in extraordinariis uero cauſis tēpore dilationis dandæ partibus ad probandū,& his quæ deciderent per iuſiurandū fiat ſportularū ſolutio tēpore reſpōſionis,quæ fieret per reum ad petitionē agentis in iudicio uel tempore ſacramēti ſiue iuramēti per quod dicta cauſa decidi peteret,ut decidenda ueniret. ¶Vbi autē peteret uel fieret executio inſtrumēti precepti,laudi,arbitrii,ultimę uoluntatis,uel etiā priuatæ ſcripturæ,tunc ſimili modo ſoluant capita ſolidorū tēpore pronuntiationis,quæ fieret per iudicem inſtrumentū ſeu ſcripturā fore executioni mādādū,uel nō. ¶Et ne fraus aliqua in hac parte cōmitti poſſit,teneat iudex quilibet de cauſa cognoſcens in omni executione inſtrumēti uel ſcripturarū prędictaꝝ elapſis dilationibus opponēdi & probādi contra ipſum inſtrumētū uel ſcripturā expreſſe pronūtiare ipſum inſtrumētū uel ſcripturā eſſe executioni mādādū uel non,quā pronuntiationē omittere non poſſit,& ſi omiſerit proceſſus non ualeat ullo modo,& idē in executione qualibet obſeruet.uidelicet.ꝙ capita ſolidorū ſoluant,ut dictū eſt,dūtamen in una eadēq; cauſa,& de eadem re uel quātitate in iudiciū deducta nō amplius q̄ ſemel capita ſolidorū ſiue ſportulæ ſoluant,ita ꝙ in executione ſiue pronuntiatione executionis ſentētiæ uel præcepti ſuper re uel quantitate,de qua in ordinario iudicio uel principali proceſſu aut cauſa fuiſſent capita ſolidorū ſemel ſoluta,non amplius ſoluantur uel exigant,ſed ſi contigerit alterā partiū eſſe abſentē uel cōtumacē,tunc pars præſens & procedere uolens ſeu procedens in cauſa,teneat & debeat capita ſolidorū tota & integraliter ſoluere tēpore pronūtiationis cōtumaciæ tenutæ uel executionis,tam pro ſe,q̄ pro alia parte,habeat tamē regreſſum cōtra partē aduerſam abſentē,ſiquidē ipſa pars obtinuerit in cauſa,& idem obſeruet & fiat quotiens altera partiū tēpore ſoluēdorū capitū ſolidorū eſſet abſens,ꝙ tūc pars præſens,ut dictū eſt,ſoluere teneat. ¶Quæ quidem ſportularū ſolutiones fiant & fieri debeāt ſupradictis tēporibus ita,ꝙ eadē die reperiant ipſa capita ſolidorū ſcripta & expoſita in ſolitū cippū cōmunis ſiue capſulā,alioquin actus eodē die factus pro parte eius,qui (ut dictū eſt) non ſoluerit,uel ad eius petitionē non ualeat ipſo iure & ſuper cauſa non audiat ulterius,niſi prius alteri ſatiſfecerit de expenſis omnibus,& cōmuni integraliter ſoluat capita ſolidorū,& nulla executio realis uel perſonalis poſſit fieri per baiulos uel officiales quoſlibet,niſi executio fuerit ad bancū iuris ſolēniter ſolutis capitibus ſolidorū cōmiſſa,& officialis contrafaciens incidat in pœnā.xx.lib. pro qualibet uice,quā pœnā dn̄i Conſal. & Prio. poſſint exigere ſine aliquo proceſſu,etiā durante eius officio. ¶A prædictis autē ſportularū ſolutionibus excipiunt cauſæ ſingulæ,alimentorū,mercedis operū diurnorū,ſalarii aduocatorū,procuratorū,& medicorū. Item cauſæ miſerabiliū perſonarū,legatorū ad pias cauſas,cauſæ petitionis & repetitionis dotis,cauſæ paruę quātitatis uel rei,uſq; ad.xl.ſol. Item in actione indēnitatis contra principalem & in di

uiſione hereditatis & ſocietatis. Item in licentiis intrandi poſſeſſionē rex emptarū, uel hereditatis uel legati, uel fideicōmiſſi, & in cauſis iuramenti ſuſpitionis fugæ, in quibus cauſis capita ſolidorū nō ſoluant, nec etiā in cauſis ſolutionis ſalarii notariorū & ſcripturarum.

## De dilationibus. Rub. IX.

IVdex coram quo erit queſtio, ſtatim lite conteſtata, uel pro conteſtata habita, ſtatuat utriq; parti terminum. xy. dierum utilium ad probandū, & probatū habendū per omnem modū probandi, & peremptorie, & minus, arbitrio dicti iudicis de partiū uoluntate. Et ſi aliqua partium diceret ſe fuiſſe impeditam in probando intra dictum terminum ſibi datum ad probandum, non poſſit propterea iudex terminum datum in dictū terminū. xy. dierum prorogare, uel alium dare, niſi allegans impedimentum legitime per idoneos teſtes, uel inſtrumento de ipſo impedimento probaret. Elapſo uero dicto termino publicetur proceſſus & detur terminus parti. V. dierum, & plus & minus arbitrio iudicis, ad accipiendum copiam & opponendum contra teſtes & atteſtationes & contra producta, quo elapſo detur terminus utriq; parti ad allegandum. Qua dilatione decurſa pro cōcluſo in cauſa modis omnibus habeatur, & demum ad petitionem partis petentis cauſam, ſine debito terminare feſtinet infra. xy. dies a dicto termino cōcluſionis pręfatæ, pœna. xxy. lib. iudici prædicta non ſeruanti. Hoc addito in præſenti ſtatuto, ꝙ inſtrumenta & acta poſſint produci uſq; ad ſententiam in cauſa principali, niſi per iudicem fuerint duo termini diuerſi peremptorie aſſignati ipſis partibus ad producendum omnia monumenta, iura, & acta, quibus uti uoluerint in cauſa. Quorum duorum terminorū ultimus dari nō poſſit, niſi elapſo primo. Et prædicta locum habeant in pręſentibus & futuris.

## De termino dando pro teſtibus qui non ſunt in ciuitate & comitatu Eſii. Rub. X.

STatuimus & ordinamus, ꝙ ſi aliquis dixerit uelle aliquam exceptionem probare per teſtes ſtantes extra ciuitatem & comitatū Eſii, iudex ſtatuat ei terminum ad probādum ſecūdū diſtantiam loci, & plus ſuo arbitrio habita diſtinctione loci, & actione, dummodo deponat petitum debitum, & iuret, ꝙ ex malitia uel calumnia non petit eam. Et nihilominus īmediate debiti petiti ultra debitam quantitatem, ſi non probauerit, & in expenſis legitimis parti condemnetur. Poſſit etiam iudex ſi ſibi uidebitur cōmittere examinationem teſtium forenſium uel non forenſium officiali illius terræ uel loci, unde ſunt uel ubi dicti teſtes habitant uel morantur.

## De poſitionibus. Rub. XI.

STatutum & ordinatum eſt, ꝙ ſi in aliqua cauſa ciuili uel criminali mixta per aliquam partium factæ & productæ fuerint poſitiones, ꝙ iudex coram quo dicta cauſa uertitur, teneatur & debeat ipſas poſitiones uidere, & examinare, & ea die uel ſequenti poſt productionem factam declarare, quæ dictarum poſitionum ſunt admittendę, quibus ſit reſpondendum, & facta dicta declaratione, teneatur ille contra quem dictæ poſitiones factæ ſunt, ſi fuerit præſens in iudicio coram dicto iudice reſpondere illis poſitionibus, quibus per dictum iudicem declaratum fuerit reſpondendum eſſe, ſi uiſum fuerit a iudice reſponderi, per totam illam diem uel ſequentem iuridicam coram iudice pro tribunali ſedente. De quibus poſitionibus, ſi pars quæ reſpondere debet uoluerit, poſſit habere copiam de actis coram poteſtate, ſeu eius iudice factis, facta reſponſione. Et ſi non reſponderit infra dictum terminum, habeatur pro confeſſo ipſo iure. Si uero non fuerit præ-





ſens in iudicio, & citatus fuerit mandato dicti domini poteſtatis uel iudicis, & in termino trium dierum utilium perſonaliter inuentus non comparuerit ad reſpondendum dictis poſitionibus, ſimiliter habeatur pro confeſſo ipſo iure. Qui ſi perſonaliter inuentus nō fuerit in dicto caſu, citari debeat bis ad domum ſolitæ habitationis cum cędula, cum termino duorum dierum utilium pro qualibet citatione, infra quem terminum ſi non comparuerit, & non reſponderit poſitionibus prædictis, habeatur pro confeſſo ipſo iure. Fieri tamen debeat notificatio de citationibus prædictis procuratori ipſius citati, ſi procuratorem habuerit in cauſa prædicta per iudicem uel nuntium cōmunis uel per partem. Saluo ꝙ non obſtante dicta confeſſione contrarium poſſit probari per legitimas probationes per dictum ſic habitum pro confeſſo in quolibet dictorum caſuum, ubi dicitur ꝙ habeatur pro confeſſo. Quibus poſitionibus teneatur principalis perſona per ſe reſpondere, & non per procuratorem, niſi ponens uoluerit per procuratorem reſponderi, quo caſu, ſtetur reſponſioni dicti procuratoris perinde, ac ſi eſſet reſponſum per principalem. Et teneatur reſpondere pure & ſimpliciter ſine aliqua conditione per iuramentum per iſta uerba credit, uel non credit. Poſſit tamen poſitionem plura continentem, pro parte confiteri, & pro parte negare. Et ſi aliqua poſitió mentionem faceret de aliquo inſtrumento uel ſcriptura, tunc poſſit reſpondere credit, prout in inſtrumento uel ſcriptura apparet. Et ſi talis perſona adeſſe ſeu uenire non poſſet ratione infirmitatis, ſeu alicuius alterius iuſti impedimenti, uel quia non eſſet decens uenire, ꝙ tunc officialis coram quo reſponſio ſuper poſitionibus fieri deberet accedere debeat ad locum perſonæ citatæ in præſentia partis aduerſæ, ſi adeſſe uoluerit, & talis perſona teneatur & debeat reſpondere, & ſi pars aduerſa adeſſe noluerit, nihilominus teneatur reſpondere. Qui ſi reſpondere noluerit, ꝙ tūc ſimiliter habeatur pro confeſſo ipſo iure. Et iudex teneatur dictam declarationem facere. ſ. quæ ſint admittendæ uel non, & quibus ſit reſpondendum uel non infra dictum terminum, ſub pœna. x. lib. deñ. pro qualibet uice ei per ſyndicos auferenda & applicanda cōmuni Eſii, niſi fuiſſet rationabiliter impeditus. Et idem ſeruetur per omnia in interrogationibus faciendis per iudicem in prædictis cauſis ciuilibus uel criminalibus mixtis ad declarationem ſui ſuper lite uel cauſa quę uerteretur coram eo æquitate ſuadente, dūmodo dictæ interrogationes ſint extenſæ apud acta.

## De teſtibus & de citatis ad reſpondendum oppoſitionibus alia de cauſa non retinendis. Rub. XII.

STatutum & ordinatum eſt, ꝙ nulla perſona quæ per iudicem uel alium quemcunq; officialem cōmunis Eſii uocaretur, cauſa teſtimonii ferendi in quibuſcunq; cauſis, tam ciuilibus q̃ criminalibus, poſſit uel debeat capi detineri, ſeu arreſtari in palatio, uel in carceribus, per quemcunq; officialem ad petitionem alicuius perſonæ pro aliquo debito ciuili tempore quo uacauerit pro dicto teſtimonio uel iuramento præſtando, pœna iudici & dictis aliis officialibus in contrarium facientibus & parti, ad cuius petitionem dicta captura, ſeu arreſtatio facta fuerit. x. librarum ancoñ. paruorum pro quolibet & qualibet uice. Et nihilominus de facto iudex, ſeu alius officialis, qui eum detinuerit, debeat ipſum relaxare quibuſcunq; diebus feriatis, uel non feriatis etiam in honorem dei uel ſanctorum introductis. Et idem ſeruetur & fiat in quacunq; perſona citata ad reſpondendum poſitionibus Ciuitatis Eſii, qui tempore reſponſionis pro aliquo debito ciuili nullo modo poſſint uel debeant detineri, nec etiam poſſint capi uel detineri teſtes uel perſonæ citatę ad reſpondendum poſitionibus pro aliquo debito ciuili illa die qua dicti teſtes uel perſonæ citatæ dictis de cauſis iuerint uel redierint ad domum uel domos habitationum ipſorum.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

### ¶De executione publici instrumenti. Rub. XIII.

STatutum & ordinatum eſt, ꝙ ſi aliquis comparuerit in iudicio uel palatio dñi poteſtatis, uel logia ipſius palatii, & petierit executionem fieri alicuius publici instrumenti puri uel purificati per euentum diei uel temporis, uel conditionis in ipſo inſtrumēto inſerti, ſiue ſit inſtrumentum mutui, ſiue emptionis, ſiue uenditionis, ſiue depoſiti, ſiue recōmendatitii, ſiue promiſſionis alicuius nauli, ſeu donationis, ſiue dotis promiſſionis, ſiue reſtitutionis dotis, ſiue teſtamenti uel alterius ultimæ uoluntatis, ſiue laboritii, ſiue præcepti iudicis, ſiue laudum uel ſententiæ arbitrorum & arbitratorum & iudiciū, uel quicunq; alius contractus, ſiue inſtrumentū, iudex coram quo petit' dicta executio uiſo inſtrumēto, uel particula inſtrumēti, uel aliquo ex prædictis cuius petit' executio non cancellato, non abolito, & non uiciato in aliqua ſui parte, faciat reū principalem contra quem petit' executio, uel eius hęredem, ſi hęres fuerit ſine beneficio inuentarii, & pręſens in iudicio ſeu palatio, uel logia in carceribus cōmunis Eſii conſuetis compelli & detineri modo infraſcripto. uidelicet. ſi pręſens fuerit faciat ipſum conſtringi in palatio, nec inde permittat ſecedere ſine uoluntate creditoris datis idoneis fideiuſſoribus, de nō ſecedēdo de palatio & de ſoluēdo quantitatē petitā ſi ſeceſſerit de palatio, uel ſuccubuerit. Et ſi fideiuſſorem idoneū nō dederit ponat' in carceribus ad uoluntatē creditoris, & aſſignet ipſi reo terminū quinq; dierū ad accipiendū copiā talis inſtrumenti, & ad opponendū illas exceptiones quę opponi poſſunt contra publicū inſtrumentū ex forma ſequentis ſtatuti. Et ſi reus aliquas exceptiones oppoſuerit de permiſſis a ſtatuto prædicto, tunc det terminū creditori ad replicandū & copiā ad accipiēdū duorum dierum & eo elapſo det terminū decem dierum utriq; parti ad probandū, & non ultra, niſi euidenti impedimento fuerit impeditus in ſupradictis terminis, quod impedimentū probet' per aliā probationē ꝙ per iuramentū. ¶Si uero talis detētus uoluerit ſibi ſtatui terminū minorem dictorū decē dierum, tunc ſtatuat' ſibi terminus minor ad uoluntatem ipſius detenti, & elapſis dictis terminis iudex ſecūdū acta & probata pronunciet, non obſtantibus obiectis dictū reū, uel eius hęredes ſine beneficio inuentarii debere remanere detētū quo ad uſq; ſatiſfaciat creditori, tam de ſorte, ꝙ de pœna in inſtrumento cōtenta. ¶Vel ſi probatæ fuerint exceptiones obiectæ pronunciet relaxandū ſemper in expenſis uictū uictori condēnando. Et in caſu quo pronunciet relaxādū fore, teneatur iudex ipſum facere relaxari, præſtito tamen per ipſum detentum fideiuſſore idoneo, de ſtando iuri, & ſoluere iudicatū. Et ſi pronunciauerit exequendū eſſe pro parte creditoris, tunc ponat ſeu poni faciat reū in carceribus, ſi haberi poteſt, alias ponat' fideiuſſor, de quibus carceribus non relaxet' niſi principalē pręſentauerit, uel ſatisfecerit creditori, & ꝙ inde exire non poſſit ſine uoluntate creditoris. Poſſit etiā fieri executio realiter in bonis debitoris per ipſum creditorē eligendis, ſi creditori placuerit & non aliter. Et eadem executio fiat per omnia in inſtrumento conditionali, dūmodo primo ꝙ fiat executio, probetur cōditionē eueniſſe & inſtrumētū purificatum eſſe per aduentum conditionis, quæ probatio fieri poſſit & lite non conteſtata ſummarie & de plano ſine ſtrepitu & figura iudicii. ¶Et idem ſeruet' & fiat ſi ſcriptura priuata producat', ſcripta manu propria eius contra quem executio petit', etiam ſi ſolēnia, quæ requirunt' de iure, non contineant' in ea, dūmodo dicta priuata ſcriptura in ſe contineat ea, quæ requiruntur ex forma ſtatuti poſiti ſub Rub. de executione priuatæ ſcripturæ. ¶Si uero reus principalis contra quem petitur executio publici inſtrumenti, uel dictæ priuatæ ſcripturæ ſcriptę manu debitoris, ut ſupra fuerit abſens a iudicio, tunc debeat citari & in bāno poni, in quo banno habeat terminum quattuor dierum utilium, quo termino elapſo, poſſit capi & perſonaliter detineri. Et in prædictis omnibus caſibus non audiatur procurator dicti rei. ¶Si uero fuerit mulier & debitrix uel ipſa fuerit hęres debitoris contra quam petitur executio, tunc non detineatur perſonaliter,

sed



ſed ſtatim teneat' dare fideiuſſorem de ſoluendo quantitatem uel aliam rem in inſtrumēto contentam infra unum menſem, ſi ſuccubuerit. Si autem fideiuſſorem dare non poterit, aut noluerit, tunc detur tenuta per iudicem in bonis dictæ mulieris pro menſura debiti declarati, & expenſis legitimis per iudicem de medio reſidentem declaratis bonis hęreditariis eligendis per creditorem, & extimandis per duos cōmunes amicos per iudicem eligendos. Et ſecūdū extimationem fiendam & factam per dictos cōmunes extimatores creditor teneat' tenutam accipere, & reum abſoluere pro dicto debito dūmodo reus teneat' eidem creditori dare ipſam tenutam in ſolutum & pagamentū cū promiſſione legitimæ defenſionis ad ſenſum creditoris ſapientis. ¶Si uero petita fuerit executio contra hęredē cum beneficio inuentarii facti ſm formā ſtatuti, tūc iudex corā quo petita fuerit, talis executio teneat' & debeat cauſam talis executionis ſummarie, & de plano ſine ſtrepitu & figura iudicii, & ſine ſolēnitatibus iuris, uiſis iuribus cognoſcere, expedire, & terminare ſuo arbitrio infra uiginti dies utiles a die executionis petitæ per uiam & modū executionis realis ad uoluntatem creditoris. Quam executionem dictus iudex teneat' facere infra octo dies poſt dictos uiginti dies adiudicando inſolutum dicto creditori pro quantitate petita, & pro expenſis declaratis per dictum iudicem bona hęreditaria eligenda per creditorē, & exiſtimanda per duos bonos uiros conuicinos ipſorum bonorum per dictum iudicem eligendos. Contra quam adiudicationem & executionem per dictum hęredem aliquid dici ſeu opponi non poſſit etiam reluendo bona adiudicata, ſtatuto aliquo nō obſtante, pœna iudici ſi prædictas cauſas non expedierit infra dicta tempora. xxy. lib. Inſtantia uero cauſæ in ſuo robore duratura. ¶Si uero contigerit talem hęredem cum beneficio inuentarii alienaſſe, conſumpſiſſe, uel diſſipaſſe bona hęreditaria non incōmodū hęreditatis, tūc talis hęres pro dictis bonis alienatis, conſumptis, uel diſſipatis perſonaliter cogi poſſit pro executione prædicta petita contra eum prout in principali debitore ſuperius expreſſum eſt. ¶Et prædicta locum non habeant quantum ad executionem perſonaliter in pupillo hęrede alicuius contra quem poſſit fieri executio in bonis ipſius. Et electa uia executionis poſſit redire ad uiam ordinariam & econuerſo. ¶Et ſiquis produxerit in iudicio publicum inſtrumentū, uel particulam teſtamenti, uel ſententiam iudicis, uel arbitrorū, ſeu arbitratorū, uel præceptum iudicis & petierit ſuū debitorem citari, ꝙ ueniat ad docendum, & oſtendendum in iudicio coram iudice, ſi tenet & poſſidet aliqua bona īmobilia, & quæ bona, & ubi & non uenerit, & non oſtenderit, nec docuerit de bonis prædictis modo prædicto per ſe uel legitimum procuratorem infra decem dies a die citationis prædictæ, & ꝙ tunc elapſo dicto termino poſſit capi tanꝙ ſuſpecta & fugitiua perſona. Quæ tamen captura locum non habeat ad petitionem alicuius iudæi, uel ſui procuratoris contra aliquē chriſtianum. Et poſſint cauſæ prædictæ exiſtente debitore capto & detento quocunq; tēpore etiam feriato, dumtamen non in honorem dei, cognoſci & terminari. ¶Et tenuta non poſſit aſſignari pro debito a. C. ſol. infra. Sed detineatur reus in palatio communis, uel fideiuſſorem præſtet de ſoluendo & non ſecedendo de dicto palatio ſi dare poteſt, alias detineatur in carceribus communis ſecundum formam præſentis ſtatuti. Et hoc ſtatutum ſit præciſum, & habeat locum in præſentibus & futuris. Et prædicta non habeant locum quando produceretur inſtrumentum in forma cameræ ꝙ eo caſu ſeruentur conſtitutiones prouinciæ.

### ¶De exceptionibus quæ poſſunt opponi contra publica inſtrumenta. Rub. XIIII.

STatuimus & ordinamus ꝙ contra publicum inſtrumentum ſententias iudicum uel arbitratorum, uel contra teſtamenta, uel eius particulam, ſeu alia inſtrumenta pu-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

bliea, non poſſit opponi aliqua exceptio, niſi ſolutionis & pacti de non petendo uel falſi uel præſcriptionis, uel ſimulati contractus, uel niſi opponeret᷑ ꝙ ille, qui ſe obligauit, non habebat perſonam legitimam. Et ſaluo ꝙ contra teſtamenta poſſit opponi ſi eſſet ruptū natiuitate poſthumi uel inofficioſi teſtamenti uel ꝙ fuerit demens ille qui condidit teſtamentum, uel ſi opponeretur contra inſtrumentū pactū nouę conditionis. Et ſi aliquis oppoſuerit aliquam prædictarum exceptionum, pręterq̄ exceptionem falſitatis & eam non probauerit, puniatur pro qualibet uice in.x.lib.deñ. paruorum. ¶Si uero oppoſuerit exceptionem falſitatis, & eam modo ſupradicto non probauerit, puniat᷑ per iudicem de facto in lib.L.deñ. ¶Si uero aliquis oppoſuerit aliquam aliam exceptionem ſimilem prædictis uel non ſimilem, iudex coram quo opponitur non audiat ſuper tali exceptione opponentem, ſed ſtatim pronunciet dictam exceptionem non obſtare. Et ſi ſecus fecerit, iudex puniatur in lib.x.deñ. Et opponens in.C.ſol.deñ. Nec præſens ſtatutum recipiat interpretationem aliquam.

¶De pœna opponentium contra inſtrumenta ꝙ non ſint ſcripta manu notarii uel manu illorum qui ea ſcripſerunt & ſuccumbentium in probatione. Rub. XV.

STatuimus & ordinamus, ꝙ quicunq; undecunq; fuerit oppoſuerit contra aliquam ſcripturam in publicam formam redactam, uel contra aliquod publicum inſtrumentum, non cancellat um, non abolitum non caſſum neq; in aliqua ſui parte ſuſpectum productum in iudiciocoram poteſtate uel eius uicario per perſonam non ſuſpectam. Quod inſtrumentum dicatur ſcriptum & publicatum eſſe per aliquem de ciuitate uel comitatu & diſtrictu Eſii, uel dicatur ſcriptum in aliquo loco dictæ ciuitatis Eſii uel comitatus & diſtrictus eiuſdem, ꝙ talis ſcriptura non fuerit per notarium ſcripta, uel tale inſtrumentum non fuerit per notarium ſcriptum, uel ꝙ talis ſcribens non fuerit notarius, uel ꝙ ſcriptus in dicta ſcriptura publica uel inſtrumento dictam ſcripturam uel inſtrumentum non fecerit neq; ſcripſerit, & hiis ſimilia. Et circa tales oppoſitiones ſuccubuerit uel defecerit in probationibus, ꝙ talis opponens ſiue ſit principalis perſona, ſiue procurator, ſiue tutor uel curator, uel negociorum geſtor, uel defenſor, uel quiuis qui de iure poſſit alterius ius in quolibet iudicio producere agendo uel defendendo uel alio quocunq; modo ſi ab ipſa oppoſitione non deſtiterit uel receſſerit ante datum terminum partibus ad probandum ſuper dictis oppoſitionibus hinc inde uel dicto producenti ſuper oppoſitis cōtra dictam ſcripturam uel inſtrumentum, condemnetur & puniatur per officiales dictæ ciuitatis & cōmunis prædicti coram quo oppoſitio facta fuerit in.xxv.lib. auferendis ab ipſo opponente de facto ſine aliqua ſcriptura, & applicandis dicto cōmuni, non recuperandis per opponentem prædictum a ſuis principalibus, etiam ſi in ſuo mandato contineatur, ꝙ dictam exceptionem & ſimilem poſſit opponere. Et tales opponentes dicto modo & ſuccumbentes, & dicto tempore non deſiſtentes opponere, condemnentur ultra prædicta de facto ſine aliqua ſcriptura in duplum eius quod damnificatus fuerit ille, contra quem opponitur propter obiectum oppoſitionis prædictæ, & ipſum duplum applicetur illi contra quem opponitur, de quo damno credatur ſine aliqua alia probatione ſacramento ipſius contra quem oppoſitio facta fuerit. ¶Hoc additio in præſenti ſtatuto, ꝙ ſupradicta exceptio uel ſimilis opponi non poſſit contra inſtrumenta & ſcripturas publicas ſcripta ſeu ſcriptas manu ciuium uel comitatiuorum ciuitatis Eſii, & ibidem habitantium. ¶In aliis uero ſcripturis undecunq; & quomodocunq; productis, ius cōmune debeat obſeruari ſuper oppoſitionibus ſupradictis. Quod ſtatutum inuiolabiliter obſeruari mandamus, pœna.xxv.lib. officialibus cōmunis prædicti, ſi contra taliter delinquentes executionem duxerint omittendam.





¶Qualiter fides debeat adhiberi inſtrumentis & ſcripturis publicis ab extra productis. Rub. XVI.

STatuimus & ordinamus, ꝙ ſcripturis & inſtrumentis publicis confectis a tabellionibus & in locis non ſubiectis iuriſditioni cōmunis Eſii, quæ ſi producant᷑ corā noſtris officialibus fidem credulam nolumus adhiberi, niſi hac infraſcripta forma ſeruata. uidelicet. ſiquis talibus inſtrumentis uel ſcripturis cōtra noſtros ciues ſeu diſtrictuales uoluerit uti, exhibeat litteras fiduciales pro parte cōmunitatis illius qui dicit᷑ talem ſcripturā & publicū inſtrumentum confeciſſe, in quibus quidem litteris contineat᷑ nomen & cognomen talis conficientis & locus originis eius, & qualiter ipſe fuit & eſt legalis publicus & autenticus notarius, & autoritatem talia conficiendi & publicandi habuit & habet, & quā maxime tempore talis confecti inſtrumēti. Et tales litterę in ſe contineant ſigillū cōmunitatis illius qui dicit᷑ tales ſcripturas ſeu publicū inſtrumentū confeciſſe & ſcripſiſſe, cū ſubſcriptione manu Cancellarii dictæ cōmunitatis. Quibus ſic per actis talibus ſcripturis & inſtrumentis publicis ſolēniter celebratis fidem omnimodā uolumus adhiberi & nō aliter.

¶De tenutis autoritate iudicis acceptis. Rub. XVII.

STatuimus & ordinamus, ꝙ ſi aliquis egerit actione perſonali reali, uel mixta, uel quacūq; alia contra aliquem, & per contumaciam aduerſarii, uel per ſuā uictoriam miſſus fuerit in poſſeſſionem bonoꝝ aduerſarii, quæ imiſſio fieri debeat poſt.x.dies a diæ latæ ſententiæ, uel a die præcepti iudicis, niſi fuerit appellatū, uel ſtatim reo in contumacia conſtituto, & facta imiſſione in bonis aduerſarii, teneat᷑ miſſus in tenutam & poſſeſſionem notificare ſeu notificari facere dictam imiſſionem illi, contra quem facta eſſet imiſſio, per cedulam ſubſcriptam manu propria ſcribentis, quę cedula ei perſonaliter detur, uel ad domum eius habitationis dimittat᷑. In qua cedula contineat᷑ quomodo accepit tenutam in bonis eius, & in quibus bonis, & debitū pro quo acceperit, & in dicta cedula aſſignet᷑ terminus duoꝝ dierum ad opponendū quicquid uult contra dictam tenutam & debitum, in caſu quo per contumaciam partis dicta tenuta eſſet conceſſa. Alias ſi in caſu uictoriæ partis eſſet conceſſa ad opponendum quicquid uult contra tenutam & ſententiam, & ſiquid contra ipſam legitime opponere poſſet, ꝙ ſi infra dictum terminum comparuerit, & aliquid oppoſuerit contra dictam tenutam & debitum, non audiat᷑ ſuper ſuis exceptionibus, niſi primo refectis expenſis. ¶Si uero infra dictum terminum non comparuerit, nec aliquid oppoſuerit contra dictam tenutam, uel non obtinuerit in oppoſitis per eum, tunc procedatur ad executionem fiendam de bonis acceptis in tenutam hoc modo. uidelicet. Quod fiat extimatio rei acceptæ in tenutam per duos conuicinos ipſius rei, bonos & legales, qui debeant extimationem facere præſtito iuramento coram iudice bona fide, & facta dicta extimatione per dictos conuicinos, & facta pronunciatione per iudicem, quæ fieri debeat ſecundum extimationem dictorum conuicinorum, notificet᷑ ei, contra quem miſſio facta eſt per cedulam, in qua contineat᷑, qualiter extimatio facta eſt, & de pronunciatione iudicis, & ꝙ in dicta cedula aſſignet᷑ ſibi terminus duorum dierum, ad dicendum & opponendum quicquid uult contra dictam extimationem, quæ cedula detur ei perſonaliter, uel ad domum ſuæ habitationis dimittat᷑, quo termino elapſo procedat᷑ per iudicem ad dationem in ſolutum, hoc modo. uidelicet. ꝙ iudex teneat᷑ & debeat bona accepta in tenutam dare & concedere in ſolutum ei, qui miſſus eſt in poſſeſſionem, pro ſuo debito ſecundū extimationem factam per dictos conuicinos. Et ſi res ſiue bona data in ſolutum tranſcendit quantitatem debiti, reſiduum a dicto debito reddatur debitori. Et ſi non aſcendat ad quantitatem debiti, de eo quod minus eſt, ſaluum remaneat ius creditori.

Et ꝙ facta dicta datione inſolutũ per ſentẽtiam iudicis ex ſecundo decreto, poſſit tamẽ debitor ſeu ille contra quẽ facta eſt datio inſolutũ recuperare, & recolligere bona data inſolutum infra mẽſem computãdũ a die dationis inſolutũ, ſi res fuerit ĩmobilis, dũmodo ſoluat debitũ creditori, & ei expenſas reficiat legitime factas occaſione prædicta. Et ſi prædicta omnia fuerint obſeruata, non poſſit aliquid opponi uel dici contra dictã dationem inſolutũ, propter quod datio inſolutũ modo aliquo infringat̃. ❡Si uero aliqua res mobilis capta fuerit in tenutam autoritate iudicis, tũc talis res mobilis debeat extimari per duos bonos uiros expertos, & ſecũdũ extimationẽ ipſoꝝ fiat datio inſolutũ per iudicem, citata primo parte cũ dimiſſione cedulæ ad audiendũ dictã extimationem fieri, & ad audiendũ dictam pronunciam iudicis inſolutũ concedẽdi, poſtq̃ dationẽ inſolutũ poſſit ille cõtra quẽ facta eſt datio inſolutũ recuperare rem datam inſolutũ, & recolligere ſoluto debito, refectis expenſis infra.xv.dies. Quibus diebus elapſis dicta datio inſolutum firma remaneat. ❡Addentes ꝙ creditoribus liceat res in tenutam acceptas uendere factis tribus bannimentis plus offerenti, & ꝙ creditori liceat offerre & cum aliis emptoribus concurrere.

❡De modo agendi hypothecaria actione. Rub. XVIII.

STatuimus & ordinamus, ꝙ agens hypothecaria actione cõtra aliquẽ poſſeſſorem bonorũ debitoris ipſius ſibi obligatorũ, agere poſſit contra quẽlibet poſſeſſorẽ, nulla excuſſione facta bonorũ debitoris, ſi publica uox & fama fuerit debitorẽ uel eius heredem, ſi heredem habuerit, non exiſtere ſufficientem ad ſoluendũ. Et ſufficiat probari dictam publicam uocem & famã per quattuor teſtes idoneos. Et intelligat̃ fama probata in caſu prędicto, etiã ſi teſtes dixerint ſe hoc audiuiſſe a maiori parte uicinoꝝ contratæ, ubi debitor habitat uel erat conſuetus habitare. ❡Si uero non fuerit publica uox & fama debitorem uel eius heredes nõ eſſe ſufficientes ad ſoluẽdũ debitũ, tũc antequã poſſit agi hypothecaria contra poſſeſſores talis modus & forma ſeruet̃, uidelicet, ꝙ creditor primo conueniat debitorem uel eius heredes coram iudice dñi poteſtatis ſuper ciuilibus deputato. Et ſi fuerint contumaces in ſoluendo, uel ueniendo miſſione poſſeſſione uocatũ ex primo decreto decernatur, & ipſe iudex cõmittat & mandet uni nuncio iurato ſuæ curiæ, ꝙ uadat ad domũ debitoris uel heredũ, & in contrata ubi erat conſuetus habitare, & ibi diligenter quærat cũ uicinis, ſi aliquid inuenire poteſt de bonis debitoris, quæ non poſſideantur per alios uel quæ ſine controuerſia capi poſſint. Et ſi dictus nuncius retulerit ſe nihil inueniſſe de bonis dicti debitoris, uel inueniſſe res minus ſufficientes ad ſolutionem dicti debiti, quæ non poſſideantur per alios, uel quæ ſine controuerſia capi non poſſint, quæ cõmiſſio & relatio ſcribatur in actis, actor illum, qui debet conueniri hypothecaria, citari faciat, & ſi ſemel citatus perſonaliter, uel bis ad domum qualibet uice cum termino duorum dierũ utilium, & nõ comparuerit, uel comparuerit & noluerit reſpondere, uel minus legitime reſpõderit, tunc iudex prædictus procedat ut inferius continetur ad declarationem uel pronunciationem excuſſionis factæ. Et ſi comparuerit ipſum interroget ſi ſcit aliquid de bonis debitoris quod non poſſideat̃ per alios, uel ꝙ ſine controuerſia capi poſſit. Et ſi dixerit ſe nihil ſcire etiam abſente & non citato poſſeſſore, contra quem creditor agere intendit hypothecaria, pronunciet diſcuſſionem legitime factam & agi poſſe hypothecaria actione contra bonorum obligationem uel pignorum poſſeſſores. ❡Si uero dixerit dictus poſſeſſor ſcire aliquid quod non poſſideatur per alios, uel ꝙ ſine controuerſia capi poſſit de bonis debitoris prædicti, tunc iudex ſeu officialis prædictus ſine aliqua ſolennitate inquirat per uicinos rerum, ubi ſunt poſitæ res quas dictus poſſeſſor dixerit. Si uerum eſt, quod dictus poſſeſſor aſſeruit, ſi ipſe poſſeſſor hoc probare uoluerit. Et ſi probauerit infra octo dierum ſpatium cum effectu, poſtquem terminum minime

probare



probare poſſit, tunc dictus iudex mittat actorẽ in poſſeſſionem & in tenutam illarum rerum. Et interim non procedatur ſuper hypothecaria actione, niſi in eo ꝙ plus erit in debito q̃ in extimatione dictaꝝ reꝝ. Si uero dictus poſſeſſor prædicta quæ dixerat non probauerit, pronunciet dictus iudex diſcuſſionẽ legitime factam, & agi poſſe hypothecaria, ut ſuperius eſt expreſſum. Et ſi prædicta fuerint obſeruata, ſufficiat ad agendũ hypothecaria actione. Et ſufficiat agenti hypothecaria, ſi probauerit rem ſeu bona, quæ petit, fuiſſe dicti debitoris tempore obligationis contractæ uel poſtea, tanq̃ ſua bona per triẽnium continuum, cum publica uoce & fama, uel minori tempore cum titulo. Quæ fama probetur per tres teſtes ad minus bonę conditionis & famæ.

❡Quod filiifamilias poſſint in iudicio intereſſe ſine conſenſu patris. Rub. XIX.

STatuimus & ordinamus, ꝙ filiifamilias maſculi & fœminæ maiores.xviii.annis, comprehendendo quẽlibet ſuppoſitum paternæ poteſtati poſſint in iudicio intereſſe agẽdo & defendendo pro contractibus, & quaſi cõtractibus ab eis geſtis, & procuratorio nomine alioꝝ in caſibus permiſſis & delictis & quaſi, alias non poſſit eis opponi quod non ſint integræ perſonæ ad iudiciũ agitandum, nec poſſit contra agitãtem in iudicio cum eis opponi exceptio nullitatis, licet patris conſenſus uel autoritas non interuenerit in dicto iudicio, qui conſenſus uel autoritas non requiratur. Ex dicto autem iudicio cum filiofamilias habito, nullum præiudicium patri generetur, nec fiat executio contra patrem, niſi ex eo ꝙ ad patrem perueniſſet ex contractu uel quaſi contractu, uel alio actu habito cum filio. In hoc enim poſſit fieri executio contra patrem, ratione iudicii habiti cum filio. Derogantes omnibus aliis ſtatutis, & iurium diſpoſitionibus per præſens ſtatutum.

❡Vt maiores decem & octo annis per ſe poſſint eſſe in iudicio eorum proprio nomine, & aliorum ſine conſenſu alicuius perſonæ uel autoritate. Rub. XX.

STatuimus & ordinamus, ꝙ quilibet maior decem & octo annis poſſit per ſe & procuratorio nomine aliorũ in iudiciis intereſſe ſine autoritate curatoris, cum curator ei dari non debeat, qui ſit maior decem & octo annorũ uigore præſentis ſtatuti, cum pro maiore.xxv.annorum habeatur ſine conſenſu patris, & acta & actitata cum tali maiori in iudicio ſiue iudiciis ualeant & teneant perinde ac ſi actitata eſſent cum maiori.xxv.annis, nec propter defectum minoris ætatis aduerſus acta & actitata poſſint cum eis, uel ſententias contra eos latas in integrum reſtitutionem poſtulare, uel per modum exceptionis obiicere. Et ſi ſecus fecerit iudex eos non audiat. Derogantes omnibus ſtatutis & iurium diſpoſitionibus contra pręſens ſtatutum facientibus per prouiſionem pręſentis ſtatuti.

❡De pœna comparentis procuratorio nomine alieno cum poſtea apparuerit procuratorem non eſſe, Rub, XXI.

STatuimus & ordinamus, ꝙ ſi aliquis comparuerit uel fuerit in iudicio uel cauſa, coram quocũq; iudice uel officiali cõmunis Eſii procuratorio nomine alterius, pro quacũq; de cauſa, uel re, & poſtea apparuerit ipſum nõ eſſe procuratorem, uel neget ſe poſtea procuratorem eſſe uel fuiſſe ipſius pro quo comparuerit, uel fuerit in iudicio uel cauſa, ꝙ ipſe prędicta faciens uel cõmittens, uel aliquod prędictorũ in lib.L.deñ.de facto cõmuni condemnet̃, & ad refectionẽ dãni & intereſſe ſui aduerſarii, de quo dãno & intereſſe credat̃ proprio iuramẽto aduerſarii. Et nihilominus, dicto cõmuni cõdẽnet̃ pro dicta falſa ſuggeſtione, ſeu falſa aſſeueratione in p̃dictis.L.lib.deñ. Et p̃dicta fieri debeãt p quẽlibet

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

officialem cõmunis prædicti ſummarie & de facto, ſine ſtrepitu & figura iudicii ad petitionẽ aduerſarii talis cõparentis procuratorio nomine alieno. Et hoc ſtatutũ ualeat & teneat & ſeruet' perpetuo ſine ſpe mutãdi, nõ obſtãtibus aliquibus iuribus in cõtrariũ faciẽtibus.

¶De debito ſoluto non petendo. Rub. XXII.

STatuimus & ordinamus, ꝙ ſiquis petierit in iudicio quocũq; modo & etiam per ſimplicem petitionem debitũ ſolutũ ſcienter, cogat' de facto ad ſoluendũ cõmuni Eſii. x. ſol. pro qualibet libra deñ. per ipſum petitorũ omni exceptione reiecta, præter beneficium appellandi quod ſit ſemper ei ſaluũ, cũ refectione dãnoꝝ aduerſarii. Et hoc ſtatutũ inter principales perſonas habeat locũ & nõ aliter ſi per ſe agerẽt, uel procuratorio nomine, & fiat de hiis ſupradictis executio cõtra eos per officialẽ poteſtatis de facto ſine ſolennitate.

¶Quod aduocati & procuratores non paciſcantur de quota litis & eorum ſalariis, & ꝙ præſtetur patrocinium cuilibet petenti. Rub. XXIII.

STatuimus & ordinamus, ꝙ ad obuiandum prauis uoluntatibus aduocatorũ & procuratorum. Quod nullus de cætero aduocatus ſeu procurator paciſcat' de quota parte litis cum aliqua perſona parua uel magna, & ſi cõtrafactũ fuerit nõ ualeat ipſo iure, neq; in caſu uictoriæ, & aduocatus ſeu procurator paciſcens de quota parte, uel in caſu uictoriæ, puniat' in. L. lib. pro quolibet & qualibet uice. Et Poteſtas teneat' inquirere de prædictis iuxta poſſe, & accuſans ſeu denuncians contrafacientem habeat tertiam partem banni, & duę partes ſint cõmunis prædicti. ¶Et aduocatus & procurator ſint & eſſe debeant contenti de ſalariis infraſcriptis. uidelicet. de duobus ſol. pro lib. pro quolibet, ſi queſtio in qua præſtat patrocinium eſt. L. lib. Abinde infra poſſit petere illud ſalarium ꝙ fuerit in cõcordia cum clientulis eoꝝ. Si non conuenit de ſalario, tunc fiat eis ſalarium arbitrio iudicantis. Et ſi queſtio fuerit de. C. lib. ſtent contenti de ſex lib. pro quolibet. De. CC. lib. ſint contenti de. xii. lib. Abinde ſupra, pro quolibet centenario accipiant tres lib. & non ultra. Ita tamen ꝙ quantacũq; fuerit quantitas queſtionis, ſalarium aduocati & procuratoris nõ poſſit excedere quantitatem. L. lib. Et ſemper habeat' reſpectus ad quantitatem contentã in condemnatione, & ad extimationem rei contẽtę in condemnatione. Et ſic in ſententiis abſolutoriis habeat' reſpectus ad quantitatem ſeu preciũ in petitione contentũ. Et prædicta locum habeant in ciuilibus & criminalibus queſtionibus. ¶Diſpoſitio autem præſentis ſtatuti quantũ ad ſalaria non habeat' locum cũ queſtio compromitteret' ſeu daret' ſolũmodo bãnum & nõ ſententia, uel ſententia quæ nõ eſſet condemnatoria uel abſolutoria ſuper principali cauſa. Nam in iſtis ultimis caſibus habeat ſalarium ſm arbitriũ iudicis coram quo fuerit queſtio. Qui iudex teneat' arbitrari ſalarium aduocati & procuratoris, habito reſpectu ad qualitatem aduocati & procuratoris, & quantitatẽ & laborem cauſe, nec in ſuo arbitrio poſſit ultra dictas quantitates arbitrari. ¶Et ſi aliquis aduocatus, uel procurator contrafecerit, puniatur in. xxv. lib. deñ. paruorum, & perdat ſalarium pro quolibet & qualibet uice. Et teneatur quilibet aduocatus præſtare patrocinium cuilibet petenti, pœna. C. ſol. In capitalibus habeant ducatos. x. auri pro patrocinio aduocati.

¶Qualiter puniatur qui declinauerit iuriſditionem cõmunis Eſii. Rub. XXIIII.

STatuimus & ordinamus, ꝙ quodlibet caſtrum, uilla, & uniuerſitas, comitatus, & diſtrictus Eſii, & quęlibet alia ſingularis perſona dictarum uniuerſitatum, teneat' reſpõdere & obedire, ac parere cõmuni Eſii, Poteſtati & Rectoribus ipſius & pręceptis eorum, & etiam coram ipſis & ſuis officialibus litigare intra ſe in primis & ſecundis cauſis ſæcularibus, tam ciuilibus, q̃ criminalibus ſeu mixtis, ſi res uel poſſeſſio de qua agit' eſt in diſtrictu Eſii, uel ibi fuerit obligatio contracta. Aliæ uero cauſæ in curia generali Prouinciæ Marchiæ debeant agitari. ¶Et ſi aliqua perſona uniuerſitas, uilla, uel caſtrum, ciuitatis, comitatus, & diſtrictus Eſii, præſumpſerit uel attentauerit contrafacere ſeu declinare uel diminuere iuriſditionem ciuitatis Eſii, pœna. C. lib. deñ. de facto ſine aliqua exigendarũ puniatur. ¶Siquis uero rebellãdo, uel recuſando renuerit parere & obedire poteſtati & rectoribus cõmunis Eſii prædicti, uel rebellionem fecerit. Si fuerit ſingularis perſona, & in fortiam cõmunis peruenerit capite puniat', ubi per priuilegia cõmune Eſii habeat merũ & mixtum imperium, & ad ipſa reſtitutum ſit aliter non. Si autem nõ peruenerit ſit bãnitus attamen ad pœnam capitis & infamis, & bona eius cõmuni ciuitatis Eſii applicent', & publicent'. Si uero uilla, caſtrum, ſiue uniuerſitas fuerit rebell'. funditus diſtirpet' & diruatur, caſtra, fortillitia, domus, & uillę, igne penitus cõburantur, & nunq̃ nomen caſtri uel uillæ obtineat ſine ſpe aliqua ulterius redeundi uel habitandi, habita prius & obtenta licẽtia a Rectore Marchiæ, uel alio officiali iuriſditionem habenti. ¶Et Poteſtas & Rector Eſii qui pro tempore fuerit, teneant' omnia & ſingula prædicta exequi & executioni mandare infra octo dies poſtq̃ ſciuerint, & inuenerint tale factum fore perpetatum, & quilibet poſſit accuſare. ¶Et ſi prædicti fuerint negligentes in prædictis, uel aliquo prædictorum, perdat quilibet ipſorũ de ſuo ſalario. CC. lib. deñ. uſal'. monetæ obtenta prius licentia, ut ſupra. Saluis autem aliis pœnis in ſuperiori ſtatuto contentis, & de hoc procuret' a procuratoribus ſuis. ¶Intelligimus autem quẽcũq; eſſe rebellem, ſi aliquod caſtrum, uel uilla rebellauerit contra dictam ſuam ciuitatem, uel fuerit cũ rebellantibus, uel guerram mouentibus eidẽ ciuitati Eſinæ alias uero ſi fuerit quis ſimpliciter contumax, in parendo iudici, aut ſuis rectoribus, tunc uolumus remedia præſtari in prædictis, ſecundũ ꝙ iura cõmunia ſanciunt & diſponunt. ¶Hoc autẽ ſtatutũ perpetuam habeat firmitatem, ſub pœna & bannis in proximo ſuperiori capitulo contentis.

¶Quod nullus teneatur dare libellum de ſumma centum ſol. Rub. XXV.

STatuimus & ordinamus, ꝙ nullus teneat' dare libellum de ſumma. C. ſol. paruorum uel minori quantitate. A centũ ſol. ſupra petitio ſiue libellus ſcribat' incontinenti uel eadem die, & det' terminus reo triũ dierum ad reſpondendũ, & copiam accipiendum ſi petierit. ¶Pro quantitate uero centũ ſol. uel infra eam quantitatem poſſit procedi per iudices uel alios officiales cõmunis Eſii, in ſcriptis & ſine ſcriptis, & ꝙ ſufficiat unius teſtis dictum uſq; ad dictam quantitatem. C. ſol. cum iuramento actoris, & uſq; ad ipſam quantitatem & infra ipſas quantitates per ipſos iudices & officiales, per ſacramentũ delatũ parti ſm arbitriũ iudicis ſeu officialis in medio reſidentis queſtiones prædictæ dirimi poſſint modo prædicto ſine aliqua ſcriptura. Et non intelligat' petitionem ſeu cauſam excedere centum ſol. deñ. paruorũ, ſi ex pluribus cauſis peteretur pecunia eodem libello, & facta cumulatione excederet ſumma ſic cumulata quantitatem prędictam centum ſol. niſi illud quod petitur ex una cauſa, quantitas petita excederet dictas ſummas.

¶Infra quantũ tempus ciuiles & criminales queſtiones debeãt terminari. Rub. XXVI.

STatuimus & ordinamus, ꝙ quælibet cauſa ciuilis cuiuſcũq; conditionis exiſtat, debeat infra ſpatiũ quattuor menſium finiri continuorũ & terminari per diffinitiuam ſententiam, quo tempore finito pereat ipſo iure inſtantia dictæ cauſæ autoritate præſentis ſtatuti, Et nihilominus iudex qui negligens fuerit, pœnã. x. lib. incurrat. ¶Cauſæ uero



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

criminales intra duos menſes debeant terminari,quibus elapſis,pœna iudici & officiali coram quo dicta cauſa incohata fuerit,ſi intra dictos duos menſes non fuerit finita.xxv. lib. deñ.paruoꝝ pro quolibet & ab eis auferenda,& applicanda dicto cõmuni. Et dicta executio pœnæ,fiat & fieri debeat per ſyndicatorem,qui admonitus erit ad ſyndicandum dictũ iudicem & officialem,niſi dictum tempus duoꝝ menſium fuerit prorogatum dicto iudici per conſilium generale,& Conſal.& Prio.populi dictæ ciuitatis,in quo termino ſupradicto quattuor menſium in cauſa ciuili tantum non computent̄ feriæ. ¶Et ſucceſſor illius coram quo queſtio fuerit incohata teneat̄ expedire ſi eſt criminalis infra menſem , ſi plus de tempore nõ ſupereſſet dicto iudici.¶Si uero plus temporis ſupereſſet,tunc habeat totum illud tempus ſolum quod ſupereſt ſuo prædeceſſori ad pœnam ſupradictam. ¶In ciuili uero infra duos menſes,ſi plus de tempore non ſupereſſet primo iudici,tunc illud tempus ſolum quod ſupereſt,teneat̄ eam expedire,quod ſi non fecerit inſtantia cauſæ pereat, & puniat̄ in ſupradictis pœnis,& uictus uictori condemnet̄ in expenſis.Et prædicta uendicent ſibi locum in cauſis principalibus tantum , & non in cauſis appellationum. ¶Et hoc tamen addito pręſenti ſtatuto,ꝙ dictum tempus a conteſtatione litis uel quaſi demũ incipiat currere & non ante.Et ſaluo ꝙ poſt elapſum dictum tempus pereunte inſtantia prædicta acta cauſæ ſupradictæ in alio iudicio ualeant inter eaſdem partes,non inter alias, dũmodo illa acta ſint legitime facta.Et prædicta ualeant & ſeruent̄, non obſtantibus aliquibus iuribus uel ſtatutis,uel reformationibus cõmunis Eſii prædicti in contrarium loquentibus,quia quantum ad prædicta ſint & eſſe intelligantur omni modo derogatæ, & hoc locum habeat in præſentibus pendentibus queſtionibus in quibus lis non eſt conteſtata & futuris queſtionibus.

¶De modo & forma procedendi,& pręceptum faciendi in confeſſum. Rub. XXVII.

STatuimus & ordinamus,ꝙ ſi debitor cuiuſcũq; quantitatis uel rei citatus fuerit per baiulum cõmunis ad iudicium coram poteſtate uel eius uicario ad petitionẽ eius creditoris,& cum fuerit in iudicio ante litem conteſtatam, debitum uel rem petitam confeſſus ſe debere ſuo creditori uel actori,ſi fuerit res ualoris a.xl. ſol. infra uel quantitatis , ſtatuat̄ ſibi per iudicem terminus ad ſoluendum & reſtituendum arbitrio iudicantis.¶Si uero fuerit quantitas a.xl.ſol.ſupra uſq; ad.C.ſol.incluſiue,uel res ualoris tantũdem, ſtatuat̄ ſibi terminus.x.dierũ. A centũ ſol.ſupra ſtatuat̄ ſibi terminus.xv. dieꝝ & non ultra ſemper in ipſo præcepto,faciendo mentionem inſtrumenti publici, ſi inſtrumentũ appareat , uel alia ſcriptura priuata ſi inde appareat facta, & ſine aliqua ſolutione capitum ſolidorũ facienda in cippo cõmunis. ¶Si uero dictus debitor in dicto termino non ſoluerit uel nõ ſatisfecerit dicto creditori de contentis in dicto præcepto,tunc dictus creditor faciat citari dictum debitorem ꝙ ueniat ad ſe conſtringendum in palatio cõmunis ad bãcum iuris, & ſi uenerit,inde ſecedere non debeat,donec dicto creditori ſatisfecerit de dicto debito & expenſis cum effectu.¶Si autem non uenerit,dictus iudex tunc uiſo dicto præcepto in publicam formam coram eo per dictum creditorem producto, & nullo alio habito proceſſu nouo exequat̄ dictum præceptum,& eum mandet executioni in bonis dicti debitoris,ſm formam ſtatuti poſiti in Rub.De executione publicoꝝ inſtrumentoꝝ, ac etiam dictum debitorem in bãno ponat de dicta ciuitate,& eius comitatu ſi creditori placuerit in dicta quantitate & expenſis legitimis,de quo bãno exire non poſſit,niſi ſatisfecerit ſuo creditori integre de dicto debito & expenſis in executione dicti præcepti. Et in qualibet executione publici inſtrumenti, ſemper capita ſol. ſoluantur in cippo cõmunis.uidelicet.tres deñ. pro qualibet parte pro qualibet lib.ſi præſentes ſint,alias ſoluantur per partem executionem petentem ſex deñ.pro qualibet libra in dictum cippum cõmunis, dũmodo di-





cta capita ſolidorum ſummam.x.lib.non tranſeat,quantacũq; ſit quantitas petita,ad quarum refectionem teneatur uictus uictori.

¶De modo procedendi ſummarie ſuper ſalariis iudicum, procuratorum, notariorum,& aliorum. Rub. XXVIII.

STatuimus & ordinamus,ꝙ occaſione patrocinii & ſalariorũ aduocatorũ, procuratorũ,& notariorũ,poſſit & debeat quomodocũq; debitor ad petitionem aduocati, procuratoris,& notarii ciuitatis Eſii detineri in palatio cõmunis per iudices & officiales dicti cõmunis expenſis detentorũ ſi pręſentes eſſent. Et ſi fuerint abſentes poſt citationem cogant̄ & grauent̄ illi quibus diceret̄ patrocinium præſtitũ,uel procuratio facta per aduocatum uel procuratorem, & habita ſummaria cognitione,ipſa ſalaria non promiſſa taxari debeant per dictum iudicem, officiales, uel per alium,cui fuerit cõmiſſum de uoluntate partium.Nec poſſit per relaxationem fiendam per ipſos detentos in hiis caſibus aſſignari tenuta.¶Et idem intelligat̄ de mercedibus laboratoꝝ,manualiũ,& ſeruitoꝝ,& cõductorũ a dño in ſuis laboreriis & ſeruitiis, uel a ſuo familiari uel nuntio , facta prius iudici aliquali fide ſummaria de aduocatione,procuratione,laborerio,uel mercede.In prædictis caſibus,& quolibet prædictorũ poſſit procedi omni tempore feriato & non feriato. ¶Et ꝙ aduocati, medici, procuratores, ſyndici, notariiq; pro eorum ſalariis & ſcripturis poſſint mittere expenſis citandorũ plazarios ſeu baiulos, licet non habeant inſtrumenta, pignora,uel præcepta de eorũ ſalariis,ipſas tamen expenſas reficiant, ſi petentes ſuccubuerint in cauſa.Et quilibet habens inſtrumentũ publicum, præceptũ, arbitrium condemnationes contra aliquam perſonam,poſſit mittere plazarium expenſis citandorum.¶Addentes ꝙ medici phiſici non ſalariati a cõmunitate uocati ad curam alicuius infirmi in ciuitate habere debeant pro eorũ ſalariis pro quolibet & qualibet die & qualibet urinæ inſpectione medicinarũ uel ſyruppoꝝ ordinatione,boñ.ſex,pro qualibet die qua uiſitauerint. In comitatu uero habeant pro eoꝝ ſalario florenũ unũ pro qualibet die. Medici uero chirurgici pro eorum ſalariis habeãt pro quolibet die qua medicauerint,boñ.quattuor,dũmodo nõ trãſcendat ſummam duorum ducatorum pro cura qualibet,nec ualeat aliquod pactũ factũ inter medicum & infirmum,imo medicus paciſcens totum perdat ſalarium, & notarius non poſſit de tali conuentione ſe rogare,ſub pœna centum librarum.

¶Ne quis in domo ſuę habitationis,uel diebus feriatis in honorem Dei pro debito capi poſſit. Rub. XXIX.

CVm ſit domus tutiſſimum cuiuſcunq; refugium.Iccirco ſtatuimus & ordinamus ꝙ nullus debitor alicuius in quacunq; quãtitate uel re ex quacunq; cauſa,poſſit uel debeat capi in domo propria,uel ſuę habitationis,licet talis debitor ſentẽtias cõtra ſe reportauerit a iudice arbitro uel arbitratore pro tali debito. Et ſimiliter talis debitor ciuis uel comitatiuus non poſſit capi in aliqua parte ciuitatis in diebus feriatis introductis in honorem Dei & ſanctorum,qui dies connumerentur in ſtatuto de feriis,quod ſtatutũ incipit. Quoniam ſunt pręcepta Dei &c̃.Et ſi ſecus fuerit factũ,ille talis qui captus fuerit ſtatim debeat relaxari & ille qui eum capi fecit puniatur pro quolibet & qualibet uice in centum ſol.deñ paruorum.Et officialis cuius familia talem cępit,puniatur in decem libris deñ.Et prędicta locum non habeant pro debitore,qui in ciuitate nil poſſideat immobile. Nam iſte talis poſſit dictis feſtiuitatibus & diebus feriatis capi,nõ tamen in domo ſuę habitationis.¶Item ſtatuimus ꝙ prædicta non habeant locum in illis qui obligati eſſent cõmuni dictę ciuitatis ex quacunq; cauſa,ſiue ex delicto, ſiue ex contractu,ſiue ex collecta, ſiue ex datio,ſiue ex quacunq; alia cauſa.Nam tunc poſſint capi in quocunq; loco & tem-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМ. І.І. МЕЧНИКОВА

pore. In aliis uero temporibus & locis, debitor in banno poſitus pro debito, elapſo termino bāni, poſſit pro debito capi & detineri ſi creditor hoc uoluerit, donec ſoluerit debitū, non relaxetur uel creditori fuerit ſatisfactum, uel ipſe creditor uoluerit.

¶De hiis qui bonis cędere uolunt. Rub. XXX.

STatuimus & ordinamus, ꝙ nulli liceat bonis cędere niſi hoc modo ꝙ coadunato cōſilio generali more ſolito uoce præconia ueniat debitor perſonaliter & recte ſtando dicat in eo conſilio coram poteſtate & cæteris conſiliariis publice tribus uicibus alta uoce, quia negocia mea male peregi itaq; creditoribus meis ſoluere nequeo ullo modo. Ego uolo cędere bonis meis, & uolo ꝙ hoc in poſterꝝ ſciat̃ a concilio & ciuibus. Et quilibet cedere uolens, præſtare debeat corporale iuramentū de manifeſtando omnia ſua bona mobilia, & ímobilia, quę habuerit ipſe uel alius pro eo. Et ipſa manifeſtare teneat̃, & debeat, quo iuramento præſtito ſi ea non manifeſtauerit, & aliquid de bonis ſuis reperiret̃, liceat creditoribus uel creditori ſuo prædicta bona accipere pro ſuo debito. Et ſi aliquid ſupererit illud cōmuni applicet̃, & dictus debitor nihil alicui creditori ceſſione facta de ſuis debitis ſoluere teneat̃, niſi dictus cedens ad pinguiorem fortunā peruenerit: quo caſu teneatur ſuis creditoribus reſpōdere, & ipſa ceſſione facta non poſſit cedens aliquo tēpore ad aliquod officium eligi, & ipſo facto careat omni beneficio, officio, & honore. Et non intelligat̃ ceſſio facta niſi eā fecerit in platea magna: in petrono cōmunis: cū pānis leuatis publice ſono tubæ præmiſſo, ipſum petronū ter nudis natibus percutiendo, de bonis cuius publicū conficiat̃ inuentariū, & curator bonis eius detur adhoc ut diſtributio facilius de bonis ſuis inter creditores habeat̃, & ſuo credito nō fraudet̃. Et poteſtas ſeu eius uicarius ad petitionē cedere uolentis uel alterius pro eo, teneat̃ & debeat ipſi detento cedere uolēti facultatem concedere accedendi in conſiliū generale ad dicendū prædicta, & ceſſione ut ſupra facta eundē relaxare proprię libertati, & ceſſio aliter facta q̄ ſupradictū eſt, non ualeat ipſo iure. Nec ipſa ceſſio bonoꝝ fieri poſſit per debitorē actu fugitiuū, uel propter fugā captū. Nec per debitorē ex cauſa maleficii, nec per forenſem contra ciuem, & intelligatur ciuis quantum adhoc qui eſt originarius uel aliter fuerit ciuis Eſii & habitauerit in ciuitate uel comitatu Eſii, ſaltem per decēnium cum familia & bonis ſuis. Nec poſſit fieri ceſſio bonorum, niſi in caſibus a iure ciuili permiſſis.

¶De ſuſpectis & fugitiuis. Rub. XXXI.

QVoniam in modici tēporis mora quādoq; periculū adeſt, & interdū perſona, locus, ac tēpus non patit̃ plenius deliberandi haberi conſiliū & habilitatem adimit differendi, ſtatuimus & ordinamus, ꝙ omnes & ſinguli nō poſſidentes in ciuitate Eſii eiuſq; comitatu & diſtrictu bona ímobilia ſufficientia pro debiti quātitate uel aliter de fuga & receſſu ſuſpecti, quæ quidem ſuſpitio ſuperuenerit poſt obligationē contractā ad petitionē creditorū ſuorū aſſerentiū prædictos ſuos debitores in ciuitate Eſii & eius territorio prout ſuperius eſt expreſſum bona ímobilia pro debiti quantitate, ut ſupra non poſſidere, nec habere expedita, ipſoſq; eſſe ſuſpectos & fugitiuos, cauſamq; ſuſpicionis & fugæ uerisimilē allegantes & ex cauſa prędicta de ipſoꝝ fuga & receſſu dubitantes affirmāteſq; prædicta proprio ſacramento per ſe uel eoꝝ procuratorē legitime conſtitutū facta fide de debito per publicū inſtrumētū uel ad minus per unū teſtē, ſi inſtrumēti ſeu teſtiū copia & facultas exhibitionis haberi nō poterit in prōptu, & ſi pars iuraret ſe dictas probationes in prōptu nō habere & ſuſpicionē adeo urgere ꝙ in mora tēporis periculū eſſet, ad minus facta fide de debito per iuramentū partis, capi & detineri poſſint & debeāt, & teneant̃ poteſtas



teſtas & eius uicarius quotiens fuerint requiſiti per creditores prædictorū prædictos eoꝝ debitores facere detineri & coram ſe duci ſub fida cuſtodia anteq̄ mittant̃ ad carceres, & eos ſuper eoꝝ defenſionibus audire, & ſi detentus ipſe ſatiſdare uoluerit de iudicio ſiſti dādo fideiuſſores uel pignora ad carceres non mittat̃. Sed detētus ipſe relaxet̃ in priſtinam libertatem. ¶Si uero ſatiſdare noluerit ſeu non poterit & debitū confeſſus fuerit ſeu negauerit mittat̃ ad carceres ſeu aliter tute cuſtodiat̃ officialis periculo, ſeu cuſtodis carcerum prout ei uidebit̃, & de cuſtodia ſeu carceribus non relaxet̃, donec creditori de debito fuerit ſatisfactū, & de expenſis, ſeu ſi debitū liquidū non fuerit ſatiſdatū fuerit de iudicio ſiſti pro debito & expenſis, ſeu ſi debitū fuerit in diē uel ſub conditione ſatiſdatū fuerit de ſoluēdo debitū in diem uel conditionis euentū, ſeu debitor ipſe a petito fuerit abſolutus ſeu cū creditore aliter in concordia fuerit. ¶Et ubi detētus ipſe debitū, pro quo detētus fuerit negauerit, teneatur & debeat iudex eidem creditori ad probandū de eius iure & cauſa decem dierum terminū aſſignare ſeu ſtatuere: ſi probationes habuerit in ciuitate comitatu uel diſtrictu Eſii. Et ſi extra ciuitatē comitatū uel diſtrictū Eſii in prouincia Marchię & Romādiolæ probationes haberet, de quo fidē fieri ſufficiat proprio iuramento creditori, uiginti dies ſeu maiorē terminū arbitrio iudicis ſtatuendū pro longitudine & maiori diſtantia loci aſſignare & ſtatuere teneat̃ & debeat. Quos dies & terminū eidē actori autoritate præſentis ſtatuti præfigimus & præfixi intelligant̃ & ſine aliqua iudicis aſſignatione ad probādum & probatū habendū de eoꝝ iure creditoribus ante dictis, infra quos prædicti creditores probaſſe debeant de eorū intentione. Quibus elapſis ſi eorū intentionem nō probauerit relaxet̃ detentus prædictus, & qui detineri fecerit eidē detento in ſimplū dāna & expenſas in duplū ſatisfacere compellat̃ etiā ſine aliqua condemnatione fienda taxatione de expenſis factis per detentū eius ſacramēto declarāda omnibus remediis opportunis etiā ꝑſonali detentione ſi opus fuerit. ¶Et ſi detētus aliquis dicere uellet, ſeu aſſereret ſe iniuſte detentum pro eo maxime, quia aſſereret ſe non fore ſuſpectū nec fugitiuū, & detineri faciētem redarguere de periurio uellet petendo ſe relaxari, terminus eidem competens aſſignetur arbitrio iudicis ad probandū de eius idoneitate ad ſuſpitionem purgandā, & ſi probauerit ſe non fore ſuſpectum relaxetur, & qui illum detineri fecerit, pœna periurii ſecūdū formam ſtatutorum cōmunis Eſii puniatur, & in expenſis in duplum detento eius ſacramento declarandis nihilominus condemnetur. Si autem non probauerit de eius non ſuſpitione habeatur pro legitime capto abſq; ꝙ aliter captura de ipſo facta fuerit iuſtificata, niſi ut ſupra eſt expreſſum. Interim tamen q̄primum purgata fuerit ſuſpitio prædicta detentus ipſe detineatur, & detentus permaneat, niſi ſatiſdare uoluerit de iudicio ſiſti coram iudice, & ſe præſentando in carcere ſeu priſtinam cuſtodiam redeūdo, ſi ſuſpitionem iuratam ſeu cauſam ſuſpitionis pro qua detentus fuerit non purgauerit. ¶Teneatur inſuper qui aliquē uoluerit facere detineri ex cauſa ſuperius allegata eadem die in ſcriptis apud acta petitionem qualem qualē porrigere, in qua ad minus cauſam obligationis & debiti quantitatē & ſuſpitionis cauſam, cuius occaſione fecerit debitorē uel uult facere detineri, exprimere teneatur, & de ipſis fidem facere, ut ſuperius eſt expreſſum, & poſſit prædicta petitio porrigi & cōmiſſio de detinendo fieri, & alia circa ipſum neceſſaria de quibus ſuperius eſt expreſſum, parte abſente & non citata tempore quolibet, etiam feriato in honorem Dei, & idem ſeruetur in reo detento relaxando, & non poſſit aliquis detineri ex forma præſentis ſtatuti qui tempore obligationis contractæ uel poſtea fideiuſſorem creditori dederit, ſeu ubi creditor correum pariter inſolidum habuerit obligatum præſentem idoneum & non ſuſpectum, niſi fideiuſſor ipſe ſeu correus idonei non forent ſeu ſimili ſuſpitione laborent, quæ poſt obligationem contractam ſuperueniſſet, uel aliter dictus debitor de dolo indebito contrahendo conuinceretur.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

¶Quod reus teneatur iurare an ſit obligatus ad aliquam quantitatem actori deferenti iuramentum: uel iuramentum referre actori. Rub. XXXII.

CVm ſit manifeſtæ turpitudinis nolle iurare uel iuramentum referre: & homines bonę fidei in eorum negociis & maxime in hiis, quæ agunt cum amicis & ſociis nõ curent teſtes adhibere. Iccirco ſtatuimus & ordinamus, ꝙ ſi aliquis petierit ab aliquo aliquam rem, pecuniam uel factũ ex aliquo contractu uel cauſa, & in qualibet parte litis, & faciat partitũ ei a quo petit, an uelit iurare ſe non debere dare, uel facere illud quod petit̃, & uelit actor iuramento conuenti ſtare, tunc reus audito partito & delatione ſacramenti, teneat̃ iurare, uel iuramentũ actori referre in ea forma in qua eſt ſibi delatũ. Et ſi alterũ prædictorũ noluerit facere, anteq̃ iudex ſecedat a banco, tunc iudex in re uel facto petito, condemnet reũ ſecũdũ petitionem actoris, nulla alia probatione interueniente, ſed ipſa recuſatio ſacramenti facta per reum, & delatio ſacramenti habeatur pro plena probatione, & ualeat talis ſententia, licet eam non præceſſerit ſacramentũ calũnię, uel litis conteſtatio. ¶Si uero reus delato ſibi iuramento ab actore, iurauerit ſe non debere dare uel facere, ꝙ tunc detur terminus actori decem dierum continuorũ ad reprobandũ dictũ iuramentũ, & ſi reprobauerit per idoneas & legitimas perſonas & ſufficientes, reus qui iurauerit, puniatur in .xx. lib. deñ. quos ſoluere teneat̃ & debeat cõmuni Eſii, & condemnet̃ actori in eo quod petit. ¶Si uero nõ reprobauerit actor dictũ iuramentũ infra dictũ terminũ, qui aliqua ratione, progari nõ poſſit, niſi iuſto impedimẽto fuerit impeditus, tũc reus abſoluat̃ & pro tali cauſa nõ poſſit unq̃ cõueniri aliquo mõ uel colore. ¶Si uero reus noluerit iurare, ſed referre dictum iuramentum actori, tunc actor teneat̃ iurare & ſecundũ ſuũ ſacramentum reus condamnet̃ uel abſoluat̃ ſtatim, nec audiat̃ actor ſi uellet per teſtes probare, uel per inſtrumentum quod petit. ¶Si uero iurauerit ꝙ ſibi debetur quod petit, tunc reus poſſit reprobare ſacramentũ actoris, prout actor ſacramentũ rei, & infra illũ terminũ. Et omnia ſeruent̃ aduerſus actorem eius ſacramento reprobato, quæ ſeruarent̃ ſi ſacramentũ rei reprobaretur. ¶Si uero reus non potuerit ſacramentũ actoris reprobare infra dictum terminum condemnetur reus in eo quod petitũ eſt per actorem & in expenſis legitimis. Et hoc ſtatutum ſit firmum, nulla iuris diſpoſitione obſtante uel alicuius ſtatuti. Et prædicta habeant locum, de hiis quæ acta & geſta ſunt inter ipſas partes principales, ſecus ſi facta, & geſta eſſent inter eorum prædeceſſores, uel inter actorem & prædeceſſorem rei, uel inter alias extraneas perſonas, tunc non debeat cogi reus ad iurandum uel referendum, cum facile ſit ſe ignorare acta inter illos. Poſſit tamen reus & debeant tunc cogi iurare uel referre iuramentum actori, ſi ipſe reus ſcit.

¶De non mittendo niſi unum plazarium ſeu baiulum uel berruarium communis Eſii pro pignoratione: uel executione fienda. Rub. XXXIII.

ITem ſtatuimus & ordinamus, ꝙ nullus officialis cõmunis cuiuſcũq; conditionis exiſtat in aliqua cauſa ciuili priuata, uel criminali pecuniaria tantum, & non quæ reſpiciat cõmodum fiſci, poſſit mittere cauſa pignorandi, uel citandi aliquem de ciuitate uel diſtrictu Eſii, uel cauſa faciendi aliquã executionẽ tenutę uel præcepti uel inſtrumẽti, niſi executio fieret per detentionẽ uel captionẽ perſonę, ultra q̃ unũ plazarium ſeu baiulũ cõmunis Eſii, & ſolũ ſine alio plazario, uel berruario cõmunis prædicti, uel officiali, niſi pignorãdi, uel ille contra quẽ executio fieri debet contradixerit, uel rebellis fuerit uel reſtiterit baiulo antedicto, quia eo caſu quo ſic rebellis extiterit uel contradixetit, licitũ ſit dicto officiali cõtra talem rebellẽ uel contradicentẽ procedere iuris remediis ad faciendũ ipſum obediẽtẽ, mittendo contra ipſum plazariũ & berruarios, uel mulctando ipſum, uel aliter procedẽdo

ſecundum



ſecundũ formam iuris & ſtatutorũ dicti cõmunis, ſic ut ſupradictus rebellis, uel contradicens de prædictis nõ remaneat impunitus. ¶Hoc addito in præſenti ſtatuto, ꝙ nullus officialis pro aliqua executione publica uel priuata debeat mittere aliũ executorẽ q̃ ex plazariis, baiulis, uel berruariis cõmunis iuxta formã præſentis ſtatuti. Et ꝙ nullus faciat talem executionẽ quãtũcũq; ſibi cõmiſſam per quẽcũq; officialẽ dicti cõmunis qui nõ ſit de plazariis, baiulis, uel berruariis continuis dicti cõmunis pœna dicto plazario uel baiulo aut berruario & officiali & omnibus & ſingulis ſupradictis facientibus contra prædicta cẽtũ ſol. deñ. paruoꝝ pro quolibet & qualibet uice ab ipſis auferenda de facto & ſine ſtrepitu auferenda & applicanda cõmuni pro medietate & pro alia medietate denunciatori uel accuſatori eũ uel eos uolenti accuſare & ꝙ ius accuſandi cõpetat cuilibet & teneat̃ ei credentia nihilominus reſtitutionẽ dãnoꝝ & expenſarũ factarũ & faciendarũ dũmodo condemnatũ prædictũ citandum uel citatũ uel ſic pignoratũ uel pignorandũ uel ſic executũ uel exequendum & habeat locum dictũ ſtatutum non obſtantibus aliquibus ſtatutis ordinamentis uel reformationibus in contrarium facientibus.

¶Quantum baiuli uel berruarii cõmunis recipere debeant pro captionibus perſonarum fiendis. Rub. XXXIIII.

STatuimus & ordinamus, ꝙ nullus baiulus uel berruarius dicti cõmunis uel alius officialis dicti cõmunis cuiuſcũq; cõditionis exiſtat audeat uel pręſumat accipere niſi unũ boñ. pro quolibet baiulo & berruario pro detinẽdo uel capiendo aliquem de ciuitate uel comitatu uel diſtrictu Eſii pro quolibet debito cõmunis, uel condemnationibus, uel quibuſcũq; aliis debitis uel factis dicti cõmunis, præterq̃ de collectis de quibus uolumus aliquid non accipere tantũ in ciuitate quantũ in comitatu, ſi modo ipſum ceperit in dicta ciuitate, qui capti in talibus locis ex cauſa prædicta dictis baiulis & berruariis ultra dictam quantitatẽ ſoluere non teneant̃. ¶Pro captione uero pignorũ, uel tenutę ſolũmodo accipiant in ciuitate ſex deñ. & idẽ in omnibus & per omnia intelligat̃ de berruariis capientibus & detinentibus pro quocũq; debito priuato uel ſingularũ perſonarũ, ut accipere debeãt unũ boñ. ut ſupra. ¶In aliis locis a prędictis, dicti berruarii executionẽ in perſona uel in rebus facientes pro quacũq; cauſa, cõtra quos dicta executio facta erit tantũ percipiant quattuor ſol. deñ. pro qualibet die qua ſteterint in executione p̃dicta, pœna berruariis & officiali cuius erunt dicti berruarii & cuilibet ipſorũ contrafaciẽtiũ pro qualibet uice cẽtũ ſol. deñ. paruoꝝ a prædictis & quolibet prædictorũ auferẽda & applicanda dicto cõmuni pro medietate, & pro alia medietate accuſatori, uel denunciatori prædictoꝝ. & teneat̃ ei credentia & reſtitutione extortoꝝ a prædictis de facto & ſine ſcriptura auferenda. ¶Baiuli uero nõ poſſint nec debeant accipere ab aliqua perſona ultra duos deñ. pro citatione alicuius principalis perſonæ in ciuitate tantũ. In comitatu uero recipere debeant pro ſuo labore ſolutionem infraſcriptam, pro qualibet citatione facta & pignorũ ſeu tenutarum acceptione, in ſpecialitate caſtrorum, pro quolibet caſtro pro ſpeciali perſona, pro quolibet miliari, octo deñ. in eundo, pro redeundo nihil habeat. ¶Et hoc ſtatutum obſeruetur omnino, non obſtante aliqua conſuetudine uel ſtatuto in contrarium loquente, ſeu faciente, quod per præſens ſtatutum omnino intelligatur derogatum.

¶Ne ad petitionem iudęorum poſſint capi eorum debitores chriſtiani ſi bona imobilia poſſideant. Rub. XXXV.

STatuimus & ordinamus, ꝙ pro aliquo debito cuiuſcũq; generis ſit debitum, aliquis chriſtianus ad petitionẽ alicuius iudęi, nõ poſſit capi, uel detineri in carceribus, uel palatio, ſi ipſe chriſtianus habet ſufficiẽtia bona imobilia pro debito, nec eius fideiuſſores. Et

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

ſi ſecus fuerit factū, puniatᷣ in amiſſione debiti. ¶Et prædictū ſtatutū habeat locū etiam ſi per pactū in contractu permitteretur per debitorem ꝙ poſſet in perſona capi, per quæ cūq; uerba fieret tale pactū prouiſioni pręſentis ſtatuti per debitorē renūciari nō poſſit & ſi renunciaretur, ipſa renunciatio ipſo iure non ualeat, etiam ſi ſuper tali renunciatione fuerit præſtitum iuramentum.

¶De poſſeſſionibus ciuium & comitatiuorum poſitis extra ciuitatem & comitatum Eſii eis obligatis recuperandis. Rub. XXXVI.

STatuimus & ordinamus, ꝙ ſi alicui ciui uel comitatiuo Eſii, quoꝝ poſſeſſiones & bona quę, haberent extra territoriū Eſii, fuerint ablata per aliquē uel aliquos, qui nō ſint ciues Eſii, & dn̄s ad quē ſpectat iuriſditio loci poſtq̄ fuerit denunciatū ab eo qui ſubſtinuerit uiolentiam, & oſtēſum ſeu probatū dę uiolentia, dūmodo poteſtas, ſeu habens iuriſditionem dicti loci beniuole, & legaliter probationes receperit, ſeruetᷣ ꝙ infra ſequitur, & iniuria cōmiſſa non fecerit reſtituere uim paſſo infra tres menſes cōputandos ex quo ei dn̄o denunciatū fuerit ab eo cuius bona & poſſeſſiones fuerint ablata & ei non fecerit ſatiſfieri de dānis & iniuria infra dictū tēpus, poteſtas qui pro tēpore fuerit, teneatur uocare malefactorē ſeu malefactores per ſuū plazariū ſeu baiulū infra octo dies poſtq̄ fuerit ei denunciatū uel ſupplicatū a uim paſſo. Et ſi malefactor uel malefactores uenerint corā eo, & uoluerint reſpondere ſub eo, poteſtas & ſui iudices, ei plenū ius facere debeant, ꝙ ſi uenire & reſpondere noluerint, teneatur poteſtas ipſum malefactorē ſeu malefactores & uiolatores ponere in bāno eius quod continetur in ſtatuto uiolantis poſſeſſionem, & in bāno dupli poſſeſſionis uiolatę, & alterius dāni quod ſubſtineretᷣ per uim paſſum, ultimum bānū applicetur uim paſſo, & primum ipſi cōmuni, de quo non poſſint exire niſi prius concordauerit cum ciue uel comitatiuo Eſino, qui fuerit uel erit uiolentiam paſſus & ſoluerit bānum cōmuni. Et poteſtas teneatur dare ipſi ciui uel comitatiuo ſuū adiutorium pro poſſeſſione & omnibus ſuis bonis recuperandis ad uoluntatem totius cōſilii uel maioris partis, ſaluo capitulo ſtatuti de nouis ciuibus quod incipit. Statuimus & ordinamus ꝙ quicunq;. Et hoc locum habeat non obſtante ꝙ de maleficio cōmunis eſſet facta querimonia coram iudice & domino loci, ad quem ſpectat iuriſditio, & ualeat hoc ſtatutum in futuris queſtionibus, ſaluis pactis, conuentionibus, promiſſionibus, concordiis, contractibus iuris, inter cōmune Eſii ex una parte, & ciues Eſii ex altera.

¶Quod commune Eſii non teneatur ad auxilium præſtandum uel repręſalias concedendas infraſcripta de cauſa. Rub. XXXVII.

STatuimus & ordinamus, ꝙ quicūq; fecerit mercatū uel forū cum aliquo forenſe, uel ei crediderit, faciat illud ſuo riſchio & periculo tantū, nec cōmune Eſii teneatur eidem ad aliquod auxiliū dandū, uel repręſalias ei concedendū ſi dānū aliquod exinde habuerit uel paſſus fuerit. ¶Hoc addito ꝙ ſi contigerit aliquas repręſalias de facto uel de iure alicui perſonę cōcedi in futurū cōtra habitatores, ciues & diſtrictuales Eſii, occaſione alicuius debiti ſeu delicti facti uel cōtracti per aliquē ciuē uel diſtrictualē ciuitatis Eſii in aliqua ciuitate uel prouincia, uel quacūq; alia de cauſa, & occaſione dictarū repręſaliarū aliquis de ciuitate uel comitatu Eſii detineretur uel in rebus ſuis occaſione dictarū repręſaliarū dānū aliquod pateretur. Quod Poteſtas Eſii & eius iudex ſummarie ſine ſtrepitu & figura iudicii teneatur compellere remediis iuris prædictas perſonas, ex quarū facto dictæ repręſalię fuerunt cōceſſę ad refaciēdū omnia dāna & expēſas, ac intereſſe paſſo dānum, aliqua occaſione dictarum repręſaliarū. Et ſi ſoluere non poſſet, debeat detineri perſonaliter, ſi petatᷣ per dānum paſſum uſq; ad integram quantitatem ſeu ſatiſfationem omnium prædictorum.

¶De



¶De repręſaliis & quomodo & quando concedi poſſunt. Rub. XXXVIII.

STatuimus & ordinamus, ꝙ nullæ repręſaliæ poſſint concedi impoſteꝝ, niſi prius examinetᷣ per dn̄m poteſtatē & ſapiētes, ac per cōſiliū credentiæ illud propter quod, uel cuius occaſione repręſalię peterentᷣ. Et uiſa dicta petitione, & habita notitia facti teneatᷣ mittere dictus dn̄s Poteſtas, Conſal. & Prio. & cōſiliū ambaſiatorē uel ambaſiatores, uel nunciū prout eis uidebitᷣ, habita cōſideratione facti & qualitate ciuitatis uel loci, aduerſus quē petuntᷣ repręſaliæ, & bis mittere & facere requiri officiū dictę ciuitatis, ꝙ ius faciat ciui uel comitatiuo Eſino aduerſus ciuē coꝝ. Et ſi dictū officiū uel officiales non fecerint ius tali Eſino. Tunc dictus dn̄s Poteſtas, & dicti dn̄i Conſal. & Prio. & conſiliū deliberent, an dictæ repręſaliæ ſint concedēdæ, & hoc deliberato notificēt ciuitati uel loco, aduerſus quem ſunt repręſaliæ concedēdæ, ꝙ intēdūt repręſalias cōcedere in quātū de iure poterūt. Et hac notificatione facta mittatᷣ unus uel duo ambaſiatores expēſis priuati hoc petentis uel cōmunis Eſii, ſi cōſilio dictæ ciuitatis uidebitᷣ, ad dn̄m Rectorē Marchiæ pro obtinēda licētia repręſaliarū cōcedēdarū aduerſus ciuitatē ſiue locū, & homines eiuſdē, qui iuſticiā ſubdito Eſii facere denegauerūt requiſiti ut ſupra. ¶Et tunc ſi licētia obtēta fuerit a dicto Rectore, ſecūdū formā ſacratiſſimarū cōſtitutionū dn̄i Sabinēſis repręſaliæ cōcedantᷣ & non alio modo. Et ſi aliter fieret punian tᷣ concedētes, pœna in dictis cōſtitutionibus contēta, & conceſſio nō ualeat prima notificatio fiat expenſis Eſii. ¶Et ſi aliquis habens repręſalias uel in poſterū habiturus reprenderit uel apprenderit aliquē, uel aliquā rem occaſione ſuarū repręſaliarū, teneatᷣ pręſentare corā iudice cōmunis Eſii, & ſcribi facere illū uel illud quod apprehēderit & illud dimitti uel reſtitui nō poſſit, niſi prius ſcribatᷣ quātitas quā receperit de rebus & perſonis acceptis occaſione dictarū repreſaliarū. ¶Quæ omnia ſcribātur in libro uno in quo ſcriptæ ſunt omnes & quātitas ipſarū, & etiā repreſaliarū præconizatione facta, ut omnes cōpareant corā iudice, & ſcribi faciant prędicta, & qui non comparuerit per ſe, uel per idoneū nuntiū infra certū tēpus non detᷣ eis poſtea audientia, nec uti poſſit repręſaliis ſibi conceſſis, ex quo libro ſint duo exempla, unū quorū ſit in ſacriſtia cōmunis, & aliud penes cācellariū, ſeu notariū reformationū, caſſis omnibus & ſingulis aliis ſtatutis & reformationibus in contrariū loquentibus, & hoc ad euitādū illorū malitiā, qui repręſaliaꝝ quātitates ſeu pecunias exigunt, & qui repertus fuerit ultra uerā quātitatē & debitā recipere, uel petere condēnetᷣ cōmuni Eſii, in. L. lib. den̄. paruorū & amittat repreſalias. Et quicūq; acceperit ius ſuū ab illo de aliquibus repreſaliis, uel cauſa unde repręſaliæ petantᷣ, qui non eſt de iuriſditione cōmunis Eſii cōdēnetᷣ in. C. lib. den̄. paruorū, & amittat repręſalias & petitionē ipſius. ¶Et ſi ab aliquo ſuppoſito iuriſditioni cōmunis Eſii condēnetᷣ in. L. lib. den̄. paruorū, tam qui acceperit, q̄ qui conſenſerit, & nihilominus amittat repreſalias ipſius, & qui recuſauerit obſeruare prædicta uel aliquod prædictoꝝ capitulorū, condēnetᷣ pro qualibet uice in. xxv. lib. den̄. paruoꝝ, ſaluis omnibus ſupraſcriptis, & quilibet teneatᷣ accuſare, & iudex per denunciationē & ſine inquiſitione inquirere teneatᷣ & medietas bāni ſit cōmunis, & alia medietas ſit accuſatoris. ¶Et poteſtas teneatᷣ inquirere de omnibus ſolutionibus factis, & denariis peruētis in homines qui habēt repręſalias, & ſcribi faciat in uno quaterno, & qui ueritatē negauerit poteſtati cōmunis Eſii, condēnetᷣ, nec eis poſſit ulterius uti. ¶Et ſi aliquę repręſaliæ, ſolutione fuerint ſublatæ, qui uſus fuerit poſtea talibus repręſaliis condēnetᷣ in. L. lib. den̄. paruoꝝ. Et de hoc teneatur poteſtas ſingulis menſibus inquirere, & præciſe obſeruari facere. Et quicunq; non denunciauerit repræſalias ſuas extinctas & ſolutionem infra octo dies ſimili pœna puniatur, & repræſalias perdat. Et hoc ſtatutum ſit præciſe & truncum ſine licentia mutandi. Et quicunq; præſumpſerit contra dictum ſtatutum proponere uel dicere, ſi fuerit in officio uel non, condemnetur in centum ſol. den̄. paruorum. Si autem fuerit conſiliarius, in. L. lib. den̄.

paruorũ condemnetͬ anteq̃ dictę repræſaliæ concedantͬ. ℂEt cõtẽta in hoc ſtatuto praticentͬ maxime contra ſubiectos & obediẽtes ſanctæ Romanæ Eccleſię. Notificentͬ, ſ. dño Rectori Marchiæ, & ab ipſo praticandi licentia cõſequatͬ de ipſis, ut ſupra iam diximus.

ℂQuod omnes & ſinguli uolentes uenire ad habitandum in ciuitatẽ uel diſtrictũ Eſii habeantur pro ciuibus. Rub. XXXIX.

STatuimus & ordinamus, ꝙ omnes & ſinguli uolentes uenire de extra diſtrictu Eſii ad habitandum cum ſuis familiis in ciuitate uel diſtrictu Eſii continue, exceptis rebellibus & banditis eccleſiæ & dicti cõmunis, ſint liberi & pro liberis ciuibus & comitatiuis habeantur & libere poſſint ſtare cum ſuis familiis & rebus in dictis locis, & defendantur per cõmune Eſii, & manuteneantur expenſis cõmunis, exceptis datiis, ſalariis domini poteſtatis, & capitanei, & douanis, a quibus non ualeant excuſari, ſed ſoluant ut alii ciues & comitatiui, & exceptis aliis quæ ponuntur in aliis ſtatutis. Et prædicta immunitas concedatur per dominum poteſtatem, & eius uicarium, & conſilium cõmunis Eſii de qua conceſſione habeat apparere manu cancellarii dicti cõmunis Eſii.

ℂQuod quilibet uenientes ad laborandum, uel uictualia portandum in Ciuitatẽ Eſii libere uenire & redire poſſint. Rub. XL.

STatuimus & ordinamus, ꝙ omnes & ſinguli forenſes, qui uenerint ad ciuitatem Eſii cauſa uangandi, battendi, uel alias laborationes terrarũ uel uinearũ faciendi. Et qui uenerint cum uictualibus & quibuſcũq; ad uendendum ipſa uictualia ueniant & uenire poſſint libere & ſecure in ære & perſona, & plenam habeant facultatem, ſecuritatem & fidantiam in eundo, ſtando, & redeundo, & poſſint uendere in die ſabbati & emere abſq; ſolutione alicuius gabellæ quaſcunq; res portatas ſeu conductas in dicto mercato & inueſtire denarios quos perceperint ex dictis uictualibus, non obſtante aliquo ſtatuto uel reformatione conſilii inſtrumentis factis, uel faciendis de repræſaliis conceſſis uel concedendis aliquibus de ciuitate & comitatu Eſii huic ſtatuto contrariis, dũmodo qui uenerint, non ſint banditi ſanctæ matris eccleſiæ, nec cõmunis Eſii, uel non ſint obligati alicui de dicta ciuitate & diſtrictu Eſii, & cõmuni pro aliquo debito ſiue pedagio, ꝙ ſi appareret, obſeruetur ius commune & municipale dictæ ciuitatis.

ℂQuod nullus receptus in ciuem uel comitatiuum ciuitatis Eſii, cui conceſſum eſſet terrenum uel habitatio, poſſit illud uendere, nec a ciuitate diſcedere. Rub. XLI.

STatuimus & ordinamus, ꝙ nullus receptus in ciuem uel comitatiuũ, cui conceſſum eſſet a cõmuni terrenũ uel alia habitatio, poſſit aliquo modo uel ingenio uendere, obligare, uel alienare dictum terrenum uel habitationem conceſſam uel concedendam, uel ſi ædificiũ ædificauerit ſupra terrenũ a cõmuni ſibi datũ, nec a perpetua uel a continua habitatione ciuitatis Eſii & eius comitatus diſcedere, ſed continue habitare teneatͬ. Et qui contrafecerit uel uenerit in aliquo uel aliquibus capitulis ſupradictis, uenditio quam fecerit, ſeu pignoris obligatio non teneat, & accipiens ab omni iure cadat, & perdat empta uel pignorata, & cõmuni Eſii applicentͬ. Et prædictas habitationes, ſeu terrena ſcribantͬ in uno quaterno ſeu libro Reformationũ cõmunis, & ſit & eſſe debeat penes dictum cõmune.

ℂQuod quilibet habitator in ciuitate & diſtrictu Eſii, teneatur ſoluere onera realia & perſonalia. Rub. XLII.

STatuimus & ordinamus, ꝙ omnes & ſinguli de ciuitate Eſii & eius comitatu, teneantur & debeant omnia onera realia, & perſonalia in loco, ubi habitant cum familiis ſuis,



ſuis, tempore quo imponeretur dictum onus, ſoluere. Et ꝙ abſentes a dicta ciuitate, uel caſtris eiuſdem qui eſſent in aliquo officio ſint exempti a cuſtodia noctis & diei fienda in dicta ciuitate & caſtris eiuſdem comitatus.

ℂDe iure reddendo forenſibus contra forenſes. Rub. XLIII.

STatuimus & ordinamus, ꝙ ſi fuerit aliqua queſtio in ciuitate Eſii inter forenſes non habitantes in dicta ciuitate Eſii uel eius comitatu, non reddatur ius, niſi res de qua eſſet queſtio, eſſet in ciuitate Eſii uel comitatu, aut eius diſtrictu, uel ubi contractus, de quo apparet publicum inſtrumentum, uel apodiſſa ſcripta manu debitoris, ſecũdũ formã ſtatuti Eſii celebratus eſſet uere uel preſumptiue in ciuitate uel comitatu Eſii, uel niſi ſolutio uel datio, uel factum alicuius rei eſſet faciendum in ciuitate uel comitatu Eſii, uel niſi pro illo debito perſoluendo: debitor eſſet expreſſe obligatus in inſtrumento uel apodiſſa prędicta in ciuitate Eſii.

ℂDe debitis contractis extra ciuitatem Eſii. Rub. XLIIII.

STatuimus & ordinamus, ꝙ ſi quis fuerit debitor alicuius ciuis uel comitatiui, aut diſtrictualis ciuitatis Eſii, in quacunq; quantitate pecuniæ uel rerũ ex quocunq; debito & contractu facto uel inito extra ciuitatem Eſii, poſſit & ualeat creditor dicti debiti, dictũ debitum petere, exigere, conſequi in ciuitate Eſii contra ſuum debitorem, & bona ſua, & dictus debitor poſſit & debeat conueniri realiter & perſonaliter in ciuitate Eſii ad ſolutionẽ dicti debiti, quemadmodum dictum debitũ eſſet factũ & contractũ in dicta ciuitate Eſii.

ℂQuod conſanguinei poſſint abſq; mandato ad defenſionem in iudicio intereſſe. Rub. XLV.

STatuimus & ordinamus, ꝙ ad defenſionem poſſit & ualeat quilibet conſanguineus cuiuſcũq;, uſq; in tertium gradum, tam ex parte patris, q̃ ex parte matris computatione facta ſm ius canonicum ſine mãdato ad iudicium & in iudicio intereſſe & cauſam agitare prout poſſet conſanguineus eius ad iudiciũ euocatus. Et tam in ciuilibus q̃ in criminalibus, dũmodo primo & ante omnia talis interueniens præſtet idoneum fideiuſſorem, & ipſe etiam obliget ſe pro tali ad iudicium euocato, uel contra quem procederetur de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo. Et prædicta locum habeant in cauſis, in quibus poteſt interuenire procurator ad defenſionem.

ℂDe inuentario faciendo per conſanguineos alicuius defuncti. Rub. XLVI.

QVoniã plurimũ mulieres uiduę remanentes occultant, nedum earum arneſia, ſeu mobilia, ſed etiã ſui uiri bona, & res. Propter quod heredes & creditores defraudantͬ. Iccirco pręſenti ſtatuto pręcipimus, ꝙ in die in qua moritͬ maritus, uel altera ſequenti, uel qua habita fuerit ſciẽtia de morte uiri, duo de propinquioribus mariti cõſanguineis, qui tũc tẽporis reperiuntͬ in ciuitate Eſii & comitatu & diſtrictu: teneatͬ facere inuentariũ de omnibus rebus, quę reperiuntͬ in domo defuncti uel alibi, tam de bonis uxoris, q̃ de bonis defuncti & hęredũ, & in ipſa domo uel alibi repertis. Quod ſi nõ fecerint, poteſtas de facto ab eis accipiat lib. xx. deñ. applicãdas cõmuni Eſii. ℂEt quicũq; impediuerit dictũ inuentariũ fieri, uel aliquod impedimentũ præſtiterit dictis conſanguineis, non permittẽdo eos domum dicti defuncti intrare, uel dictum inuentarium facere, uel res occultando

uel abſcondendo de quibus inuentarium deberet fieri,uel quocunq; alio modo impediendo,ſiue fuerit uxor defuncti,ſiue alia perſona,puniat̃ & condemnet̃ pro quolibet & qualibet uice,in xxx.lib.deñ.Et iudex poteſtatis teneat̃ ſub dicta pœna ad petitionem dictorum conſanguineorum ire ad dictum locum,& facere fieri inuentarium prædictum,contradictione aliqua non obſtante.¶Et adhoc ut dictum ſtatutum ſciatur, quilibet poteſtas faciat id legi in conſilio communis uel præconizari per ciuitatem Eſii, in principio ſui officii, ſub pœna.xxy.lib.deñ.

¶De contractibus mulierum. Rub. XLVII.

INdemnitatibus mulierum quarũ ſexus eſt fragilis,hac ſalubri lege, prout melius poſſumus prouidentes,ſtatuimus.ꝙ ſi aliqua mulier aliquem contractum , donationem, quietationem,uel quãcunq; aliam obligationem inire,teſtamentum ſeu quãcũq; aliam ultimam uoluntatem facere uoluerit,illam inire ſeu facere debeat cum præſentia & conſenſu patris ſi ſupereſt,alias cum præſentia filiorum maiorum.xxy. annis, uel unius, ſi tantũ unum filium habuerit,& fratris ſeu fratrum carnalium ſi ipſos habet, quibus deficiẽtibus cum præſentia & conſenſu duorũ proximiorũ conſanguineorũ maſculorũ, unius ex parte patris,& alterius ex parte matris ſi habet,ex altera linea tantũ. Et quod de conſenſu dicitur,locum habeat in omnibus aliis contractibus præterq̃ in teſtamentis,& ultimis uoluntatibus,in quibus ſufficiat præſentia ſine conſenſu.¶Et inſuper in quocunq; caſu uiri præſentia debeat adhiberi ſi ipſum habet,& aliter factus contractus,donatio, obligatio,quietatio,teſtamentum ſeu alia ultima uoluntas a muliere non ualeat,nec teneat ipſo iure,nec pro ipſa muliere,uel contra ipſam aliquem ſortiat̃ iuris effectum,ſi in ipſo actu dicta mulier aliquo modo appareat obligata & leſa. ¶Et ſi iuramentum ſuper prædictis initis & factis a muliere contra uel præter formam pręſentis ſtatuti præſtitum reperiret̃,præſumatur autoritate præſentis ſtatuti dolo fuiſſe inductam ad præſtandũ iuramentum prædictum.Et quod de teſtamento uel ultima uoluntate dicit̃,habeat locum,niſi imineat mortis periculum uel peſtis , quibus locus & tempus non patiant̃ prædictorũ habere uel expectare præſentiam. Quibus caſibus omni tamen fraude ceſſante ſi aliud non obſiſtat, poſſit libere condere teſtamentũ & quãcũq; aliam ultimam uoluntatem.¶Hoc ſane addito ꝙ ſi qua prædictarum perſonarum quarum autoritate præſentis ſtatuti pręſentia uel conſenſus requirit̃ fuerit abſens a ciuitate & comitatu Eſii illius ſeu illorũ præſentia uel cõſenſus adhibeat̃,quæ adhibet̃ per formam præſentis ſtatuti, ſi talis perſona abſens in rerũ natura non ſupereſſet. ¶Et ut dum dictæ perſonæ ſint abſentes ſtet̃ relationi nuncii cõmunis ex cõmiſſione facienda ipſi nuncio per ipſam mulierem,de quibus cõmiſſione & relatione appareat publico inſtrumẽto.¶Hoc inſuper intellecto ꝙ ſi mulier fecerit per nũcium cõmunis Eſii perſonaliter requiri cũ cedula illũ ſeu illos quorũ præſentia tantum requirit̃ per formam huius ſtatuti,ꝙ ueniat ad præſens ſtandũ tali contractui, donationi, obligationi, quietationi, teſtamento, ſeu alteri ultimæ uoluntati,quem ſeu quam inire ſeu facere intendat,declarando in ipſa cedula quod genus contractus intẽdit facere,uel quod intendit teſtari,uel aliam ultimam uoluntatem facere,& locum in quo,& diem,& horam. Et ſi talis ſic requiſitus comparere neglexerit, extunc mulier prædictum actũ quem facere intendebat faciat prædicti requiſiti abſentia non obſtante,de qua requiſitione cum cedula præfata credatur eidem nuncio , ac ſufficiat ſi ipſe nuncius de hoc relationem faciat notario, qui de prædicto actu quem mulier facere intendit debet eſſe rogatus, de qua relatione adhibeatur eidem notario plena fides.Prædicta tamen non uendicent ſibi locum in locationibus,& conductionibus poſſeſſionum & domorum & in conſtitutione pro-

curatorum



curatorum ad cauſas ſeu iudicia,& in remiſſione damnorũ datorum. ¶Declarãtes ꝙ fœminę in patris poteſtate conſtitutę non poſſint teſtari niſi prout de iure cõmuni eſt.

¶De debitis mulierum contractis ante contractum matrimonium. Rub. XLVIII.

STatuimus & ordinamus,ꝙ ſi aliqua mulier eſſet obligata pro aliquo debito ante cõtractum matrimoniũ : ꝙ tale debitum ſoluatur & ſolui debeat de dotibus mulieris quouſq; dotes ſufficiant,ſi talis mulier non habet alia bona ſufficiẽtia ad ſatisfactionẽ dicti debiti, & ſi maritus aliquid ſoluerit de dictis debitis tantũdem tempore reſtitutionis dotium de ipſis dotibus ſubtrahatur.

¶De pignoribus per creditores poſſeſſis. Rub. XLIX.

STatuimus & ordinamus, ꝙ creditor poſſidens aliquam rem mobilem ſibi per debitorem obligatam,ſiue pro uno debito,ſiue pro pluribus,cogi non poſſit per debitorẽ pignus recuperare uolentem ad reſtitutionem pignoris,niſi per eius debitorem omne debitum perſoluatur,ſiue ſit debitor ex una cautione,ſiue ex pluribus. Et quicũq; ſubpignorauerit alicui perſonæ non iudæo,uec uſurario aliquam rem mobilem, teneatur & debeat rem ipſam luere infra menſem a die requiſitionis uel citationis factę de eo pignore luendo alioquin liceat creditori elapſo ipſo menſe rem ipſam ſubpignorare: uel uendere ad incantũ legaliter plus offerẽti,omni fraude ceſſante. Saluis tamẽ pactis & cõuẽtionibus,quę eſſent habitę inter eos,nõ obſtãte ſtatuto p̃ſenti, & fructus pcepti cõputent̃ in ſortẽ debiti.

¶De pignoribus uſurariorum. Rub. L.

STatuimus & ordinamus,ꝙ iudæi uel aliqui creditores uſurarii,non poſſint debitores eorum, uel eorum hęredes inuitos ad ſolutionem debiti compellere, uolentes ſuum pignus relinquere,& fructus dictorum pignorum computentur pariter in ſortem,ut ſupra in præcedenti ſtatuto.

¶Quod maſculinum concipiat fœmininum. Rub. LI.

STatuimus & ordinamus, ꝙ ubicunq; in ſtatuto cõmunis Eſii reperiretur uerbum in maſculino genere,ꝙ intelligatur etiam in fœminino,& fœmininum genus concipiat, ſi commode adaptari poſſit,genus maſculinum.

¶De ſequeſtris faciendis. Rub. LII.

STatuimũs & ordinamus, ꝙ poteſtas ſeu iudex dñi poteſtatis teneat̃ & debeat ad petitionem cuiuſcũq; ciuis,uel comitatiui ciuitatis Eſii,petentis & iurantis ſe debere recipere & non petere animo calumniæ,cõmittere cuicunq; nuncio cõmunis Eſii ꝙ faciat ſequeſtrari contra qualcũq; perſonas ſuſpectas, & non poſſidentes imobilia in ciuitate uel comitatu Eſii ſufficientia ad debitũ petitũ,& non præſtantes,nec præſtare cum effectu offerentes fideiuſſores idoneos de iudicio ſiſti,& iudicatum ſoluendo, & de ſuſpectis credatur ſacramento petẽtis,& res ſequeſtratas poſſit dictus nuncius recõmendare cuicũq; perſonę de ciuitate Eſii,& ꝙ ipſas res ſaluet & cuſtodiat ad mandatum & uoluntatẽ iudicis prędicti, & ꝙ ille penes quẽ factũ fuerit ſequeſtrum, teneat̃ & debeat ipſum ſequeſtrũ penes ſe retinere,& nemini dare ſine mandato dicti iudicis,ad pœnã.x.lib. Et ꝙ iudex ad petitio



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

nem eius contra quem ſequeſtratio facta eſt, præſtito fideiuſſore de iudicio ſiſti, & iudicato ſoluendo, teneatur ſtatim dictum ſequeſtrum reuocare de facto, pęna. x. lib. ¶ Et faciẽs fieri ſequeſtrum ſi ſuccubuerit condemnetur illi contra quem ſequeſtratio facta fuerit ad omnia damna & intereſſe paſſa per ipſum contra quem facta fuerit ſequeſtratio occaſione ipſius ſequeſtri.

¶ De ſatiſdatione præſtanda per forenſes. Rub. LIII.

STatuimus & ordinamus: q ſi aliqua perſona non ſubiecta iuriſditioni cōmnnis Eſii mouerit aliquam litem uel cauſam in aliqua curia cōmunis Eſii contra aliquem ciuẽ uel comitatiuum, ſeu diſtrictualem cōmunis Eſii, non audiatur per aliquem officialem cōmunis Eſii ſuper dicta lite uel cauſa, niſi primo idonee ſatiſdederit de reficiendis expenſis ſuo aduerſario, ſi cōtingat eum in tali lite ſeu cauſa ſuccumbere. Et ſi rę conueniatur ſatiſdare teneatur de iuditio ſiſti, & iudicatum ſoluendo. Et ſi in dicto caſu reconuentionis fideiuſſorem dare non poſſet, ſufficiat iuratoria cautio cum pœnali promiſſione, obligatione iurium & bonorum ſuorum. Et idem fiat & obſeruet ſi talis non ſubiectus iuriſditioni cōmunis Eſii mouerit litem uel cauſam per ſuum procuratorem, non obſtante q talis procurator ſit in inſtrumento procurationis releuatus ab onere ſatiſdandi.

¶ De eo qui remanſit in poſſeſſione rerum per eum uenditarum. Rub. LIIII.

STatuimus & ordinamus, q ſi aliquis fecerit aliquam uenditionem, alienationem, permutationem, aut donationem de aliquibus bonis ſuis, & poſt talem alienationem ſeu uenditionem remanſerit in poſſeſſione rei ſic uenditæ, alienatæ, permutatæ, ſeu donatæ, & in ea poſſeſſione ſteterit per unum annum a die talis contractus computandum, talis uenditio, alienatio, permutatio, ſeu donatio intelligatur & fingatur autoritate præſentis ſtatuti ficta & ſimulata, & pro non facta habeatur. Et non intelligatur remanſiſſe in poſſeſſione dictus alienator, ſi dicatur in inſtrumento alienationis q alienator dicat ſe nomine illius cui alienatur poſſidere, etiam ſi dictus alienator receperit dictam rem alienatam titulo alicuius locationis ſeu conductionis uel alterius gratuitæ conuentionis, pro certa pecuniæ quantitate, uel pro dimidia uel pro alia quota fructuum poſſeſſionis ſeu terræ alienatæ, de qua locatione ſeu titulo appareat per aliquod publicum inſtrumentum, uel per legitimas probationes uel confeſſionem ipſius alienantis, ſeu per ſolutionem penſionis, q tunc contractus alienationis ualeat & teneat.

¶ De ordine adſtantium ad cauſandum. Rub. LV.

AD hoc ut ſtrepitus procuratorum in iudicio ceſſare ualeat, præſenti ſtatuto perpetuo ualituro ſtatuimus, q poteſtas ſeu eius iudex, & etiam miles, & quilibet eorum, teneantur & debeant eorum audientiam tenere, & teneri & obſeruari facere infraſcriptum modum & ordinem, pœna periurii, & C. ſol. pro quolibet & qualibet uice qua ipſi ſedebunt ad ius reddendum. Teneantur incipere ad audiendū procuratores, & alios adſtantes coram aliquo eorū ab uno capite ſuæ bancæ prout ſibi uidebitur perſonarum acceptione non attenta, ſed prout ordo adſtantiū demonſtrabit. Et unūquẽq; audire diligẽter, & quouſq; nō fuerit auditum & expeditum dicere & opponere facta ſua, non poſſit alium audire uel intelligere. Et ſi contigerit q aliqua queſtio eſſet coram eis implicita, & quę maiorem indaginem & maius examen exquireret q tunc dictam queſtionem reſeruare debeant poſt omnes alias queſtiones. ¶ Hoc addito expreſſe q dicti officiales uel aliquis eorum



eorum non conſentiant nec permittant ob reuerentiam magiſtratus ſeu officii dignitatẽ, procuratores aliquos, & quoſcūq; alios corā eis litigãtes exclamare ſeu uociferare, ſed uoce humili & ſubmiſſa exponat quilibet facta ſua. Et contrafaciẽtes quilibet dictorum officialium condẽnet de facto, in. xxv. ſol. pro quolibet & uice qualibet. ¶ Volentes etiā q quilibet procurator debeat aſtare rectus, dum præfati officiales uel alter eorum ad bancum iuris pro iure reddendo pro tribunali ſedebunt. Siquis autem procurator contrafecerit, puniatur pro quolibet & uice qualibet, in. xx. ſol. deñ. De quibus ſi poteſtas uel alii officiales illico executionem nō fecerint, puniantur in lib. quattuor deñ. tempore ſyndicatus de ſuo ſalario per Camerarium noſtri communis retinendis.

¶ Quomodo ad probandum ſufficiat publica uox & fama. Rub. LVI.

QVia cum tractatur de probatione publicæ uocis & famæ, ipſa potius ex ignorantia q̄ ueritatis defectu, in damnum & præiudicium tam cōmunis q̄ ſpecialiū perſonarum multotiens non probatur, duximus ſtatuendum. Quod ſi teſtes interrogati ſuper publica uoce & fama in eorum dictis & atteſtationibus reſponderint, q de re de qua interrogati ſunt ſit publica uox & fama, q ipſi dici audiuerunt a maiori parte perſonarum alicuius terræ, caſtri, uel contratæ, & q publica uox & fama ſunt dicta maioris partis huiuſmodi perſonarum, uel dixerint uerba ſimilia, uel æquipollentia, q ipſa probatio publicæ uocis & famæ, habeatur & reputetur, & haberi debeat pro publice probata, & maior ſeu alia probatio publicæ uocis & famæ nullatenus requiratur.

¶ De exemptione concedenda ſeptuagenariis & aliis impeditis. Rub. LVII.

STatuimus & ordinamus, q quęlibet perſona ſeptuagenaria & quæ tempus ſuæ ætatis tranſiuit ſeptuageſimum annum, & quilibet continuo morbo laborans, adeo & in tantum q cum ſua perſona non ualeat operari, ut ſunt, podagrici, cæci, muti, & ſurdi, & ſimiles continuo, ut dictum eſt morbo laborantes, & furioſi, dementes, mentecapti, dum tamen non habeant dilucida interualla. Si uoluerint imunitatem ab oneribus perſonalibus quibuſcunq; imponendis per cōmune Eſii, uel aliquem officialem dicti cōmunis, debeant coram poteſtate ciuitatis Eſii uel ſuo iudice, per ſe uel alium quandocunq; comparere, & fidem plenariam facere per bonos teſtes, uel per euidentiam corporis, remiſſo ſemper in conſcientia & arbitrio iudicis prædicta cognoſcentis quantum probatio ſufficiat in prędictis, de ſua infirmitate & morbo continuo, & ſimiliter de furore, dementia, & inſania, uocato ſemper in cognitione prædicta ſyndico cōmunis Eſii. Qua probatione ſic facta, dictus dominus Poteſtas uel eius collateralis decernat prædictam exemptionem prædictis uel alteri ipſorum, & illa in eiſdem obſeruari faciat cum effectu.

¶ De litigioſis rebus. Rub. LVIII.

STatuimus & ordinamus: q nulla perſona audeat uel pręſumat uendere, uel alienare, uel alio quocunq; titulo in alium transferre rem aliquam litigioſam. Et q litigioſa res ſit & eſſe intelligatur ſtatim porrecta petitione ſiue libello de re prędicta coram iudice competenti quacunq; actione agatur, & ſequuta citatione uel producta petitione uel libello, preſente parte coram iudice competenti. Et ſi contrafactum fuerit ipſo iure non ualeat uenditio uel alienatio & pro non facta & irrita habeatur ac fingatur. Et nihilominus emptor ſcienter faciens contra prędicta perdat precium prędictę rei emptę, & cōmuni Eſii



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

applicetur. Et ultra prædicta condemnetur cõmuni, in. xxv. lib. deñ. Et uenditor cogatur a ſyndico communis prædicti reſtituere precium de dicta re perceptum.

¶Quod omnes ciues compellantur uenire de comitatu ad habitandum in ciuitate Eſii & habere ibi domos proprias. Rub. LIX.

STatuimus & ordinamus, q potestas ciuitatis Eſii teneatur infra duos menſes poſt eius introitum facere q omnes ciues & qui pro ciuibus ſe appellant, qui morantur in comitatu Eſii, ueniant & uenire compellantur cum ſuis familiis ad habitandum continue in ciuitate Eſii, captis pignoribus & mulctis in dictis aliiſq; grauaminibus. Et ſi poteſtas fuerit negligens in prædictis, puniatur in. x. lib. deñ. paruorum. Et ſi non habuerit propriam habitationem eis concedatur per cõmune de palmentis cõmunis.

¶Quod omnes habitantes & non habitantes in ciuitate, comitatu, & diſtrictu Eſii, teneantur ſoluere collectam & ſubire onera realia & perſonalia cõmuni Eſii, pro rebus quas ibi habent & poſſident. Rub. LX.

STatuimus & ordinamus, q omnes & ſinguli habitantes in ciuitate, comitatu, & diſtrictu Eſii, cuiuſcunq; conditionis ſint, teneantur & debeant ſoluere collectas, & ſubire onera cõmunis realia & perſonalia. Inquantum dicit perſonalia locum habeant in ciuibus & comitatiuis Eſii ſolũmodo, non in aliis. pro rebus & poſſeſſionibus ſuis quas habent tenent & poſſident in territorio & diſtrictu Eſii uel utuntur & fruuntur, caſſis omnibus aliis reformationibus & ſtatutis conſilii generalis, & conceſſionibus huic ſtatuto contrariis. Et quicunq; de ciuitate & diſtrictu Eſii uel aliunde euitauerit uel ſe occultauerit ad ſoluendum dictas collectas uel ſubire onera & factiones prædictas, tam præteritas q̃ futuras, quas pro podere ſuo facere & ſoluere tenentur, ſubire teneantur & cogantur. Et ipſi & eorum familiæ nihilominus ſint excluſi ab omni honore, protectione, & defenſione cõmunis Eſii. ¶Et ſi dicti forenſes negligentes fuerint in ſoluendo onera per duos annos dictæ poſſeſſiones dictorum forenſium non ſoluentium applicentur noſtro cõmuni ipſo iure, & applicata & incorporata eſſe intelligantur per ſolam declaratoriam poteſtatis Eſii citatis primo dictis forenſibus, more forenſium. ¶Et poteſtas qui pro tempore erit ad denunciam ſyndici dictæ ciuitatis banniri faciat bona eorum, qui ciuitatis Eſinæ onera ſubire recuſant per loca publica ciuitatis prædictæ. Quibus ſic bannitis & ſubhaſtatis prædictus ſyndicus alienandi, uendendiq; licentiam nomine cõmunitatis habeat, defenſionemq; bonorum promittat. ¶Statutum uero præſens non uendicet ſibi locum in illis qui immunitatem haberent, uel priuilegium immunitatis a dicto communi, ſiue ſint ciues comitatiui uel forenſes.

¶Quod ſiquis alienauerit aliquas poſſeſſiones alicui non ſubiecto communi Eſii ſoluat collectas pro illis poſſeſſionibus. Rub. LXI.

STatuimus & ordinamus, q ſiquis ciuis, comitatiuus, uel habitator ciuitatis Eſii, uendiderit uel alienauerit, ſeu tranſtulerit, ſeu impoſterum transferet domum, poſſeſſionem, uel res aliquas immobiles alicui ſingulari perſonæ, collegio, uel uniuerſitati non ſuppoſitæ iuriſditioni cõmunis ciuitatis Eſii, uel quæ cõmuni Eſii prædicto, & cum hominibus ipſius collectas, onera uel factiones non ſoluant, prout alii homines dicti cõmunis tenentur & ſoluunt, q prædicti uendentes alienantes, & ipſorum ſucceſſores in perpetuum



perpetuum teneantur & debeant pro dictis poſſeſſionibus & rebus, onera & factiones reales & perſonales collectas omnes & ſingulas ſoluere & ſubire. Et dictarum rerum extimationem in ſuo extimo poni facere & menſurari, aliquo ſtatuto ordinamento uel prouiſione contrariis huic non obſtantibus. ¶Alienantes autem & uendentes, uel alio quocunq; titulo in aliquem non ſubiectum iuriſditioni Eſinæ transferentes, teneantur & debeant coram poteſtate uel eius iudice poſſeſſiones & res ut ſupra ſic alienatas deſcribi facere in cataſto cõmunis prædicti, fundum loci, latera, & confinia, nec non illius nomen in quem alienauerit, pœna. xxv. lib. deñ. paruorum contrafacienti. ¶Et notarius qui tale confecerit inſtrumentum de alienatione iam dicta, teneatur & debeat domino Poteſtati & Prioribus ciuitatis denunciare infra. x. dies poſt dictum confectum inſtrumentum numerandos a die confecti inſtrumenti, pœna. x. lib. deñ. Contrafacientes autem in prædictis ualeant a quolibet accuſari, & medietatem banni habeat accuſator, & eius nomen teneatur ſecretum. Et ad ſcribendum prædicta Cancellarius ciuitatis in notarium adhibeatur.

¶Quod bona ciuium & comitatenſium ciuitatis Eſii ſint dicto cõmuni pro collectis datiis & aliis factionibus tacite obligata, & q prædicta ſint tributaria. Rub. LXII.

STatuimus & ordinamus, q omnia bona & poſſeſſiones ciuium & diſtrictualium ciuitatis Eſii, ſint & eſſe debeant tributaria perpetuo & tacite obligata & adſcripta cõmuni Eſii pro cenſibus datiis collectis & aliis factionibus impoſitis & imponendis dominis eorum poſſeſſionum uel ipſis poſſeſſionibus & bonis. Et q non poſſit in prædictorum, uel alicuius eorum præiudicium, & iuris cõmunis prædicti, in alios transferri uel alienari, qui non ſint ſuppoſiti iuriſditioni cõmunis Eſii. Et ſi ſecus factum fuerit, non ualeat ipſo iure. Et taliter alienata in fraudem cõmunis quo ad forenſes deueniant in commune Eſii. Et ad quoſcunq; dicta prædia, tam ruſtica q̃ urbana & bona præſtita ad quoſcunq; uadant, ad dicta onera teneantur & teneri debeant, non obſtantibus aliquibus ĩmunitatibus & exemptionibus quibuſcunq; conceſſis iam uel impoſterũ concedendis qualitercunq;.

¶De probatione filiationis & conſanguinitatis fienda per famam publicam, & de pœna negantis eas, & de pœna mortem alicuius negantis. Rub. LXIII.

STatuimus & ordinamus, q ſi aliquis maſculus uel fœmina tãq̃ filius & filia, & pater, auus, uel auia, nepos, uel neptis, uir, uel uxor, frater & ſoror alicuius in iudicio uel coram quocunq; iudice uel officiali cõmunis prædicti, petat aliquid ſibi dari uel fieri uel poſtulet uel improbet per aliquem, uel ſi ab ipſo peteretur, ut filius uel filia, nepos uel neptis, uir uel uxor, auus uel auia, pater uel mater, frater uel ſoror, opponendo dixerit aliquid, & negatum fuerit non eſſe filium uel filiam, nepotem uel neptem, ſororem uel fratrem, patrem uel matrem, auum uel auiam, uirum uel uxorem. Et ſit publica uox & fama in contrata ubi habitat ipſe uel ubi habitare conſueuit ille cuius aſſerit ſe filium uel ex cuius perſona aliquis dixerit, poſtulauerit, improbauerit, uel petierit, & iſti tali oppoſitum fuerit uel pertinaciter negatum, q non fuit filius uel filia, nepos uel neptis & frater uel ſoror eius, cuius ſe aſſerit, q opponens ſuam exceptionem uel negans probare teneatur legitimis probationibus factis per duos teſtes maiores omni exceptione. Iſta probatione de publica uoce & fama per duos teſtes bonæ conditionis & famæ per illum qui dicit ſe filium filiam, fratrem uel ſororem, nepotem uel neptem, uel etiam ſi opponens uel negans prædictos non eſſe conſanguineos, & non deſtiterit a tali negatione uel exceptione ante



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

terminum ſibi datum ad probandum dictam exceptionem, & dictam exceptionem non probauerit, puniatur in. C. ſol. deñ. paruorum applicandis cõmuni, & in reſtitutione damnorum & expenſarum quas ſubſtinuerit ille contra quem oppoſita fuerit dicta exceptio, uel dicta negatio, facta primo taxatione per iudicem. Et ad prædicta ſoluenda compellatur ſine ſtrepitu & figura iudicii, & ſine aliqua ſcriptura non obſtantibus aliquibus iuribus prouiſionibus & ordinamentis dicti cõmunis in contrarium facientibus, quibus ſit & eſſe intelligatur omnimode derogatum quantum ad prædicta. ¶ Et eadem pœna puniatur ille qui negauerit aliquam conſanguinitatem uel parentelam uſq; in quartum gradum computandum ſecundum ius canonicum. Vel mortem alicuius de qua eſſet publica uox & fama in contrata unde eſt ille de quo quæritur, ſi ſuam exceptionem non probauerit, uel alia non fecerit ut ſupra dictum eſt.

¶ De non reſtituendo niſi precium de platea uel alia re in qua fuerit ædificatum ſi fuerit de iure euicta ab aliquo, Rub. LXIIII.

STatuimus & ordinamus, q; reædificantes ſeu facientes aliquam domum in ciuitate Eſii uel caſtris eiuſdem ciuitatis & pertinentiis ſi conuincerentur de iure de platea & muris, ſeu re uel aliquo ipſorum non teneantur niſi ad reſtitutionem pręcii dati in ipſa poſſeſſione, reſeruato eis iure contra uenditores, ſi ille qui ædificauerit & emerit plateam uel rem aliam. Si uero non emerat, ſed credidiſſet fore ſuam, ſi poſtea euincatur teneatur ſolũmodo ualorem dictę rei reſtituere ſecundũ illud quod ualebat tempore quo inceptum fuerit ædificari. Et prædicta locum habeant, niſi ædificare uolenti fuerit proteſtatum, q; non ædificet. Nam ipſa proteſtatione neglecta, iuris cõmunis diſpoſitio obſeruetur.

¶ Quod forenſes non poſſint extrahere granum uel aliquod genus bladi de ciuitate comitatu & diſtrictu Eſii, Rub. LXV.

STatuimus & ordinamus, q; quicunq; forenſis uel alius qui non fuerit in cataſto ciuitatis Eſii, deſcriptus, & in ciuem aut comitatiuum per conſilium ciuitatis prædictę receptus, emerit in ciuitate prædicta, ſeu eius comitatu uel diſtrictu, tam per ſe, q̃ per interpoſitam perſonam granum, uel aliquod genus bladi, cauſa reuendendi, talis ut ſupra ſic emens extra territorium dictæ ciuitatis aut eius comitatum ſeu diſtrictum dictum granum, ſeu bladum extrahere non poſſit per ſe, uel interpoſitam perſonam niſi primo ſoluto officiali doanæ ciuitatis prædictæ uno anconitano pro qualibet ſalma grani, uel bladi, pœna. V. lib, pro qualibet ſalma contrafacienti contra prædictum ordinem extracta. Et quilibet ciuis aut comitatiuus uendens dicto forenſi teneatur dictam uenditionem officiali prædicto, aut ei qui pro tempore deputabitur, infra terminum octo dierum denunciare quod ſi facere neglexerit dictum anconitanum pro qualibet ſalma dicto cõmuni de ſuo reſarciat. De quo grano aut blado ut ſupra contra ordinem extracto, ſtari uolumus iuramento uendentis ſeu conducentis, ſeu alterius idonei teſtis bonæ conditionis & famæ. Quorum teſtium depoſitionibus & dictis in hoc caſu duntaxat ſtari uolumus, uſq; ad quantitatem quinq; ſalmarum grani uel bladi pro quolibet.

¶ De cluſa non facienda in flumine Eſino. Rub. LXVI.

STatuimus & ordinamus, q; nullus cuiuſcunq; conditionis exiſtat, audeat modo aliquo, uel præſumat cluſam aliquam in Eſino flumine fabricare ſeu fabricari facere, cuius

ius



ius occaſione exinde ualeat aqua hauriri, ſeu ad aliquem alium locum molendinum conſtruendi cauſa duci, nec cauſa piſcandi aliquã ſiccationem facere, uel modo aliquo curſum aquę diuertere de uno raggio ſiue riuo fluminis ad alium diuertere piſcandi cauſa. Et hoc in eo quo Eſinum territorium ſe protendit. Contra uero faciens in prædictis, pœnã. L. ducatorum incurrat. Et nihilominus quod fecerit ſeu fabricatum fuerit, ſit & eſſe intelligatur ipſo iure nullum, & exinde talem cluſam uel ædificium de facto amouere cogatur. Quod ſi non fecerit unicuiq; liceat amouere.

¶ De oliuis ſingulo anno plantandis. Rub. LXVII.

STatuimus & ordinamus, q; quilibet ciuis ſeu comitatiuus ciuitatis Eſii, habens. L. florenos in bonis, quolibet anno teneatur & debeat plantare duos plantones oliuarũ. Vltra uero quantitatem prædictam poſſidens, quattuor oliuarum plantones anno quolibet plantare debeat, uſq; ad centum plantas, & illas ut fructum faciant congrue laborare. Siquis autem id facere omiſerit. V. ſol. pœna pro quolibet omiſſo plantone damnetur. Et de prædictis quolibet anno ſemel de menſe Maii debeat per officialem damnorum datorum inquiri, pœna eidem officiali. xx. lib. ſi de prædictis inquirere non curabit. Quod ſtatutum in quolibet conſilio generali, pro publica utilitate legi mandamus, pœna. x. lib. Cancellario, illud ut ſupra legere omittenti. Volentes quod quilibet Poteſtas in principio ſui officii, continentiam dicti ſtatuti publice banniri faciat, pœna. x. lib. de ſuo ſalario tempore ſyndicatus auferenda, ſi dictum bannum per loca publica ciuitatis & comitatus emanari non fecerit.

¶ De fœno & paleis in domibus ubi habitatur non reponendis. Rub. LXVIII.

CVm publice interſit ciuitatem & caſtra ab incendiorum periculis defenſare. Iccirco præſenti ſtatuto mandamus, q; nullus tam ciuis q̃ forenſis audeat uel pręſumat fœnum aut paleas in domos quæ per homines habitantur reponere ſeu reponi facere uel tenere, pœna. xx. ſol. cuilibet contrafacienti. Et nihilominus dictum fœnum ſeu paleas de dictis domibus habitatis per officium poteſtatis amouere cogatur. Liceat tamen impune unius ſalmæ fœni uel palearũ pro neceſſitatibus arbitrio poteſtatis in domibus habitatis reponere, uel tenere. Prædicta tamen in publicis albergatoribus locũ habere nõ uolumus. Et omni anno tempore quo fœnum ſeu palcę reponuntur, poteſtas qui pro tẽpore fuerit ex uinculo iuramenti, teneatur banniri facere tam per loca publica ciuitatis, q̃ comitatum continẽtiam dicti ſtatuti, & pœna. x. lib. deñ. ſi negligens fuerit in prędictis.

¶ De muris reficiendis. Rub. LXIX.

STatuimus & ordinamus, q; quilibet poteſtas ciuitatis Eſii, qui pro tempore fuerit ſui regiminis tempore, ſemeſtre quolibet teneatur & debeat fabricari facere ſeu reſarciri. x. cãnas muri in locis & muris dictæ ciuitatis debilibus, ubi maior debilitas, ſeu maius ciuitati periculũ imineret, ad quod ordinandũ, ipſe Poteſtas utranq; credentiam ſpecialiter faciat conuocare, ac operam efficacẽ dare, ita & taliter q; dictę. x. muri cãnæ, ſuo regiminis tempore fabricentẽ. Quod ſi negligens fuerit in prædictis in. x. ducatorũ pœna mulctẽt.

¶ De præſcriptione temporum. Rub. LXX.

STatuimus & ordinamus, q; quicunq; poſſederit titulo donationis uel emptionis, uel alio iuſto titulo ad præſcribendum uel uſucapiendum acto publice &

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

palam rem aliquam mobilem uel īmobilem ſine contradictione per ſpacium.x.annorum inter preſentes,&.xx.inter abſentes,dūmodo non habuerit iuſtam cauſam abſentiæ, ꝙ de ipſa poſſeſſione non poſſit inquietari,nec moleſtari ab aliquo aliqua occaſione, modo uel cauſa, dūmodo hoc ſtatutum non præiudicet minoribus quattuordecim annorum nec in dotibus mulierum.

¶De præſcriptionibus actionum. Rub. LXXI.

STatuimus & ordinamus,ꝙ inſtrumenta,iura aut actiones non præſcribantur, niſi ſpacio a iure ſtatuto,ꝙ ad interrumpendum dictam præſcriptionem ſufficiat ſola citatio perſonaliter facta,uel bannum datum ad domum uel in perſonam.Et prædicta locum habeant in præſentibus, præteritis & futuris, dūmodo prędictum ſtatutum non præiudicet, uiduis, & pupillis,ac miſerabilibus perſonis quibus nullo modo aliqua præſcriptione præiudicari uolumus.

¶Quod res pignoratæ iudæis non poſſint repeti a dominis eorum ſine ſolutione debiti earū licet ipſi pignorauerit,& pro quanto mutuare debeant. Rub. LXXII.

STatuimus & ordinamus,ꝙ ſi aliqua res fuerit ſubpignorata alicui iudæo per quācūqꝫ perſonam & in libris iudęorum reperiretur ꝙ dicta res fuerit pignorata, & domus in qua ſubpignorata fuit & nomen ſubpignorantis & eius patris. Et appareret poſtea ꝙ talis res ſubpignorata non pertinebat ad ſubpignorantem, ſed ad alium, iſta talis res non poſſit a iudęo repeti per eum ad quem pertinet uel pertinebat, niſi ſatisfactum de prima ſorte & non de uſuris ſit iudeo,de eo quod habere debet ſuper tali re ſubpignorata, & repetens aliter non audiatur, licet ille ad quem pertinet talis res dixerit ſine uoluntate ſua ſubpignoratam fuiſſe,niſi ab uxoribus & filiisfamilias,quibus non licet dictis hebręis mutuare. Habeat tamen regreſſum dominus rei ſubpignoratæ contra talem ſubpignorantem ad omne ſuum damnum & intereſſe.Et prędicta locum habeant niſi manifeſte probaretur per dominum rei uel eum ad quem talis res pertinebat doloſe dictam rem ſubpignore a iudęo fuiſſe acceptam.Et hoc ſtatutum deinceps uendicet ſibi locum derogantes per hoc omni alii ſtatuto & iuris diſpoſitioni in contrarium loquentibus. ¶Inſuper ſtatuimus & ordinamus,ꝙ ſi panni iudeo ſubpignorati,tinea uel muribus demolirentur,uel res alie eidem ſubpignorate modo aliquo deuaſtarentur aut deteriorarentur, iudæus ipſe per iudicem compellatur ad inſtantiam eius cuius intereſt,dānum & intereſſe ei, ad quem pertinet,integraliter reſarcire. ¶Inſuper ſtatuimus & ordinamus, ꝙ nullus iudeus poſſit accipere ultra ſex deñ. paruos pro libra pro quolibet menſe, non obſtante pacto ſeu conuentione habita per iudęos cum eorum debitoribus contra pręſens ſtatutum. Nec poſſit prouiſioni preſentis ſtatuti renunciari.Et ſi renunciaretur renunciatio non ualeat ipſo iure. ¶Et hæc ultima pars præſentis ſtatuti uendicet ſibi locum in caſu, in quo mutuarentur per iudæum.xx.ſol.deñ.paruorū,uel abinde ſupra,& nō cum a.xx.ſol. infra mutuarentur.Et ſi aliquis contrafecerit in prædictis,puniatur in.xxv. lib.deñ.paruorum.

¶Quod omnes officiales cōmunis Eſii teneantur obſeruare ſtatuta ſcripta in pręſenti uolumine ſtatutorum. Rub. LXXIII.

STatuimus & ordinamus, ꝙ poteſtas ciuitatis Eſii,iudex eius omneſqꝫ alii dictæ ciuitatis officiales teneantur & debeant obſeruare ſtatuta ſcripta in præſenti uolumine ſtatutorum.



ſtatutorum.Et ubi ſtatutum non loqueretur debeant iudicare de ſimilibus ad ſimilia.Et ſi ſimilia non reperirentur,tunc debeant iudicare ſecundum laudabilem conſuetudinem ciuitatis prædictæ.Et ubi laudabilis conſuetudo non reperiretur,procedant ſecundum ſacras conſtitutiones prouinciæ Marchiæ.Et ubi conſtitutiones non loquerentur, procedatur ſecundum diſpoſitionem iuris canonici.Et ubi iura canonica non loquuntur, tunc eo caſu ſecundum iura ciuilia procedatur,omnibus aliis prouiſionibus & ſtatutis retro habitis caſſis,& nullius efficacię exiſtentibus uel ualoris.

¶Quomodo fiat inuentarium & cum quibus ſolennitatibus. Rub. LXXIIII.

HAc edictali lege in perpetuum ualitura ſancimus, quia ſolennitates a iure traditæ propter defectum & imperitiam aduocatorum,& iuris peritorum hodie in ciuitate Eſii non exiſtentium,quorum conſilio aditiones hæreditatis fieri poſſint,& beneficia inuentarii a iure & lege conceſſa adeuntes hæreditates habere non poſſunt, prouiſum & ordinatum eſt,ꝙ uolens hęreditates adire,& hęres eſſe alicuius,& habere beneficium inuentarii a iure conceſſum,comparere debeat coram poteſtate ciuitatis Eſii, uel eius uicario ſeu locūtenenti,ꝙ ipſe tanq̄ hæres uult adire hęreditatem talis mortui,& petere a ſupradicto domino poteſtate,uel eius iudice ꝙ cōmittat præconi cōmunis Eſii,ꝙ fiat proclama uoce pręconia, ꝙ quicunqꝫ eſt creditor uel legatarius talis defuncti, ſeu ius aliquod prętenderet in hęreditate ipſius,ꝙ infra terminum ſtatutum,coram dicto officiali comparere debeat ad uidendum confectionem inuentarii quod adiens hęreditatem facere uult. Quæ cōmiſſio fiat per dominum poteſtatem prędictum uel eius iudicem. Et ſtatim facta comparitione & declaratione de prędictis,aſſignetur terminus octo dierum per ſupradictum dominum poteſtatem uel eius uicarium ſeu locūtenentem, cuilibet creditori dicti defuncti & ipſius hęreditatis,& legatario ſeu legatariis & cuilibet alteri in hęreditate prędicta prętendenti,ꝙ ueniat ad uidendum confectionem inuentarii,quod talis facere intēdit de hęreditate talis defuncti, & bonis ipſius,nominatis ſemper perſonis tam heredis q̄ defuncti.In quo termino dictorum octo dierum dictus hęres ſeu quicunqꝫ confecerit inuentarium dictum inuentarium conficiat & perficiat,& omnia bona defuncti de cuius hęreditate agitur ponat,tam mobilia q̄ immobilia,q̄ etiam iura & actiones dicti defuncti quę ad ipſius credulitatem peruenerint. Et tale inuentarium ſic confectum ualeat & teneat,& habeat roboris firmitatem. Et ſi dicto modo hęres confecerit inuentarium poſſit ex eo conſequi beneficium inuentarii, iure aliquo in contrarium non obſtante.

¶Quod nullus intret poſſeſſionem alicuius rei immobilis emptę uel uenditæ,ac etiam hęreditatis uel fideicōmiſſariæ alicuius defuncti autoritate propria ſine licentia domini poteſtatis uel eius curiæ. Rub. LXXX.

SAncimus & præſenti ſtatuto firmamus,ꝙ nulli liceat intrare poſſeſſionem alicuius rei imobilis,emptæ uel uenditæ,ac etiam hęreditatis, uel fideicōmiſſarię alicuius defuncti eorum autoritate,niſi primo habita licentia a poteſtate uel eius uicario, in hac forma uidelicet.ꝙ ſi aliquis emerit uel uendiderit quomodocunqꝫ uel qualitercunqꝫ anteq̄ intret poſſeſſionem emptor & uenditor perſonaliter uel per legitimos procuratores comparere debeat coram dictis officialibus uel altero eorum, & ei notificet cum inſtrumento emptoris uel protocollo dictam uenditionē uel emptionē legitime factā. Et ꝙ dictus dñs

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

Poteſtas uel uicarius eius ſine aliquo interuallo temporis, petat ad petitionem emptoris a uenditore uel eius procuratore ſi ſic eſt rei ueritas, & ſi dictus uenditor uel forte eius autor poſſederit dictam rem uenditam pacifice & quiete per duos menſes, & ultra ante uenditionem, & ſi ſic dixerit & confitetur fuiſſe, ſtatim dictus dominus Poteſtas uel eius uicarius, ſine aliqua alia inquiſitione, & ſine aliquo interuallo dare debeat dicto emptori licentiam intrandi tenutam, & poſſeſſionem dictę rei uenditę iure alterius ſemper ſaluo. Et licentia poſſit & debeat concedi quibuſcunq; diebus feriatis & non feriatis, exceptis feriis & feriatis diebus introductis in honorem dei, quę licentia ſcribatur per notarium ad bancum ciuilium cauſarum deputatum, & ſi aliter intraretur, puniatur pœna & pœnis inferius annotatis. ¶ Et ꝙ nullus intret poſſeſſionem alicuius hereditatis uel legati, niſi ſeruetur prius hęc forma. uidelicet. ꝙ hęres uel legatarii principaliter, uel per procuratorem legitimum compareant coram poteſtate uel eius uicario, & petant ſibi concedi licentiam intrandi poſſeſſionem hereditatis uel legati prædictorum. Qui dominus Poteſtas uel uicarius eius ad petitionem legitime petentis, ſtatim cõmittat bannitori cõmunis ꝙ uadat & publice banniat alta uoce, ſono tubæ præmiſſo in palatio cõmunis Eſii, & per loca conſueta dictæ ciuitatis, & ante domum quondam defuncti, uel habitationis ipſius tempore ſuæ mortis, ſi in ciuitate habuerit domicilium. In comitatu uero notificetur per baiulum ad domum defuncti, exprimendo bona legati uel hereditatis per fundos & latera, ꝙ quicunq; uult dictæ licentiæ contradicere uel in dictis bonis & hereditate aliquod ius pręten deret, infra tertiam diem ſubſequẽtem legitime compareat coram dicto domino poteſtate uel uicario, ad oſtendendum de ſuo iure & contradicendum. Et ſi aliqui uenerint contradictores, ꝙ infra menſem proxime ſubſequentem cognoſcatur & termînetur de eorum iuribus. Et ſi nullus comparuerit contradictor elapſo dicto termino trium dierum, concedatur licentia petenti ſecundum formam ſuæ petitionis, iure alterius ſemper ſaluo. ¶ In licentiis fideicõmiſſariis uiſo teſtamento uel protocollo, detur licentia petenti uendendi de bonis teſtatoris ad ſatisfaciendum teſtamentum ſine aliqua ſolennitate ubi non eſſet contradictum. ¶ Et idem modus ſeruetur in inſtrumentis emphitheoticis, quemadmodum ut ſupra in inſtrumentis emptionum & uenditionum in licentiis dandis. ¶ Et ſiquis aliter poſſeſſionem intrauerit ut ſupradictum eſt in omnibus ſupradictis capitulis, condemnetur intrans & apprehendens poſſeſſionem cõmuni Eſii, in. x. lib. deñ. paruorum. Et dictam captionem poſſeſſionis ſit ipſo iure nulla. ¶ A prædictis autem excipiatur auus & auia, pater & mater, quibus ſit licitum intrare poſſeſſionem bonorum filiorum & nepotum a latere patris & matris. Et filii & nepotes quibus liceat intrare poſſeſſionem bonorum patris & matris, aui & auiæ ſine aliqua ſolennitate, & ſine aliqua pœna.

¶ De diſtributione aduocatorum & procuratorum. Rub. LXXVI.

ÆQualitate in omnibus ſeruata iudiciis ſingulis ciuiliter uel criminaliter litigantium partes duobus tantum aduocatis & procuratoribus uolumus eſſe contentas, niſi alia ſuperueniente cauſa ſubuertendi proſecutionem ſeu defenſionem iuris aduerſario melioribus ſuo & famoſioribus aduocatis, & procuratoribus ſentiant. Nam tunc rector ciuitatis teneatur uno ex dictis aduocatis & procuratoribus alteri parti prouidere, non obſtante obligatione aliqua, ſeu pactione aduerſario facta de aduocatione pręſtanda uel procuratione. Et dictis aduocatis conſtituantur ſalaria ab ipſo iudice poteſtatis Eſii, ubi per pactum non eſſet conuentum ſimiliter, & procuratoribus ſecundum facundiam aduocati, & procuratoris fori, & conſuetudinem, ac cauſæ quantitatem. Saluis ſemper aliis ſtatutis Eſinis, de hac materia loquentibus.

¶ Quod



¶ Quod nullus ratione obligationis in aliquo loco niſi ſit noſter ciuis in noſtra iuriſditione ualeat conueniri. Rub. LXXVII.

VT mercatoribus & aliis negotiari uolentibus, ſeu in noſtra ciuitate & diſtrictu habitationem trahere ſine metu obligationis alibi contracte, libere per noſtrũ territorium & diſtrictum licitum ſit morari, ſuiſq; rebus & mercimoniis uti. Prouidimus ꝙ nemo, niſi noſter ciuis uel incola fuerit, occaſione obligationis alicuius quomodocunq; in alia iuriſditione contractæ, poſſit in noſtra iuriſditione ciuiliter uel criminaliter conueniri, nec ſub officialibus noſtri cõmunis compelli modo aliquo reſpondere, niſi expreſſiſſime conuenerit, & ſe obligauerit reſpondere, & ſe pati conueniri in noſtra iuriſditione, ipſamq; obligationem ſpecialiter nominando. Poſſitq; ſecundum formam iuris conueniendo primum alterum de forenſibus uel ciuibus reconueniri, & in cauſa reconuentionis teneatur in ipſius noſtræ iuriſditionis auditorio reſpondere.

¶ Quod iudices & notarii dñi Poteſtatis ueniãt ad bãcũ hora cõpetẽti. Rub. LXXVIII.

COnſuetudinem & morẽ bonarum terrarum ſequẽtes, ut poſſimus hoc ſtatuto prouidemus, ꝙ iudices & notarii Poteſtatis Eſii teneantur & debeant uinculo iuramẽti, & pœna x. lib. pro quolibet confeſſum pulſata campana de ſero ante horas ueſperarũ, & tempore quadrageſimæ de mane poſt finita officia, quã priores populi pulſari faciant de mane & de ſero, ut ſupra, hora competenti, teneantur & debeant omnibus diebus, quibus ipſi debent ſedere ad bancum ſecũdũ formam ſtatuti ire quilibet ad bancum ciuilium & criminalium, & eſſe & ſtare ad dictum bancum uſq; ad pulſationem tertię tempore quadrageſimæ, & de ſero poſt pulſationem campanæ cõmunis, quæ pulſatur pro iure reddendo uſq; ad ueſperas & plus ſi neceſſę fuerit & expedierit ſedere. Teneantur dicti notarii & debeant facere copiam actorum & ſcripturarum omnibus petentibus ad dictum bancũ, & in dictis horis: & ante & poſtea quandocunq; eis petitum fuerit: ſub dicta pœna. Nec excuſentur ꝙ charta eis a petentibus copiam data non fuerit.

¶ Quod in cauſa ciuili nullus audeat opponendo negare filiationem, paternitatem, & matrimonium. Rub. LXXIX.

PRæterea pro cauillationibus remouendis, nullus in iudicio proprio nomine, uel procuratorio, ſeu alterius nomine quocunq; audeat opponendo negare paternitatem, filiationem, ſeu matrimonium alicuius litigantis uel alterius de quo exercendo in iudicio uel agendo mentio aut allegatio fieret, ſeu notariatum, conſanguinitatem, uel affinitate, ꝙ ſi obiiciendo negauerit, & de filiatione, paternitate, matrimonio, & aliis ſupradictis apparebunt per probationem a iure communi traditam, obiiciens pœnam. C. ſol. pro qualibet uice incurrat. Quod locum habere uolumus inter noſtros tantum ſubiectos, & de his qui eſſent uel fuiſſent noſtræ iuriſditioni ſubiecti.

¶ Quod debitor communis non audiatur in aliquo ſuo iure, niſi primo ſatisfecerit cõmuni, nec poſſit exercere aliquod officium ad quod eligeretur. Rub. LXXX.

DEbitor ex quacũq; cauſa uel obligatione, noſtro obligatus cõi, uolẽs agere ſeu ſe defendere in cauſa ciuili, oĩs ſibi claudat̃ ſui iuris executio, & nõ p̃miſſa ſatiſſatione de debito itegrali rectoris ſeu iudicis audiẽtia deneget̃. Nec poſſit aliqđ officiũ publicũ auto

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

ritate & utilitate ad quod eligeret in dicta ciuitate aut territorio exercere, per ſe uel ſubſti tutū, nec quærat tali debitori ex electione ius aliquod. Quod ſtatutū & cōtēta in eo, poteſtas & ſui officiales teneant & debeant ad petitionē cuiuſcūq; petentis executioni mādare, pœna .x. lib. cōmuni applicanda ſi neglīgētes fuerint in obſeruando prædicta.

¶Quod uictus ſeu cōdēnatus ante ſolutionem nō reconueniat actorē. Rub. LXXXI.

CONdemnatus alicui ſeu uictus ante ſolutionem debiti ſeu rei, quibus cōdemnatus eſt, ex confeſſione ſeu probatione non recōueniat actorē qui uicit. Si uero debitor non habuerit unde ſolueret & fideiuſſores de ſoluendo infra terminum ſibi ſtatutum a iudice præſtare non poſſet realiter & perſonaliter uoluntate creditoris ad ſoluendum cogatur, nec ſibi proſit confeſſio ſeu alienatio de ſuis bonis in fraudem creditorum quocunq; titulo obligationis facta, quā exnunc prout extunc effectualiter reuocamus, ſi poſt contractum debitum factam eſſe apparuerit.

¶De ſequeſtratione in iudicio ante ſententiam non facienda. Rub. LXXXII.

SI queſtio aliqua de re īmobili coram iudice mota fuerit anteq̄ ipſa queſtio ſeu lis, per ſententiam diffinitiuam terminetur de fructibus ipſius rei, ex officio alicuius officialis, uel ad petitionem partis alicuius ſequeſtratio fieri non poſſit, & ſi fieret ipſo iure non ualeat, niſi īmineret ſuſpitio dilapidationis aut fugæ. ¶In cauſa uero appellationis ſuper ipſis fructibus iura cōmunia ſeruētur. Et hoc ſi reus ſufficiens & idoneus eſſet. Si uero eſſet inſufficiens fiat ſequeſtratio, & in omnibus cauſis a iure canonico uel ciuili permiſſis.

¶Quod prius conueniatur principalis q̄ fideiuſſor. Rub. LXXXIII.

PRo alio ut fideiuſſor ſeu principalis, ſe ſiquis obligauerit in iudicio uel contractu, non poſſit nec debeat pro ipſo debito in iudicio moleſtari, nec ab aliquo exactiōe fieri, niſi prius principali conuento & bonis ipſius excuſſis. Si uero fideiuſſor coactus, uel nō coactus ſoluerit uel condemnatus extiterit, aut ei lis mota fuerit, cogatur principalis pro quo ſe obligauerit ipſum ab omni dāno & expenſis cōſeruare indēnē, & ſine ſtrepitu & figura iudicii realiter & perſonaliter ad petitionem fideiuſſoris ſeu ſe aliter obligantis per iudicem cogi poſſit, pœna .xxv. lib. deñ. officiali coram quo querimonia poneretur ſi negligens fuerit in prædictis. Sed ſi idem fideiuſſor, ſeu obligans petierit ſe extrahi de fideiuſſione, ſeu obligatione, ſummarie prętermiſſo iuris ordine extrahere compellat, ad quod perſonaliter cogi poſſit, de quo utrum fuerit fideiuſſor, uel ſe pro alio obligauerit, creditoris ſacramento credat. ¶Si quā autem obligationem, uel alienationem de bonis ſuis idē debitor fecerit poſt obligationem ſui fideiuſſoris, uel aliter ſe obligauerit, præſumat in fraudem fideiuſſoris feciſſe prædicta, & ea non ualeant. Fideiuſſor ſeu obligans uſq; ad quantitatem indēnitatis ad ipſa bona alienata regreſſum habeat, ſine ſtrepitu & figura iudicii ueritate cōperta. ¶Nec huic ſtatuto renunciatio facta teneat per ipſos fideiuſſores, uel ſe principaliter pro aliis obligantes. ¶Addentes q; nec procuratores nec aduocati nec aliqui officiales cōmunis Eſii poſſint admitti in fideiuſſores, tam in ciuilibus q̄ in criminalibus, & accepti non obligentur.

¶De pluribus debitoribus & ſe in ſolidum obligantibus. Rub. LXXXIIII.

DEbitoribus pluribus in una obligatione ſe principaliter & inſolidum obligantibus non obſtante ipſa obligatione in ſolidum facta, creditor non poſſit ipſos uel ipſorū

aliquem



aliquem conuenire, niſi pro rata debiti, ſiue alii ſint ſoluendo, ſiue præſentes, ſiue non, ſiue renūciauerint. Nec huic ſtatuto renunciatio facta per ipſos obligatos inſolidum eis præiudicet. Nam renunciationem factam præſentis ſtatuti autoritate uolumus non tenere. ¶In aliis uero contractibus & obligationibus, debitores ſe obligando, ſi ſtatuto ſeu ſtatutis in eorum fauorem facientibus renuncient non interueniente ui uel metu ipſa renunciatio teneat, & habeat iuris effectum.

¶De re communi diuidenda. Rub. LXXXV.

QVoniam nemo in cōmuni debet retineri inuitus. Siquis rem cōmunē mobilē uel imobilem cum alio ſeu aliis habeat, & uolens a cōmunione recedere, ſociū uel ſocios pro re diuidenda uocari fecerit ad iudicium, teneatur iudex ſocium ſeu ſocios ſic uocatos facere, ut rem ipſam diuidant, uel diuidi faciāt expenſis cōmunibus. Diuiſione uero facta, primo partem capiat, qui primo ad iudicium properat. Sed ſi prouocatus uoluerit aliquam pecuniæ quantitatem offerre prouocanti, ut diuidat, teneatur ipſe prouocans capere & diuiſionem facere, uel prouocato referre de ſuo tantūdem pecuniæ, pro diuiſione facienda ſoluendum. Et prædicta locum habeant in maioribus decem & octo annis. Si autem prouocatus eſſet minor decem & octo annis, prouocans uero maior, tunc maior diuidat, & minor prouocatus capiat. Sed ſi minor prouocaret maiorem, tunc ſtet in diſpoſitione iuris canonici uel ciuilis. ¶Cum autem res diuidi cōmode non poſſent, licitum ſit alteri parti rem extimare ſuo arbitrio, quam extimationem ſi altera pars acceptauerit medietatem extimationis ſocio ſuo offerat & rem ſibi retineat, alias ille qui exiſtimauit medietate extimationis data, integram rem habeat. ¶Quod ſi rem eſſe cōmunem negaret, iudex ante omnia ſummarie & de plano cognoſcat an res ſit cōmunis uel non, & ſecundum q; ſibi ex probationibus patuerit procedat.

¶De tenuta portanda ad domum creditoris. Rub. LXXXVI.

BAiuli ſeu exactores, quibus præceptum fuerit uel cōmiſſum dare aliquam tenutam per iudicem cōmunis Eſii, ipſam dent, accipiant, & aſſignent infra tres dies, & ad domum creditoris portare debeant & teneantur, ſi res mobiles acciperet, ad pœnam .V. ſol. ac etiam ſi prædicta non obſeruauerint tandiu detineantur in carcere cōmunis ad petitionem creditoris, quādiu dictam tenutam dederint & aſſignauerint, & .x. ſol. cōmuni pro bāno ſoluant. ¶Si uero debitum pro quo tenuta dari deberet excederet ſummam .xl. ſol. teneatur iudex mittere duos de familia cum baiulis ſi petitum fuerit ad dandum dictam tenutam, pœna .xxv. lib. ut rixę non oriantur. ¶Quod ſi debitum excederet quantitatē .C. ſol. uel in ipſa quantitate de quo infra tres dies tenuta per baiulos data non fuerit a tempore ſolutionis capitum ſol. q; per iudicem mandatum fuerit, teneatur notarius poteſtatis coram quo ſoluta fuerunt capita ſol. ire perſonaliter cum baiulo & creditore, ad dandū dictam tenutam, & ipſam tenutam in ſuis libris ſiue quaternis loquentibus de tenutis ſcribere, pœna & banno .C. ſol. pro quolibet de ſuo ſalario. Nec pro tenuta danda, diſcoperiantur frumenta uel blada, uel extrahatur uinum de uegete, uel accipiantur panni de lecto, nec accipiantur boues aratorii, quādiu de aliis bonis debitoris poſſit dari tenuta ſufficiens pro quantitate debita & expenſis. Si uero queſtio eſſet pro debito cōmunis non capiantur portæ campanæ & caſtra.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

¶Quod ſtetur uſq; ad quantitatem.xx.ſol.quaterno mercatoris & ſacramento ipſius. Rub. LXXXVII.

QVaterno ſeu libro mercatoris retento more mercantili, & diligentium artificum approbati per Priores populi dictæ ciuitatis uſq; ad quantitatem.xx. ſol. ſumma non diuiſa cum ſacramento ipſius mercatoris affirmantis ſibi debitum, ſtari uolumus pro ſufficienti probatione, & plena haberi mandamus.

¶Quod nulla mulier bonæ famæ cogatur intrare palatium cõmunis uel alium locum pro teſtimonio ferendo. Rub. LXXXVIII.

RAtione teſtimonii ferendi in criminali cauſa uel ciuili, uel alia quauis occaſione, excepto delicto,ex quo pœna perſonalis deberet imponi, intrare palatium cõmunis ſiue locum quemcunq; nulla mulier bonæ conditionis & famę,de qua dicto Priorum populi ſtetur,modo aliquo cogi poſſit. Sed ſi pro ipſo teſtimonio uel alio actu iudiciali agendo neceſſe fuerit mulierem cogi ab aliquo officiali iudice uel notario iidem officiales mulierem prædictam uocari faciant in eccleſia ſancti Lucæ ad perhibendum teſtimoniũ uel alium actum de quo agit in præſentia unius mulieris,uel conſanguinei,uel affinis eiuſdem,non tamen intra eccleſiam prædictam iuramentum recipiat, uel alius actus iudiciarius fiat,cum de iure maxime canonico non ualeret,ſed fiat extra eccleſiam,pœna.xxv.lib. iniuncta contrafacienti. Sed ſi citarentur pro aliqua ciuili teneantur comparere ad ſolitum bancum iuris per ſe uel procuratorem.

¶De officio notariorum non officialium. Rub. LXXXIX.

NOtarii qui de contractibus ſeu obligationibus quibuſcunq; ſcribendis & publicandis rogantur,fideliter ſuum exercentes officium,ut omnis tollatur materia queſtionis contractum ſeu obligationem in præſentia contrahentium prius in protocollum per ſcripturam redigant, deinde uocatis teſtibus, contractum uel obligationem uulgariter narratam contrahentes ſeu obligantes ad inuicem ſtipulari faciant & ſeipſos rogari, ipſum quoq; contractum ad petitionem & requiſitionem cuius intereſt & rogantis in publicam formam redigant,& competenti mercede inde recepta,ſecundum formam ſtatutorum,infra octo dierum ſpacium reſtituant pœna.xx.ſol.quam contrahentes poſt requiſitionem,ſi ſalarium publicantis infra ipſum terminum non ſoluerint,incurrant. ¶Sed ſi notarius exercens tabellionatus officium rogatus fuerit de aliqua facienda ſcriptura ſeu requiſitus de aliqua exemplanda, teneatur ipſam publicare, tam ſcribere q̃ exemplare, alias eadem pœna puniatur. Teneanturq; dicti Notarii eorũ baſtardellos & libros in principio factis debitis intitulatis publicare ſub pœna.L. lib. & ad intereſſe partis læſæ. Et ſi aliquis notarius requiſitus recuſauerit recipere rogitum, incidat in pœnam. L. lib. de facto ſoluendarum.

¶De protocollis notariorum mortuorum publicandis aliis notariis committendis. Rub. XC.

CAſus mortis uel alterius impedimenti, ſi in perſona notarii rogati contigerit, nec aliter ſit damnoſus,qui.uidelicet.notarius publicus in ſua ultima uoluntate cõmittendi alteri cui uult legali notario ſuas ſcripturas ſeu rogationes publicandas liberam habeat poteſtatem,ſi uero ab inteſtato deceſſerit ſuper ipſa cõmiſſione nulla diſpoſitione apparente



parente hæres poſſit cõmittere publicãdas, dũmodo in utroq; caſu per reformationẽ concilii generalis, cui cõmiſſum fuerit,cõcedatur autoritas publicandi.Cum autem in aliqua rogatione cõmiſſa inueniret̃ uerbum &c̃. Teneatur ipſam rogationem extendere ſecũdũ ipſam formam quã notarius defunctus conſueuerat in ſuis rogationibus obſeruare, ad cuius ſubrogati notarii requiſitionem infra triduum hęres defuncti omnes & ſingulas rogationes & protocolla ſub pęna.x.lib. ſtudeat aſſignare,quo termino elapſo ſi infra aliud triduum de prędictis aſſignationem non fecerit,pœna.xxv.lib.puniatur,cõtra quẽ denunciatione facta Poteſtas & iudex eius ad eum puniendum procedant. Quod locũ habere uolumus non ſolum in futuris, ſed in omnibus iam cõmiſſis. ¶Addentes q; poteſtas teneatur in primo menſe ſui officii ſub pœna.xxv.lib.de ſuo ſalario auferẽ. mittere pro omnibus & ſingulis notariis ciuitatis & comitatus Eſii q; debeant exhibere eorum libros matrices & protocolla & baſtardellos & infilzas actorum ciuilium intitulatos & publicatos in principio,& ſi aliquis notarius fuerit negligens in dictis intitulationibus & publicationibus faciendis & aliquem ex prædictis libris & ſcripturis non intitulatis nec publicatis exhibet de facto incidat in pœnam.xxv.lib.a quolibet contrafacieñ.per dictum Poteſtatem auferẽ. de facto & cõmuni Eſii applicañ.

¶De ſalariis notariorum pro inſtrumentis teſtamentis publicis & aliis ſcripturis. Rub. XCI.

STatuimus & ordinamus ad obuiandum prauis uoluntatibus notariorũ,q; dicti notarii non poſſint petere nec habere pro eorum ſalariis,niſi ſecundum taxam infraſcriptam ſub pœna.L.lib.pro quolibet & uice qualibet de facto auferẽ.& cõmuni noſtro applicandam; uidelicet. Pro extractione inſtrumenti in publicam formã reducti & reſtitutione inſtrumenti cuilibet creditori uel aliquod intereſſe habere prætendenti uel prætedentibus ſi eſſent heredes uel eiuſdem litis conſortes cuiuſcunq; generis ſeu ſpeciei contractus non tranſcendentis ſummam.xx.florenorum petere & habere poſſit boñ.x. & non ultra. Abinde ſupra uſq; ad.xl.floreñ.boñ.xxx.& a.xl.floreñ.uſq; ad.lx.boñ.xxx.Abinde uero ſupra floreñ.unum pro quacunq; maxima quantitate & non plus ſub dicta pœna, niſi eſſet inſtrumentum obligationis in forma cameræ,q; pro publicatione & reſtitutione ipſius petere & habere poſſint boñ.lx.& non plus.¶Item pro teſtamentis,codicillis,donationibus cauſa mortis uel alterius cuiuſcunq; ultimę uoluntatis notarii prædicti non poſſint habere nec petere pro eorum & cuiuſlibet ipſorum ſalario & mercede niſi ducatum unum auri pro toto integro teſtamento hęredibus uel hęredi dando & reſtituendo quantacunq; fuerit quantitas.¶Item pro particula teſtamenti legatariis uel aliis in forma publica danda non poſſint aliud petere niſi quantum ſupra in contractibus taxatum particulariter ordinatum eſt.¶Si uero hęreditas eſſet tenuis habere debeat illud ſalarium quod ſupra eſt taxatum pro ſalariis inſtrumentorum,& tenuis intelligatur quæ non excedat ualorem quantitatis centum ducatorum auri.Pro petitione uero & libello ac copia libelli danda reo in totum inter petitionem & copiam petitionis dandam reo duos boñ.¶Item pro copiis quarũcunq; ſententiarum in forma publica redactarum & datarum una cum aliis actis boñ.duos pro qualibet charta,& charta quęlibet ſit & eſſe debeat.L.linearum,& quęlibet linea ſit & eſſe debeat duodecim dictionum.¶Item pro quacunq; ſententia publicata parti habenti intereſſe danda ſine actis boñ.xii.ſi fuerit diffinitiua, ſi uero interlocutoria boñ.vi.¶Item pro litura ſententiæ in totum boñ.duos.¶Inſuper pro inſtrumento in publicam formam redacto parti petenti reſtituendo de rebus emphitheoticis quantacunq; fuerit quantitas parua uel magna Carl.V.¶Item pro publicatione cuiuſlibet inſtrumenti mandati ad lites boñ.vi.

## Qui debeat eſſe tutor pupillarum. Rub. XCII.

PVpillo ſeu pupillæ, cui per patrem ſeu auum paternum in ſua ultima uoluntate tutor non fuit relictus, detur per iudicem ſeu conſtituatur tutrix primo mater, ea renuente auia ſi uiuet, & ſint legitimæ ætatis, bonæ conditionis & famæ ſecundas nuptias non contrahentes. Si uero perſonæ prædictæ tutelam ſubire noluerint, uel non potuerint, proximior coniunctus ſeu conſanguineus pupillæ ſeu pupilli in tutorem detur, dummodo quotiens tutor uel tutrix per iudicem conſtituetur non ualeat, niſi in præſentia trium uel quatuor proximiorum conſanguineorum approbantium idoneitatem, & legalitatem tutoris uel tutricis datio facta fuerit.

## De contractibus & iudiciis per minores agitatis. Rub. XCIII.

VIgintiquinq; annis maſculorum minorum, maiorum tamen.xiiii. annis, mulierum maiorum.xii.annorum, minorum tamen.xxv.ſacramento præſtito non uenire cõtra ratione minoris ætatis ſe obligantium conttactus omnes obligationes, nec non iudicia tam ciuilia q̃ criminalia per eos agitata uel agitanda & omnia alia quæ per ipſos fuerint in conceſſionibus ſeu obligationibus ſolutionibus factis & receptis firma ſint & tãq̃ facta & geſta eſſent a maioribus.xxv.annis rata perpetuo habeantur, nec poſſint prætextu minoris ætatis aduerſus ea uenire reſtitutionem in integrum petere uel alium auxiliũ impetrare, ſed perſonam legitimam habeant in contractibus & iudiciis agendo uel defendendo ciuilibus & criminalibus ut maiores. Dũmodo contractus qui fierent per eos in præſentia & uoluntate duorum ex proximioribus conſanguineis maſculis diſcretis exſtãtibus, illis non exſtantibus, tunc præſentibus duobus affinibus proximioribus & melioribus, & legitimæ ætatis, & in præſentia poteſtatis Eſii uel eius iudicis, alias non obſtante ſacramento poſſint & ualeant, ſi ex ipſis contractibus apparerent leſi iure reſtitutionis in integrum uti ſecundum formam iuris cõmunis.

## De curatore prodigi uel furioſi. Rub. XCIIII.

FVrioſo ſeu dementi cuiuſcunq; ætatis, & prodigo.xxv.annis minori bona olim paterna uel propria diſſipanti, ad petitionem & requiſitionem duorum proximiorum conſanguineorum, unus ex dictis conſanguineis idoneus facultatibus & moribus, per iudicẽ conſtituatur curator, ſine cuius conſenſu, præſentia, & uoluntate nihil poſſit gerere, contrahere, alienare, uel ſe in aliquo obligare. Et ut ad notitiam perueniat ſingulorum ad petitionem curatoris conſtituti cõmiſſione iudicis præcedente bãniat' per terram, ꝙ nullus cum eo contrahat, uel ſibi eum obliget, poſito ꝙ ei non fuerit adminiſtratio interdicta.

## De ratione reddenda a tutoribus & curatoribus. Rub. XCV.

TVtores & curatores quibuſcunq; perſonis conſtituti ad petitionem duorum proximiorum conſanguineorum eorum, quibus tutores & curatores ſunt conſtituti infra menſem, pœna.xxv.lib.requiſiti ſuæ adminiſtrationis teneant' reddere rationẽ. In quorũ rationis redditione, ſi inuenti fuerint ſuſpecti gerendo inutilia, & utilia negligendo, perſonas & res male tractando, bona ſine legitima cauſa minuendo, remoueant' per iudicem, in loco eorũ aliis idoneis legitime conſtitutis. Teneant' etiam prædicti tutores & curatores quolibet anno de menſe Ianuarii reduci facere in ſcriptis in publicam formam introitus & exitus pupilloꝝ, & ipſos introitus & exitus cũ inuentario per eos confecto corã iu-

dice



dice & notario extraordinario poteſtatis de menſe Ianuarii quolibet anno producere teneantur. Qui notarius dictos introitus & exitus cum copia dicti inuentarii in uno libro debeat regiſtrare, ſine alio ſalario & mercede, de quibus inuentario introitibus & exitibus omnibus petentibus copiam facere teneantur, ut ipſorum pupillorũ iura clarius uideri & ſciri poſſint. Et ſi prędicti tutores & curatores uel aliquis eorum inuenti fuerint non bene feciſſe & adminiſtraſſe eorum officium, ſiue dolum & fraudem cõmiſiſſe in adminiſtratione prędicta, & prędictum modum & ordinem ſuperius explicatum cum bona diligentia non feciſſe a dicta tutela uel cura remoueatur, & alius uel alii dentur ſecundum formam ſuperius declaratam. Et ſi prefati tutores & curatores prædicta non fecerint ſeu facere neglexerint, pœnam.x. lib. pro quolibet & uice qualibet ipſo iure incurrant, & nihilominus ad petitionem cuiuſlibet conſanguinei, pupilli uel pupillę, quandocunq; petitum fuerit, prędicta facere teneantur, iniuncta pœna etiam notario ſupradicto lib. x. pro uice qualibet, ſi ad petitionem petentis prędicta ſcribere recuſabit. Et huic ſtatuto perpetuo ualituro, nolumus per deſuetudinem, aut contrariam conſuetudinem derogari, ſed ſemper in ſuo robore inuiolabiliter permanere mandamus.

## De curatore bonis dando. Rub. XCVII.

BOnis alicuius ſine hærede decedentis abſentis, uel alio quocunq; modo uacantibus, ad petitionem creditoris uel creditorum per iudicem conſtituatur legitime curator, in præſentia trium uel quatuor proximiorum conſanguineorum defuncti uel abſentis uel aliter ad ſe defendendum impediti, per ſe uel per alium non comparentis, de cuius uita uel morte, uel alio quocunq; impedimento dubitaretur. Qui curator ſic per iudicem conſtitutus ſatiſdationem præſtet idoneã de ipſis bonis fideliter adminiſtrandis & defendendis, perſonam quoq; habeat legitimam pro ipſis bonis agendo & defendendo in omnibus cauſis ciuilibus. Ita tamen ꝙ ab omni alienatione & diminutione ipſorum bonorum, niſi quatenus neceſſarium fuerit pro ipſis cauſis agendis & defendendis abſtineat cum effectu.

## De contractibus in quibus interueniunt arræ. Rub. XCVIII.

IN uenditione cuiuſcunq; rei mobilis, uel ĩmobilis, ſi aliquid loco arrarum datum fuerit, uenditor præciſe cogatur rem tradere & chartam uenditionis ad ſenſum ſapientis emptoris facere ſe idonee obligando. Et emptor cogi debeat ad precium conuentum integre perſoluendum, iudicii omni ordine prætermiſſo. Quod ſi poſt datas arras uenditor inuentus fuerit non legitimus ad rei defenſionem, ſeu emptionem cogi debeat fideiuſſores idoneos præſtare emptori, pro defenſione rei uenditæ idonea facienda.

## Quod uenditor cogatur poſſeſſionem rei uenditæ emptori dimittere. Rub. XCIX.

REuendita qualicunq; precio eius ſoluto, uel uenditori de precio aliter ſatisfacto aut ex parte emptoris modo aliquo adimpleto contractu, ad petitionem emptoris infra triduum per rectorem uel iudicem de poſſeſſione rei uenditæ, uenditor extunc cogatur tradere rem expeditam & diſgomberatam emptori libere relinquendo omni contradictione ceſſante. In quo ſi rector uel iudex neglexerint, pœna.x. lib. ſit cõmuni afflictus. Et idem intelligatur in quibuſcunq; aliis alienationibus, in quibus traditio ipſa peteretur.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

¶De re mobili publice empta. Rub. C.

QVicunq; rem mobilem uel ſe mouentem emere uoluerit, ferramenta, arma, in-
ſtrumenta, ad opus rurale deputata, ueſtes factas, uel alias quaſcũq; res, ſuppel
lectilia, boues, ſomarios, uel aliquod quodcũq; animal publice, uel palam de die in platea
& mercato cõmunis Eſii, uel alio loco publico in præſentia duorũ teſtiũ notorũ, & a per-
ſona nota emere ſtudeat, alias repetenti dño rei, uel rerũ ipſarũ precio non recepto reſtitue
re teneat'. Si uero ſecũdũ formam prædictam emerit, ſuũ preciũ non amittat, ſed a uendi-
tore exigat, ꝙ ſi uenditor non appareret uel ſoluendo non eſſet a dño rem petente preciũ
emptori reſtituat'. ¶Preterea ſiquis pignus aliquod a ſyndico maſſario, exactore collecta
rũ, uel alio officiali cõmunis Eſii emerit, quandocũq; infra decẽ dies debitori repetenti &
uerũ preciũ emptori prædicto reſtituerit, ipſam rem emptam uel pignus reddere compel
lat'. De quo precio ſi dubium fuerit uenditoris quaterno uel iuramento ſtet'. Elapſo uero
decimo die res ſibi in proprietatem abeat nec aliter reſtituere cogat'. ¶Qui ſyndici, maſſa
rii, exactores, & alii officiales cõmunis prædicti aliqua pignora uendere non poſſint, niſi
prius habita licentia a dño poteſtate uel eius uicario, de cuius licentia conſtet manu unius
notarii, qui rogabit ſe de pignorũ uenditione. Et prædicti poteſtas & uicarius teneant' da
re dictam licentiam, quando expediunt pignora uendi. ¶Sed ſi dicta pignora uenderẽtur
plus eo quod debet ſolui, illud plus reſtituat' illi cuius erat pignus infra tertiam diem poſt
uenditionem, pœna duplici qui uendidit. Ita tamen ꝙ a dictis ſyndicis, maſſariis, exactori
bus, uel aliis officialibus prædictis non poſſit peti ratio dictorum pignorum, niſi durante
eorum officio, uel per unum aut duos menſes poſt finitum eorum officium. Abinde in
antea non poſſint aliqualiter moleſtari occaſione prædicta.

¶Apud quem deponi debeat pecunia ex contractu debita. Rub. CI.

CVm occaſione alicuius obligationis uel contractus pecuniam aliquis uellet ſolue-
re, & ſuus creditor recuſaret recipere, & non haberet ſeu habere non poſſet copiam
ſui, poſſit debitor pecuniam aut rem apud maſſarium, uel aliquem ex notariis bancæ ciui-
lium deponere, dandam & ſoluendam cui debebit' finita queſtione dũmodo ipſa depoſi-
tio fiat cum rogatione notarii, ut ſi dubium fuerit appareat publicum inſtrumẽtum. Maſ-
ſarius ſeu notarius quidem apud quẽ depoſitio facta fuerit, cui reſtituere debeat infra tri-
duum requiſitus reſtituere cogatur, alias depoſitio facta non habeat uigoris effectum.
Saluo ꝙ in defectione capitum ſolidorum præſens ſtatutum non uendicet ſibi locum.

¶Quod filius emancipatus cogatur debitum patris ſoluere ante emancipationis
contractum. Rub. CII.

FIlius emancipatus poſſidens bona ſibi in præmium emancipationis conceſſa debi-
tum ante emancipationem contractum ſoluere teneatur. Si autem ipſe filius uolun
tate patris aliquod contraxerit debitum, etiam ipſe pater non ſolum filius ſit obligatus
ad debitum ipſum reddendum. aliter nec pater pro filio, nec filius pro patre in contracti-
bus ſeu cauſis ciuilibus obligatione aliqua conſtringatur.

¶De naulo & penſione domus & foueæ. Rub. CIII.

DOmũ uel foueã ad penſionẽ ſiquis locauerit, poſſit de rebus miſſis in domũ uel ſo
ueã retinere tãtũ, quod ſufficiat ad ſummã pẽſionis ſibi promiſſæ. Nec liceat extra
here



here aliquid conducenti de domo uel fouea niſi prius penſione ſoluta. Quã ſi ſoluere re-
cuſauerit ad terminũ inter eos ſtatutũ, uel termino non ſtatuto, medietatem in principio
ipſius locationis, & aliam medietatem in medio tẽporis conuẽti, pœnã. xxv. ſol. incurrat.
¶Liceatq; locanti finito tẽpore locationis ſua autoritate res omnes in domũ uel foueam
per conductorem immiſſas extrahere in præſentia duorũ bonorũ uirorũ ſeu teſtium, ne poſ
ſit aliqua rerũ acceptarũ ſuſpitio exoriri de quantitate ibidem reperta. & ius ſummariũ red
datur, non obſtantibus feriis. & inquilinus per duos menſes ante finitũ tempus teneat' re
nunciare locatori & econtra locator inquilino uel conductori ꝙ uolunt diſcedere a con-
ductione & locatione, alias intelligat' tacite facta relocatio & reconductio pro eodẽ pre
cio & tempore, quibus in prima. ¶Et conductorem expellere ſine metu bãni & pœnę, dũ
modo non interueniat aliqua percuſſio ſeu uulnera inferenda per dictum expulſorem. Et
ſolutione non facta in terminis uel termino poſſit dñs claudere ſibi domum, & ipſum cõ
ductorem non permittere habitare, donec penſio ſoluenda ſibi integre data fuerit. ¶Et
ſi inquilinus ſiue conductor prædictus intrauerit dictam domum ſic clauſam per dñm
domus, anteq̃ eidem dño ſoluerit, ſit ei pęna. x. lib. dcñ. pro qualibet uice, dũmodo dñs do
mus primo notificauerit conductori ꝙ ipſe clauſit ei dictam domum occaſione penſio-
nis non ſolutæ. ¶Addentes ꝙ nemini liceat domum uel aliam rem ſibi locatam alteri lo
care irrequiſito dño & contra domini uoluntatem. Quod ſi contrafecerit rei conductæ
ſit ipſo iure priuatus, & nihilominus penſionem totius conuẽti temporis ſoluere teneat'.

¶De pluribus habitantibus in una domo. Rub. CIIII.

SI plures in una domo habitauerint, unus de ſuper, alter de ſubter, neuter eorum alte-
ri damnum tędium inferat uel iniuriam, ſub pœna. xl. ſol. de quo ſtet' ſacramento ac-
cuſantis & conquerentis. Cũ autem aliquis in aliena domo gratis uel precario cũ dño do
mus uel ſine habitauerit, ad petitionem dñi domus, ipſam dimittere & relinquere teneat'
aliquo lapſu tẽporis nõ obſtãte, niſi iuſtũ & uerũ titulũ p̃tẽderet, quo ſe de iure tueri poſſit.

¶De contractu inter dominum & pactualem. Rub. CV.

LIceat domino famulum ſeu pactualem ſuum qui ſe obligauerit ad certum tempus
ſeruiturum, ſi ab eo aufugerit ipſum inuitum ad domum reducere, moderate tamẽ
ex quo accuſatio non audiatur nec contra dominum procedi poſſit ad aliquam pœnam,
nihilominus totum lucrum, quod fecit, domino ſuo reſtituat, & quinq; ſol. pro quolibet
die quo ſe abſentauerit, eius domino reddat, dum tamen dictum lucrum & dicta pœna
non excedat quantitatem, quã dictus dñs ſibi promiſerat, ac etiam dies, quos acceperit, do
mino reficiat. Et ſi dictus famulus non eſſet idoneus ad ſatisfaciendum prædicta & fide-
iuſſorem non dederit de adimplendo prædicta, poſſit per officialem coram quo uertitur
queſtio, dictus famulus incarcerari, donec ſatiſdederit cum fideiuſſione de ſatisfaciendo
prædicta. ¶Si uero inter eos queſtio orta fuerit tam de ſalario & mercede, tam de tempo
re quo ſeruire promiſit ſacramento domini non credatur, niſi poſt annum finitum. Sed
infra annum dominus teneatur per teſtes probare de tempore & ſalario ſoluto, & ſi non
probaretur de conuentione ſalarii, conſtituatur arbitrio iudicantis, conſideratis condi-
tione qualitate & exercitio. ¶Nec aliquis audeat durante tempore conditionis ſeruitii in
ter ipſos habiti ipſum famulum ſeu pactualem recipere, pœna. C. ſol. ſi ſciens contrafe-
cerit. ¶Caueat etiam unuſquiſq; ſeruiens ne inuito domino & ignorante bergullum ſu-
pra ſalmam lignorum cauſa ſui lucri portare, ꝙ ſi contrafecerit tam ipſe q̃ ille qui ber-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

gullum emerit, pœnã.xx.ſol.incurrat. Nec poſſit durante tempore ſeruitii tenere per ſe aliquod animal, pœna.xx.ſol.de qua medietas ſit cõmunis, & alia accuſatoris, de quo etiã ſacramento ſui dñi ſtet. ¶ Famulus uero uel pactualis durante tempore, quo ſeruire tenet, ad nullum obſequiũ reale uel perſonale teneat, nec ad collectam ſoluendã niſi pro apretio rerũ ſuarũ, ſi quas haberet hoc ſemper per ſpecto, ne fraus aliqua fiat, continue cũ dño ſuo maneat ad unã uitam in domo dñi & ad eius ſeruitiũ aſſidue cõmoret. Teneat etiam dñs ſuo ſacramento iurare q nihil fraudis cõmiſit in prędiciũ cõmunis. ¶ Dicimus tamē q nullus retinens famulos poſſit retinere ultra unum famulum ciuem uel comitatiuũ, qui liberet a prædictis obſequiis realibus uel perſonalibus. Et ſi ultra unum famulum ciuem uel comitatiuum retinet, tunc non liberetur a dictis obſequiis niſi unus tantum.

## ¶ Quod nulla mulier debeat ſe maritare ſine licentia infraſcriptarũ perſonarum. Rub. CV.

CONſideṫantes & aduertentes q matrimonia debeant eſſe libera & exempta ab omni uinculo pœnæ, & de iure canonico patris conſenſus ſiue uoluntas nullatenus requiratur, licet in hoc ius ciuile diſcordet, tamen propter fraudes & ſcandala euitanda quæ ſæpe contingere poſſunt, ut prohibeãtur clandeſtina matrimonia. Statuimus & ordinamus, q nulla mulier habens patrem audeat ſe maritare ſine conſenſu patris. Et nullus audeat eam accipere ſine conſenſu & uoluntate patris dictæ mulieris, q ſi ſecus fecerit, tunc puniatur ille accipiens dictam mulierem, in.ccc.lib.deñ. quantumcunq; matrimonium de iure ſubſiſtat. ¶ Sed ſi pater non uiueret ſed fratres carnales, tunc eorum uel maioris partis eorum requiratur conſenſus, q ſi ſecus fieret, tunc accipiens dictam mulierem puniat ſimili modo in.ccc.lib. deñ. & conſenſus dictorum fratrum intelligatur habilis. ſi omnes uel maior pars ipſorum erunt maiores decem & octo annorum, & omnes uel maior pars dictorum maiorum conſentiant, alias non intelligatur eorum conſenſus habilis. Et ideo puniatur accipiens eam in dicta pœna niſi interuenerit conſenſus aliorum propinquorũ, ut infra dicetur. ¶ Si uero unus tantum frater carnalis ſit eius mulieris, & cum eo ſupereſt mater & auia mulieris paterna & materna, tunc conſenſus omnium requiratur. ¶ Sed ſi prædicti frater mater & auia non concordarent inſimul, tunc frater prædictus ſi eſt decē & octo annorum uel maior, & eius ſoror, quæ debet nubere conſentit in uirum, tunc ſufficiat conſenſus fratris ſolius, non obſtante diſſenſu matris & auiæ. Abſq; uero dicto cõſenſu ſiquis eam acceperit, puniat in.cc.lib.deñ. ¶ Si uero eſſet minor decem & octo annorum, dictus frater, qui conſentit tunc ſi cũ eo ſupereſt mater uel auia mulieris, & utraq; conſentiat, tunc ualeat eorum conſenſus. Abſq; uero conſenſu matris uel auiæ, ſiquis eam acceperit, ſimiliter in.cc.lib. puniatur, quando dictus frater eſt minor decem & octo annorum. ¶ Si uero mater uel auia neutra ſupereſt cũ minore prædicto, tunc requiratur conſenſus duorũ proximiorũ conſanguineorũ, ſine quo ſiquis acceperit, puniat in.cc.lib. ¶ Deficiētibus uero fratribus carnalibus ſi ſupereſt mater mulieris, & auia paterna, carũ conſenſus requiratur. Quod ſi non concordarent inſimul, tunc ſufficiat cõſenſus eius, quæ habet conſenſum duorũ conſanguiueorũ proximorũ dictæ mulieris quæ debebit nubere. Quod ſi ſecus quis acciperet, puniatur in.cc.lib.deñ. ¶ Præterea ſi per patrem, matrem, uel auiam fratrem carnalem, uel aliquem proximum conſanguineũ in eorũ ultimis uoluntatibus, filiis uel filiabus, nepti uel pronepti, eſſet relictũ uel diſpoſitum, q non deberet ſe nubere uſq; ad certum tempus, uel ſine aliquorum conſilio uel cõſenſu, tunc nullus ipſas filias neptes uel proneptes audeat uel præſumat in uxorem accipere, nec aliquem cõtractum de matrimonio contrahendo cum eis, uel cũ aliquo alio earũ nomine facere, ſub pœna.cc. lib. ¶ Inſuper deficientibus omnibus ſupradictis.ſ.patre, auo, matre, auia, fratre, uel fratribus carnalibus, tunc requirat conſenſus duorũ proximiorũ conſanguineorũ, ſine quo ſiquis eã acciperet, puniatur in.cc.lib.deñ. Quæ quidem pœnæ in ſupradictis caſibus & infraſcriptis debeant ſolui ſine aliqua remiſſione. ¶ Super quibus omnibus & ſingulis pœnis, poteſtas ciuitatis Eſii non ſolum ex ſuo officio, uerũ etiam ad accuſam uel denunciam, ſiue querelam cuiuſcũq; Eſini ciuis uel comitatiui inquirere teneatur. Et ſi negligens fuerit in prædictis eaſdem pœnas ipſo iure incurrat, quas tēpore ſyndicatus de ſuo ſalario irremiſſibiliter debeant retineri. ¶ Dicimus tamen q ubi non appareret in ſingulis ſupradictis caſibus conſenſus eorum quorũ requirit ad prædicta, & ſupradicti, uel ſupradictæ perſonę quorum conſenſus requirit, ut ſupradictũ eſt, eorũ iuramento coram poteſtate uel eius uicario ſe conſenſiſſe matrimonio, cui eius conſenſus requiritur, niſi aliud appareat de diſſenſu, & tunc præſumatur conſenſus, & non teneat ad pœnam contrahens. ¶ Inſuper dicimus & ordinamus, q ſiquis extiterit tantæ audaciæ q tentauerit aliquam mulierem alteri legitime deſponſatam, durantibus primis ſponſalibus accipere in uxorem, puniat in pœna.cc. lib. ſine aliqua remiſſione pœnę prædictæ. ¶ Addimus inſuper predictis q ſi aliquis prædictorũ quorũ conſenſus requirit in maritatione mulierũ prædictarũ recuſaret dare eius cõnſenſum ad prædicta, ſine iuſta & rationabili cauſa, de quo arbitretur poteſtas, cuius arbitrio & declarationi ſtetur. Et ſi declarabit non eſſe iuſtam & rationabilem cauſam denegandi dictum conſenſum, tunc illius diſſenſus nil operetur, libere fiat ſi eſt de uoluntate dictę mulieris. Sed ſi in patre hoc non habeat locum. Nam ſine eius conſenſu fieri nõ poſſit dummodo ſit perſona honeſta, & bonę uitę & ſane mẽtis. Alias poſſit mulier ſecundũ pręmiſſorum diſpoſitionem. ¶ Sed ſi mulier quę maritari debet eſſet maior decē & octo annorum, & per matrem, uel auiam fratrem uel alios qui deberent eam maritare uel matrimonio conſentire ſteterit quin maritent eam, tunc liceat ſibi ipſi ſe maritare, & dotē habere debeat de bonis patris, ſi ſunt, alias matris uel fratris carnalis iuſ[illegible]ltatem eorum & ſecundum declarationem fiendã per Poteſtatem & Priores qui pro tempore erunt.

## ¶ De inſtrumento dotali facto durante matrimonio. Rub. CVI.

MAtrimonio contracto, & eo durante, ſi uir inſtrumentum aliquod uel obligationem mulieri uel alteri ex parte ipſius fecerit ſuper dotem uel augmentum dotis in fraudem creditorum ſeu fide iuſſorum factum eſſe pręſumatur, niſi aliter uel de ammiſſione primi inſtrumenti uel q ipſi dos in ueritate conſtante matrimonio fuerit ſoluta, uel data marito, & in rebus immobilibus tantum. Quo caſu aduerſus creditores mariti priuilegio dotis uti poſſit. Si uero in rebus mobilibus ſiue pecunia dotem ſiue augmentũ dotis fecerit matrimonio cõſtãte, hoc caſu nullo utatur aduerſus creditorē mariti priuilegio. Niſi publico inſtrumẽto cõſtaret de pmiſſione dotis ante uel tẽpore cõtracti matrimonii.

## ¶ De rę dotali ex uoluntate mulieris alienata. Rub. CVII.

SI quis uoluntate uxoris uel nurus, uel ipſa uxor uel nurus de uoluntate mariti ſeu ſoceri rem dotalem alienauerit uel obligauerit, firma & ſtabilis perſeueret uenditio ſeu obligatio, tam conſtante matrimonio q̃ ſoluto, dummodo interueniat uoluntas & conſenſus duorum proximiorum conſanguineorum talis mulieris alienare uolentis, & iudicis Eſii autoriras & decretum, & hoc tam in preteritis q̃ in futuris uendicet ſibi locum. Duntamen predictę uxor & nurus habeant ętatem legitimam ad contrahendum & conſentiendum ſecundum formam ſtatutorum dictę ciuitatis uel iuris communis, alias eius contractus uel conſenſus non pręiudicet, ſi eſſent lęſę uel deceptę.

¶De filiis & filiabus ſimul remanentibus patre ab inteſtato defuncto. Rub. CIX.

PAtre inteſtato defuncto de bonis ſuis nullatenus diſponente & filiis cum filiabus ſi
mul relictis, fratres teneantur ſorores dotare dote idonea inſpecta qualitate & con
ditione perſonarum & quantitate patrimonii, dote conſtituta cum conſenſu duorum pro
ximiorum conſanguineorum dictæ ſororis ſeu pupillæ in.xii.anno, cum tunc dicatur eſſe
uiripotens iuris præſumptione, hoc tamen an ſit ætatis nubilis arbitrio iudicis relinquen
do. Si autem pater aliquid reliquiſſet pro dote certa uel aliquid ſimpliciter, & iuſſerit eas eſ
ſe contentas, ipſo relicto ſint contentæ, nec ulterius ad bona paterna uel materna tam ip-
ſæ q̄ ſucceſſores earum in utroq; caſu præmiſſo poſſint habere regreſſum. Sed ipſi filii ma
ſculi in bonis patris & matris uniuerſales hęredes exiſtant. Et ſi contigerit aliquem ex di-
ctis fratribus eſſe abſentē dotes per alios fratres conſtitutas, teneant̃ omnino ratificare &
ſtare cōſtitutionibus dotiū factarū per fratres. Et ſi aliqua ipſarū filiarū tēpore mortis pa-
tris eſſet ætatis annorū.xii. infra biēniū fratres ſtudeant maritare, alias ipſa ſe maritare poſ
ſit fratribus etiam ignorantibus & inuitis, quibus neceſſitas immineat ipſas dotare, ut ſu-
perius eſt expreſſum.

¶De ſucceſſione ab inteſtato. Rub. CX.

SI quis ab inteſtato deceſſerit filiis uel filiabus, neptibus ſeu nepotibus ex filio non re
lictis patre uel matre non ſubſiſtentibus, & fratres carnales ſub ſint, ſoli uel filii alte-
rius fratris, in ſtirpem ſuccedant. Si autem remanſerit ſoror, tantum illa ſuccedat, ſi filii uel
filiæ ſororis tantum maſculi ſuccedant. Deinde in antea proximior gradu ſuccedat, quod
locum habere uolumus in præteritis & futuris.

¶Quod filiæ dotatæ ſtent cōtentæ & non poſſint ad bona paterna habere
regreſſum. Rub. CXI.

FIlia ſeu filiæ a patre matre ſiue fratre carnale auo uel auia dote ſibi data ſint contentę.
Nec poſſint patre uel matre auo uel auia defuncto fratre uel fratribus ſeu eorum li-
beris uiuentibus ad bona paterna uel materna aui uel auiæ ipſę filiæ uel ſucceſſores earum
habere regreſſum uel aliquid petere occaſione hereditatis alicuius dictarum perſonarum
uel alia quacunq; cauſa ſiue renunciauerit, ſiue non. Si autem quis relictis pluribus filia-
bus uel nepotibus, tamen quilibet in uirili ſeu æqualitate ſuccedat. Sed ſi ex ipſis aliquæ
fuerunt nuptæ, tantum minus accipiant quantum fuerit quantitas ſuæ dotis. Cæterum ſi
pater uel mater auus uel auia ipſis filiabus uel nepotibus nuptis aliquid reliquerit ultra
dotem, ultra petere non poſſit occaſione legitimæ uel alia quacunq; cauſa uiuentibus fra-
tribus maſculis paternis uel eorum liberis. Quibus fratribus deficientibus poſt aditam
hereditatem ſine filiis maſculis cum filiabus tamen fœminis ipſæ filiæ uel ſucceſſores, ea-
rum reintegrentur ad ſucceſſionem bonorum olim earum patris uel aui in ſtirpem non
in capita, adhoc ut filiæ fœminæ & earum deſcendentes non ſint deterioris conditionis
q̄ neptes conferendo tamen dotes.

¶De mulieribus ad ſecundas nuptias trāſeūtibus, uel luxurioſe uiuētibus. Rub. CXII.

SI qua mulier poſt mortem uiri in adminiſtratione filioꝝ remāſerit, deinde ad ſm
matrimoniū trāſiuerit maiori dote cōſtituta ſeu data ſecūdo uiro, q̄ primus habuerit,
niſi legitime ꝓbauerit id qđ ſupra dotē primi uiri dederit uel ꝓmiſerit ſecūdo uiro aliūde ſi
bi aduenıſſe uel habuiſſe plumat̃ de bonis filioꝝ defuncti mariti ipſam habuiſſe, ideoq; ip-
ſis



ſis eius filiis ex defuncto marito ſuſceptis integre reſtituere cogatur. Sed ſi uir uxori ſuæ
uſumfructum ſiue habitationem reliquerit, ipſa ad ſecundas nuptias tranſeunte concubi-
natūq; uel adulteriū cōmittente uel aliter luxurioſe uiuente ipſum uſufructū & habitatio
nem ipſo facto amittat, & autoritate pręſentis ſtatuti cum proprietate reconſolidetur cm
nēq; uſumfructum, & habitationem proprietarius ſine alicuius requiſitione capere ualeat
& tenere. Et ſufficiat probatio decem uel quinq; bonorum de contrata ſeu uicinia illius
mulieris, qui probent dictam mulierem luxuriatam eſſe uel concubinatum cōmiſiſſe per
publicam uocem & famam, cui probationi detur plena fides.

¶De ſucceſſione matris remanentis poſt mortem filiorum. Rub. CXIII.

FOrmam iuris in ſucceſſione matris remanentis poſt mortem filiorum ſuorū hoc ſta
tuto ordinamus, ꝙ ſi aliqua mulier remanerẹt poſt mortem uiri ſui cum filio uel filia,
filiis uel filiabus ſuis & dicti ſui uiri & ipſis filiis uel filiabus uel aliquo ſeu aliqua ipſorum
uel ipſarum decedentibus uel decedenti in pupillari ætate pro legitima trebellianica falci-
dia & debito iure naturæ, quæ ſibi obuenirent de bonis dictorū filiorū ſeu filiarū ſic dece-
dentiū quartam partem dictorū bonorū tantū ſeu pupillarū uel pupillæ mortuæ autori-
tate præſentis ſtatuti mater petere & habere debeat. Idem dicimus de filio maiore.xiiii.an
nis inteſtato decedente ſine filiis. Ab aliis uero tribus partibus dicimus ipſam matrem pe
nitus eſſe excluſam, ſi ſuperſunt conſanguinei infraſcripti. Si autem dictis pupillis ſiue ma
iore ut ſupra inteſtatis ſine filiis decedentibus ſeu pupillo uel pupillæ ſuperuiuente aliquo
conſanguineo ſeu conſanguineis ipſorum pupillorum ſeu pupilli uel pupillæ uel maioris
prædicti ex parte patris uſq; ad tertium gradum ipſos conſanguineos ſeu conſanguineū
ipſorū pupillorū ſeu pupillarū ſiue maioris præfati in omnibus aliis bonis reſiduis ipſorū
pupillorū uel pupillarū uel maiorū præfatorū ſuccedere uolumus omni modo. Ita tamen
ꝙ dictorū conſanguineorū Prior in gradu pręferat̃ aliis qui ſunt inferioris gradus. Si ue-
ro dicti conſanguinei in dicto tertio gradu dictis pupillis ſiue maioribus attinentibus nō
inuenirent̃ ſeu non haberent̃ matres ipſorū pupillorū ſuccedere uolumus in omnibus bo
nis dicti pupilli uel pupillarū ſeu quorūuis maiorū ſine teſtamēto uel ſine filiis decedētiū.

¶De dotibus reſtituendis. Rub. CXIIII.

STatutum & ordinatum eſt, ꝙ dotes reſtituantur in hac forma. uidelicet. ꝙ copulato
matrimonio & dotibus datis, ſi uir deceſſerit uxore ſuperuiuente, dotes integre re-
ſtituantur per mariti hęredes ſtatim, ſi dos eſt in rebus imobilibus, fructus tamen diuidā-
tur pro rata temporis quo durauerit matrimonium inter eos, deductis de fructibus ex-
penſis factis eodem anno occaſione dictorum fructuum. Et ſi in pecunia uel in rebus mo
bilibus, teneantur ſtatim elapſo anno reſtituere. Et teneantur hęredes alimenta præſtare
mulieri. uidelicet. decem lib. pro quolibet centenario dotis, dūmodo non traſcendant quā
titatem.lx.lib quolibet anno, donec dos fuerit mulieri reſtituta. Et ſi hęredes uiri ſint cō-
munes filii, ſiue alii filii, ſiue extranei hęredes teneantur dictæ mulieri præſtare alimenta,
ut ſupra dictum eſt, etiam ſi mulier noluerit ſtare cum hęredibus in eadem domo. Nec te
neatur mulier ſe exercitare in utilitatem dictorum hęredum. Liceat tamen heredibus ma
riti retinere expenſas factas in rebus dotalibus, & debita pro ea ſoluta. Et in quocunq; ca-
ſu matrimonium diſſoluat̃ debens reſtituere dotem non poſſit grauari infra annū ſi dos
fuerit in pecunia ad reſtituēdum dotem. ¶Si uero uxor deceſſerit uiro ſuperuiuēte & ex
eis filii uel filiæ, unus uel plures remanſerint, dotes integræ remaneant apud uirū nomine
filii uel filiorum. ¶Hoc addito ꝙ ſi mulier decederet cum filiis primi matrimonii &

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

ſine filiis ſecundi matrimonii, maritus ſuccedat una cum filiis prioris matrimonii maſcu-
lis in uirili, idem ſi ſolæ fœminæ remanſiſſent. Et ſi uxor deceſſerit ante mortem uiri non
remanentibus filiis, dotes reſtituātur in hac forma. uidelicet. ꝙ tertia pars omnium rerum
datarum in dotem, ſiue ſint mobiles, ſiue ĩmobiles, ſiue ſe mouentes, ſiue ſint extimatæ, ſi-
ue non, remaneant penes uirum nomine filiorum. ¶ Exceptis lectis & omnibus rebus ad
lectos pertinentibus, pannis lineis, toballeis, guardanappis, uelis lineis uel ſericeis & bam-
bacinis, & iocalibus defunctæ mulieris. Quæ omnia ſic expreſſa penes uirum pro dimi-
dia parte remanere mandamus, non obſtantibus promiſſionibus quibuſcunq; factis in
contrarium, & aliquo ſtatuto in contrarium loquente. ¶ Extimationes uero rerum & poſ
ſeſſionum in tempore nuptiarum & ante & poſtea prout erit de partium uoluntate fiant
in hac forma. uidelicet. ꝙ tempore extimationis eligantur duo boni homines, quoꝝ unus
ſit pro parte dantis, & alius pro parte accipientis, qui exſtiment res, & apprecient omnes
res mobiles, & immobiles, ſi exſtimandæ & appreciandæ erunt, de partium uoluntate, ad
quod ipſi crediderunt conuenire, conſiderato tempore, qualitate, & quantitate dictarum
perſonarum & rerum. Et ſecundum extimationem factam per ipſos cōmunes amicos ſic
poſitos, dans uel ille ad quem peruenerit recipiat cautionem plenariam de dictis dotibus,
& ſub forma prædicti ſtatuti ab accipiente res prædictas. Et prædictum ſtatutum locum
habeat in præſentibus & futuris. ¶ Hoc addito, ꝙ in petitione dotis capita ſol. non ſol-
uantur. ¶ Addentes prædictis, ꝙ heredes defuncti mariti teneantur mulierem ſic uiduam
remanentem ueſtire ueſtibus uidualibus & lugubribus, ſecundum patrimonii uiri præde-
functi facultatem illico uiro defuncto. Et ꝙ expenſæ ſepulturæ funeris mulieris ad ipſius
heredes uolumus pertinere. Et hoc ſtatutum ſit præciſum, & locum habeat quando ma-
ritus eſſet ciuis, uel diſtrictualis, uel continuus habitator cum ſua familia in ciuitate Eſii,
uel eius diſtrictu.

¶ De citationibus factis pro modica re. Rub. CXV.

ITem ſtatuimus & ordinamus, ꝙ ſi aliquis in quantitatibus uel iure fecerit citari ali-
quem ciuem uel habitatorem in ciuitate Eſii, die præcedenti pro die ſequenti ante ter-
tias, tunc ſi reus fuerit citatus in perſona & in termino citationis prædictæ non comparue
rit, & quantitas quæ petitur erit. C. ſol. uel infra, uel eius extimationis, ſi petitur res uel fa-
ctum, poſſit pronunciari reus contumax, & contra eum procedi tanq̃ contra contuma-
cem. Sed ſi fuerit citatus ad domum eius ſolitæ habitationis, pro ſupradicta quantitate,
uel re, tunc expectetur uſq; ad ueſperas, & tunc ſi non comparuerit, reus poſſit pronuncia
ri contumax, alias pro maiori quantitate reus prædictus citatus domi, citetur iterũ, prout
in alio ſtatuto continetur. ¶ Addimus etiam huic ſtatuto, ꝙ uictus uictori tam in cauſis
ciuilibus q̃ in criminalibus teneatur reficere omnes expenſas quas ſubſtinuerit uictor in
dicta cauſa, & etiam reficere operas ſuæ perſonæ, ſiquas perdiderit, & operas teſtium, & ex
penſas examinantis, ſiue ſit conuictus per contumaciam, ſiue per teſtes, ſiue per iuramen-
tum, ſiue alio quouis modo dictæ expenſæ taxentur per iudicem, & operæ extiment' etiã
per iudicem ſuo arbitrio conſiderata quantitate tempore & perſona. Et dictæ expenſę re-
ficiantur poſt finitam cauſam. Habeat etiam conſiderare iudex, an reus habuerit iuſtam
cauſam litigandi. Nam ſi uidebitur iudici uictum habuiſſe iuſtam cauſam litigandi, tunc
non taxet expenſas reficiendas uictori. Si autem uictum cauſam iniuſtam uidebitur ha-
buiſſe, extunc expenſas reficiendas per iudicem taxari iubemus.

¶ De



¶ De executione priuatæ ſcripturæ. Rub. CXVI.

SCriptura priuata quã ſcriptam fuiſſe manu propria debitoris conſtiterit iudici per cō
feſſionem rei, ſiue debitoris, aut per duos teſtes idoneos de uiſu, aut per comperatio-
nem literarum factam iuxta infraſcriptam formam ualeat & teneat, & ad plenam proba-
tionem ſufficiat, ſicut publicum inſtrumentum ſolennitatibus & ſubſtantialitatibus iu-
ris uallatum, & obſeruetur & executioni mandetur per Poteſtatem ſeu iudicem ciuitatis
Eſii, ad petitionem creditoris ſeu actoris hiiſdem modis & formis per omnia & in quoli-
bet caſu, ſicut publicum inſtrumentum ut plene cautum eſt ſupra, ſub Rub. De executio
ne publici inſtrumenti, non obſtante ꝙ in charta papyri, uel etiam in charta raſa ſcripta eſ
ſet, & non obſtante ꝙ teſtes ſcripti, uel non ſcripti continerentur in ea, uel etiam ꝙ defice-
ret locus factæ ſcripturæ, aut etiã in dictione, duntamen talis ſcriptura priuata de qua di-
ctum eſt, contineat ſaltem, annum, menſem, & diem, celebrari facti & initi actus in ipſa ſcri
ptura comprehenſi, & contrahentium perſonas, & duntamen aliquis intellectus ex defe-
ctu & forma ipſius ſcripturæ appareat & comprehendi poſſit alicuius promiſſionis, uel
confeſſionis, uel ſolutionis, aut liberationis, aut obligationis ſiue pacti uel conuentionis,
aut numerationis, uel alterius cuiuſlibet probabilis actus. Præterquã actus donationis in
ter uiuos uel cauſa mortis, & teſtamenti, & codicilli, & actus cuiuſlibet ultimæ uoluntatis
obligationis & dedicationis bonorum uel perſonę alicuius, aut conuerſionis. In quibus
proxime numeratis, & exceptuatis caſibus præſens ſtatutum locum uolumus non habe-
re, ſed in eis & eorum quolibet remaneat talis priuata ſcriptura in diſpoſitione robore &
effectu iuris cōmunis. In aliis autem caſibus non exceptuatis, ualeat & effectum habeat
ſupradictum. Dũmodo exceptiones obſtantes contra executionem publici inſtrumenti
per formam ſtatuti ſupratoſiti ſub Rub. De executione publicorum inſtrumentorum ob
ſtent, & obſtare & impedire poſſint & debeant ipſæ & quælibet ipſarum enumeratæ in ſu-
pradicto ſtatuto. de executione publici inſtrumenti, non minus contra executionem pri-
uatæ ſcripturæ, q̃ contra ipſum publicum inſtrumentum, & eiſdem modis & formis atq;
temporibus proponi debeant & probari, quæ ut dictum eſt non propoſitæ & non proba
tæ obſtare non ualeant, nec executionem ipſius priuatæ ſcripturę iam dictę impedire poſ
ſint uel in aliquo retardare. ¶ Declaramus tamẽ ꝙ priuatæ ſcripturæ producendę per quẽ
cunq; iudæum, quę dicerentur ſcripta manu propria alicuius chriſtiani & quæ contineret
alicuius chriſtiani obligationem uel debitum nulla penitus detur fides nec ipſa modo ali-
quo executioni mandetur. Et ſi mandaretur, uel aliquid fieret ſuper ipſis ad petitionem iu
dæi uel ſui procuratoris nuncii aut ceſſionarii, & non ualeat ullo modo uel iure, & officia-
lis ſuper eis contra hęc non procedat, nec procedi permittat, pœna. L. lib. de ſuo ſalario no
ſtro cōmuni Eſino applicandaꝝ, & nihilominus actus cōtra prædicta facti ipſo iure non
ualeant. Et ſi ſtatuta ſeu capitula in futurum aliqua contra ſupradictam prouiſionem con
tingat fieri, illa omnino uolumus non ualere, nec huic ſtatuto modo aliquo renunciari
poſſe, & ſi renunciatum fuerit renunciatio talis penitus euaneſcat. mandantes inſuper iu-
dæorum libris, eo maxime quia ſunt infames, fidem aliquam minime adhibendam. ¶ Cō-
perationem autem litterarum faciendam ad probationem dictæ priuatæ ſcripturæ, nec
non ad declarationem cuiuſlibet dubii occurrentis de aliqua ſcriptura publica uel priua-
ta, de qua dubitaretur uel contentio aut contradictio foret an ſcripta fuerit manu alicuius
uel non fuerit, Volumus & celebrari declaramus non aliter q̃ modo inferius annotato. ui
delicet. Poteſtas ſeu eius uicarius ciuitatis Eſii ad petitionem eius qui uel quæ ſcripturam
in dubium reuocatam produxerit, aut ipſa uſus fuerit uel uti uoluerit in iudicio uel extra,
ex ſpeciali ſua cōmiſſione per aliquem ex baiulis uel nunciis noſtri cōmunis citari faciat, &
requiri principales perſonas inter quas dubium, contentio, uel contradictio eſſet de tali



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМ. І.І. МЕЧНИКОВА

ſcriptura,necnon priorem notariorum ciuitatis Eſii,cum quinq; ex eis de matricula ipſorum notariorum de prudentioribus & magis ſcientibus & expertis,de quibus uiſum fuerit ipſi iudici,ꝙ comparcant coram eo ad iurandum & ueritatem dicendum iuxta eorum diſcretionem ſuper his,de quibus petiti fuerint ab eodem ſuper tali dubio ſeu contentione exorta,eoſq; ad comparendum compellat.Quibus comparentibus illam ſcripturam, ſuper qua uertitur dubium,in præſentia alicuius notarii bancæ ciuilium diligenter exhibeat & aſſignet una cum aliis ſcripturis ,uel ſcriptura ſcriptis uel ſcripta manu eiuſdem, qui dicebatur ſcripſiſſe dictam ſcripturam in dubio reuocatam, & eis mandet, ac eos in præſentia principalium iurare faciat corporaliter ad ſancta dei euangelia, tactis ſcripturis manibus, ꝙ comperationem & prouiſionem dictarum ſcripturarum, quam facturi ſunt, diligenter,fideliter,& ſine fraude facient.Quibus iuramentis pręſtitis cogat eoſdem in abſentia principalium ad prouidendum dictas ſcripturas,una cum reliqua ſeu reliquis,& ipſarum comperationem faciendum,ſtatim anteq̃ recedant. Qua prouiſione & comperatione facta ipſe iudex examinet eoſdem ſingulariter & diuiſim quid inuenerint, ſenſerint, & quid credunt de ſcripturis prædictis,an eiuſdem manu ſcriptæ uideantur,uel non. Et dicta & declarationes eorum ſingulariter ſcribi faciat in actis manu dicti notarii bancę, ipſaq; dicta & declarationes publicet partibus præſentibus uel ſaltem citatis, abſq; quolibet alio termino apponendo.Illud autem quod dictum & declaratum fuerit per maiorem partem dictorum ſex,una cum iudice noſtri cõmunis, in prædicta comperatione litterarum uel circa eam,an ſint eiuſdem manu,uel non, uel an ſcripta in dubio reuocata ſit manu eius,cuius per producentem uel utentem dicebatur eſſe,uel non ſit,habeatur,intelligatur,& reputetur pro pleniſſima,certiſſima,& firmiſſima ueritate. Et conuocatis principalibus ex officio,uel ad petitionem alicuius partis pronunciare poſſit & debeat iudex,nõ obſtante defectu alterius ſolennitatis iuris cõmunis, uel maioris probationis & dignitatis,ſiue comperationis litterarum,nulla partium contradictione obſtante. ¶Et ubi dicta declaratio & pronunciatio fuerit affirmata pro ipſa ſcriptura,iudicio uel credulitate maioris partis prædictorum ſimul concordantium, tunc ſtatim ipſo iure & facto ipſa ſcriptura,cui non obſtaret aliqua prædictarum exceptionum oppoſitarum,& approbata, ut ſupra,ſit & eſſe intelligatur legitima & fidedigna,ac etiam executioni mãdanda, ut ſuperius dictum eſt, dũtamen contineat alia ut dictum eſt ſupra. ¶Ecõtra ubi maioris partis prædictorum declaratio fuerit negatiua.uidelicet.ꝙ dictæ ſcripturæ non fuerint, uel non uideantur fuiſſe eiuſdem manu,uel eius manu,cuius dicebatur fuiſſe ſcriptura producta ſeu producenda in dubium reuocata, ſtatim ipſo iure & facto intelligatur & reputetur inefficax & non legitima nec fidedigna,aut executioni mandãda.¶Volumus autem ꝙ de unaquaq; ſcriptura.uidelicet.tam de ea quæ comperatur, q̃ de ea cui fit comperatio, ſtetur & credatur dicto & declarationi prædictorum,uel maioris eorum una cum iudice. Siquidẽ is qui diceretur ſcripſiſſe fuiſſet de Eſio,uel conuerſatus ibidem, nec non ſi cum eis etiam alibi conuerſatus fuerit,de qua conuerſatione ſtetur & credatur iuramento eorũdem, & etiam ſi in præſentia eorum de nouo ſcripſerit aliquam ſcripturam,cui ſeu cum qua poſſit ſeu potuerit comperatio fieri,& facta fuerit. Qua de cauſa, iudex poſſit & debeat talem ſcribentem ſiue ſcriptorem,de cuius ſcriptura dubitaretur,ſi uiueret compellere ad ſcribendum de nouo.Et ſi alibi moraretur eum ad petitionem partis,uel ex officio poſſit ad ſcribendum compellere.Et etiam teneatur & poſſit eum requirere & compellere ad reſpondendum,ſi talis ſcriptura fuit,aut eſt manu ſua ſcripta, uel non. Qui ſi comparere uel reſpondere recuſauerit in termino competenti ſtatuendo per iudicem ipſo facto & iure habeatur pro confeſſo & conuicto.Et talis ſcriptura reputetur ſcripta manu eius propria,ſine alia probatione,& cõtra eum poſſit & debeat executioni mandari. Et nihilominus pro ipſa inobedientia & recuſatione puniatur de facto arbitrio iudicis. ¶Si uero reſponderit

& negauerit,



& negauerit,& fuerit reprobatus per comperationem a prædictis dicto modo factam, aut etiam per teſtes,de facto in.L.lib.deñ.puniatur per iudicem ex officio, licet pars eum noluerit accuſare.Et nihilominus executio ipſius ſcripturæ fiat, & ei fides adhibeatur, ut dictum eſt.¶Executio priuatæ ſcripturæ ſeu probatio eius dicto modo celebrata & facta robur & effectum obtineat pleniſſimæ firmitatis,iure contrario non obſtante. Secus autem facta uel obtenta ipſo iure ſit nulla & nullius ualoris,niſi ipſa priuata ſcriptura foret efficacior & ſolennior q̃ dictum eſt.¶Et prædictum ſtatutum in omnibus ſuis partibus uolumus perpetuo duraturum,expreſſe derogantes quibuſcunq; aliis ſtatutis & ordinamentis in contrarium factis & faciendis.

## ¶De teſte citato ad teſtimonium perhibendum. Rub. CVII.

TEſtis citatus ſecundum formam ſtatuti,& non uenerit in termino ad petitionem eius qui eum citari fecerit,puniatur de facto in quinq; ſol. deñ. & nihilominus cogatur per iudicem opportunis remediis tam pignorationibus q̃ coactionibus & pecuniarum nouarum impoſitionibus preciſe ad comparendum iurandum & teſtimonium perhibendum, ſaluo ſi iuſtam & euidentem cauſam impedimenti uel excuſationis haberet, quæ conſtiterit iudici,quo caſu durante impedimento & cauſa prædicta non cogatur nec puniatur. Et eodem caſu non currat tempus parti per ipſum teſtem probare uolenti, alioquin parti præiudicet & præiudicari poſſit & debeat, niſi ſollicite proceſſerit & procedi fecerit contra ipſum teſtem ad pignorationem & alia grauamina, & proteſtationem fecerit euidentem in actis per ſe non ſtare. Et niſi ſuperſederetur uel tempus prorogaretur de partium uoluntate.

Explicit Liber Secundus.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

# LIBER TERTIVS

## MALEFICIORVM.

QVONIAM ubi maius eſt periculum ibi cautius eſt agendum. Et quia intereſt reipublicę, ne maleficia remaneant impunita, & ne ad malũ temere quiſq̃ proſiliat. Iccirco ſtatutorum tertiam partem hic ſubiungimus, per quam delinquentes pro delictorum diuerſitate diuerſis ſubiiciantur pœnis.

¶De in ius uocando in criminalibus. Rub. I.

FORMATA inquiſitione contra delinquentem accuſatione uel denunciatione producta contra delinquentes iuramento recepto, q̃ denuncians uel accuſans non denunciauerit neq; accuſarit animo calumniæ, ſed pro ueritate tantum, poteſtas ſeu iudex faciat per baiulum cõmunis citari inquiſitum, accuſatum, uel denunciatum, cum cedula in ſcriptis portanda per dictum baiulum, in qua contineant' nomen iudicis, nomen baiuli, cui cõmittit', nomẽ inquiſiti, nomen accuſantis uel denunciantis, nomen accuſati uel denunciati, delictum cõmiſſum, milleſimum, & annus, & menſis, & locus cõmiſſi delicti, & locus unde eſt delinquens, & nomen notarii. In qua cedula terminus ſtatuat' dicto citato, inquiſito, accuſato uel denunciato, ſi ciuis trium dierum, ſi comitatiuus quinq; dierum, ad comparendum coram domino Poteſtate & eius iudice, & ſe excuſandũ a contentis in inquiſitione, accuſatione, uel denunciatione ſecundum formam ſtatuti. Quam cedulam dictus baiulus portet & aſſignet in præſentia unius teſtis fidedigni ſaltem maioris quatuordecim annis dicto citato inquiſito uel denunciato uel accuſato perſonaliter, ſi eũ perſonaliter inuenerit. Alias relinquat eam affixam in hoſtio domus habitationis ipſius uel eius uicinis, de qua quidem citatione, dimiſſione, & aſſignatione dictæ cedulę ſecundum formam ſuperius dictam, ſtetur relationi dicti baiuli, & ſibi credatur tam in prædictis q̃ in omnibus aliis citationibus in criminalibus cauſis per eum mandato dictorum officialium factis. ¶Qui citatus ſi in dicto termino in dicta cedula contento uenerit coram dicto domino Poteſtate uel iudice, & excuſando ſe confeſſus fuerit maleficium in inquiſitione accuſatione uel denunciatione contentum, iudex accipiat fideiuſſorem ab eo de ſoluẽdo condemnationem ex dicto delicto deſcendentem, ſi fideiuſſorem dare poteſt, alias detineatur in carceribus cõmunis, donec ſoluat dictam condemnationem, uel fideiuſſorem det de ſoluendo idoneum & ſtatuat ei terminum octo dierum ad ſui defenſionem faciendam, quam ſi fecerit ad aliquam pœnam non teneat'. ¶Si autem negauerit omnia contẽta in inquiſitione, accuſa, uel denuncia uel partem negauerit & partem confeſſus fuerit, iudex accipiat fideiuſſorem ab eo de ſoluendo ſuam condẽnationẽ ſi dare poteſt, alias detineat' ut ſupra pro delicto contento in dicta inquiſitione, accuſa, uel denunciatione. Et talis excuſatio pro litis conteſtatione habeat', nec alia litis cõteſtatio requirat' ab aliqua partiũ. ¶Et deinde aſſignet' terminus inquiſito, accuſato, uel denunciato, octo dieꝝ, ad omnem eius defenſionem faciendam, & ad probãdũ & opponendũ quicquid uult & poteſt. Qui terminus ſit peremptorius, nec iteret' aliquis terminus, niſi probaret' euidens & iuſtum impedimentũ, cuius occaſione non potuit probare, & probatio non ſufficiat ſi fieret per iuramẽtũ. Quo probato iudex det alium terminũ impedito ſuo arbitrio. Et dictis ter



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

minis & dilationibus tranſactis iudex aperiat proceſſum & publicet. Et ſtatuat terminũ quinq; dierũ partibus ad accipiendum copiam & opponendum contra teſtes, & dicta teſtium atteſtationes eorũdem & totum proceſſum pro ultimo termino & peremptorio. Quibus terminis diſcurſis procedat auditis allegationibus partium in cauſa ad diffinitiuã ſententiam abſoluendo uel condemnando. ℭSi uero prædictus accuſatus, ſiue accuſati denũciati uel inquiſiti de aliquo crimine non comparuerit, ponat in bãno, & exbanniat in ea pœna, qua deberet diffinitiue condemnari. Et in dicto bãno aſſignetur terminus ei quinq; dierũ, in quo computet dies termini. Et ſi infra dictum terminum comparuerit & ſatiſdederit pro modo delicti perinde audiatur, ac ſi contumax non fuiſſet. Et ſi non comparuerit infra dictum terminum habeatur pro confeſſo & conuicto & teſtibus ſuperato quemadmodum ſi confeſſus fuiſſet maleficium, uel probatum fuiſſet legitimis probationibus, & contra eũ poſſit procedi ad diffinitiuã ſententiã ſeu condẽnationem ulterius nõ citato. ℭAddentes q negans tẽpore ſuæ excuſationis maleficiũ uel delictũ ſibi imputatũ ſeu obiectum in proceſſu condemnet in quarto pluri pœnæ ſimpliciter imponendæ per formam ſtatutorum, ut ſicut confitenti confeſſio prodeſt, ita noceat negatiua neganti.

## ℭIn quibus caſibus poſſit procedi per inquiſitionem, accuſationem, uel denunciationem. Rub. II.

STatuimus & ordinamus, q Poteſtas uel eius uicarius, uel alius officialis ciuitatis Eſii, non poſſit procedere ſuper aliquo maleficio cõmiſſo inter infraſcriptas perſonas per inquiſitionem uel denunciationem alicuius perſonę, ſed ſolum per accuſam factã & productam ab offenſo & recipiente iniuriam, utputa de maleficio cõmiſſo inter patrem & filiũ auũ & nepotem auiam & neptem & inter conſanguineos omnes attinentes inter ſe & affines uſq; ad tertium gradũ de iure canonico computandum, ſiue habitẽt in una domo & familia, ſiue diuiſim habitent, ſiue de maleficiis cõmiſſis inter uirum & uxorem ac etiam per inquiſitionem ex officio uel denunciationem mandantes expreſſe inhibemus procedi poſſe ſine accuſatione in ſcriptis porrecta per patrem ſocerum mulieris uel per maritum aut per fratrem carnalem mulieris uel mariti ſuper uel de adulterio fornicatione uel de ſtupro, quod diceretur cõmiſſum cũ muliere, exceptis filiis filiabus & deinceps iniuriãtibus uel offendẽtibus patrem, matrem, auum, auiam & deinceps, maxime in iaciendo manum uel erigendo aduerſus eos uel alterum eorum. In quibus exceptuatis caſibus & quolibet eorum procedi poſſit & debeat, ſicut contra perſonas extraneas delinquentes. Item de uerbis iniurioſis uel ſola motione animi irati per inquiſitionẽ ex officio ſine accuſatione uel denunciatione procedi nullatenus poſſit, niſi quando talia uerba uel motio in eadẽ rixa cũ aliis offenſionibus interuenirent, uel cõmiſſa fuiſſent, in quibus caſibus etiã per inquiſitionẽ procedi poſſit. Et etiam quando talia coram regimine uel officialibus ciuitatis cõmiſſa forent. ℭHoc etiam addito q in ſupradictis omnibus caſibus pro morte, mẽbri debilitatione, cicatrice perpetua remanſura, & ſigno in facie facto remanſuro perpetuo, tã cũ ferro q̃ cũ alio inſtrumento, uel datione ueneni, uel alio potu nociuo, etiã ſi mors inde ſequuta non fuerit. In quibus caſibus & quolibet eorũ, dicti dñs Poteſtas & eius uicarius poſſint & ualeant tam per inquiſitionem q̃ per accuſam & denunciationẽ inquirere ex officio & repertos culpabiles ſecũdũ formã ſtatutorum Eſii punire. ℭAddẽtes q in maleficiis cõmiſſis inter conſanguineos uſq; ad tertiũ gradũ prædictũ ſi producit pax uſq; ad ſentẽtiam condẽnet in dimidiis penis in ſtatuto contentis. Et nihilominus habeat beneficium poſitũ in ſtatuto de beneficio confeſſionis pacis & ſolutionis. ℭPoſſit etiã dictus dñs Poteſtas Eſinus uel eius uicarius contra omnes alios delinquentes & maleficia aliqua uel aliquod cõmittentes, tam ſuo tẽpore q̃ etiam cõmiſſa per unũ annũ ante aduentũ ſuũ, & an-





te principium ſui officii, in ciuitate Eſii & eius territorio & diſtrictu, & de quibuſcunq; maleficiis & delictis, de quibus cognoſcere & punire poteſt, procedere per accuſationem, denunciationem, uel inquiſitionem. ℭSed ſuper crimine homicidii, proditionis, falſitatis, robbariæ, atq; furti poſſit procedere non tantum per accuſationem uel denunciationem, ſed per inquiſitionem, ex ſuo officio, etiam ſi eſſent cõmiſſa per decem annos ante principium ſui officii, & repertos culpabiles punire ſecũdum formam ſtatutorum ciuitatis Eſii. ℭHuic etiam ſanctioni addimus q proceſſus quacunq; uia procederetur ſuper quocũq; maleficio uel delicto fuerit formatus uel impoſterum fiendus & formandus in curia uel foro noſtri cõmunis in caſibus per inquiſitionem uel denunciã procedi permiſſis, ualeat & teneat, & plenum ſortiatur effectum, non obſtantibus ſubſtantialibus & ſolẽnitatibus iuris omiſſis, nec forma aliqua prętermiſſa, dũ tamen de delicto ſeu maleficio ſemper conſtet plena & legitima probatione. ℭAddimus etiam q poteſtas ſeu iudex ad petitionem cuiuſlibet necnon ex mero eius officio, mox & eadem die in ciuitate & ſaltem ſequenti in comitatu, qua ſciuerit ei delatum uel relatum fuerit aliquod maleficium uel delictum fore cõmiſſum per aliquem uel aliquos, teneatur & debeat ſe informare de qualitate ipſius delicti, & ſuper eo proceſſum formare infra tres dies in ciuitate, in comitatu uero infra quattuor dies, & ſequenti die cõmittere citationem & relationem fieri facere, ita q ſic appareat in actis. Et nihilominus ſequentibus diebus iterato ad citationem ſi opus eſſet, & ad alios actus opportunos procedat ſub uinculo iuramenti, & pœna .xxv. lib. deñ. poteſtati de ſuo ſalario defalcanda ℭStatuentes inſuper in præmiſſis, q electa una uia poſſit nihilominus rediri ad alteram, etiam accuſatione uel denunciatione porrecta poſſit ſimul & in eodem ſeu ex eodem proceſſu per inquiſitionem procedi in caſibus ſupra permiſſis, & etiam ſententiari cum utrunq; officium tendat ad punitionem delicti, dũtamen ſemel & una pœna puniatur & non ultra. ℭTeneatur etiam ipſe Poteſtas eadem die qua formata fuerit inquiſitio mittere copiam inquiſitionis ad cameram per nuncium cõmunis Eſii, pœna .x. lib. uice qualibet ſi ſecus fiat, de quibus copiis cancellarius dictæ ciuitatis facere debeat unam infilzam, & in unaquaq; copia ſcribere diem præſentationis & nomen nuncii, per quem dictã copia portata fuerit. Quod ſi non fecerit idem cancellarius, ſimili pœna puniri mandamus.

## ℭDe accuſationibus & denunciationibus faciendis & coram quibus & fideiuſſionibus per eos præſtandis, & pœna non probantium eas. Rub. III.

STatuimus inſuper & ordinamus, q quilibet qui accuſare & denunciare uoluerit de aliquo maleficio uel exceſſu aliquam perſonam, teneatur accuſare coram domino poteſtate uel eius uicario ſeu iudice maleficiorum cõmunis Eſii, & teneatur ponere in ipſa accuſatione ſeu denuncia nomen ſuum & cognomen, ac etiam & cognomen accuſati uel denunciati, ſi dicti accuſati uel denunciati fuerint ciues uel diſtrictuales ciuitatis Eſii. Alias ſufficiat ſolum nomen delinquentis, & locum ponere, in quo maleficium fuerit perpetratum ac etiam ipſum maleficium per ordinem exprimere annum & menſem, in quo fuerit cõmiſſum maleficium prædictum, & nomina teſtium. Et ipſam accuſam ſeu denunciam in manu dicti domini Poteſtatis uel ipſius iudicis ponere & porrigere. ℭSecuritatem & fideiuſſorem præſtet ſeu dare teneatur ipſi curiæ de accuſatione uel denunciatione probanda. Et iuret q non animo calumniæ denunciat uel accuſat, ſed pro ueritate tantum. ℭQuod ſi dictam accuſam uel denunciationem non probauerit infra terminum peremptorium a poteſtate uel iudice aſſignatum uel aſſignandum, ipſo facto incurrat pœnam quartę partis eius quantitatis in qua ueniebat puniendus reus, ſi fuiſſet accuſatio uel denuncia contra eum probata. ℭHoc etiam addito q prima citatio fieri debeat expenſis

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

accuſatoris & denunciatoris, non tamen intelligatur de denuntiis ſyndicorum, abinde uero in antea expenſis citati fiant citationes in toto proceſſu. Et ubi plures accuſati fuiſſent ſimul, tunc ſimili modo fiat & obſeruetur ſingulariter reſpectu cuiuſlibet accuſati. Vbi uero pœna imponenda taliter accuſato uel denunciato non pecuniaria ſed corporalis fuiſſet, tunc accuſator uel denunciator in probatione deficiens in.x.ducatis auri condemnet᷑, omni ſtatutorum beneficio ac diminutione ceſſante. Et prædicta non intelligantur in denunciationibus ſyndicorum.

¶De teſtibus in maleficiis admittendis & cogendis uel non. Rub. IIII.

IN criminali cauſa teſtes non poſſunt eſſe parentes pro liberis, & econuerſo, fratres carnales, nec etiã conſobrini, ſi pro fratre dixerint, nec in una & eadem domo uel familia habitantes, nec ſocer uel ſocrus, gener aut nurus, & econuerſo, ſi huiuſmodi perſonæ pro reo uel eius defenſione dixerint, nec etiam alii qui de iure cõmuni a teſtimonio repellunt᷑, præter mulieres bonæ famæ & maiores quatuordecim annis. Quarum teſtimoniũ etiam in criminalibus ualeat, recipiat᷑ & admittat᷑, lege aliqua in contrarium non obſtante. ¶Inſuper teſtes habitantes in ciuitate Eſii uel eius comitatu qui eſſent bonæ conditionis & famæ nullo tormentorum genere pro ferendo teſtimonio terreant᷑. Saluo ꝙ per tres dies tantum in aliquo honeſto loco, uidelicet. maſculos in maiori ſala uel logia palatii, mulieres in eccleſia ſancti Lucæ, poſſit poteſtas & iudex perſonaliter detinere ad teſtimonium perhibendum. Dũtamen mulieres noctis tẽpore, uidelicet, poſt occaſum ſolis nullatenus teneãtur. Nec etiã uiri retineri poſſint nec debeãt de nocte poſtꝗ pulſatum fuerit ad conſuetã laudẽ eccleſiarũ de ſero. Et poſt ipſas horas liceat teſtibus impune recedere, ſi eis fuerit per officiales ſeu regimẽ licẽtia denegata uel nõ cõceſſa. Et officialis cõtrafaciẽs in prædictis & quolibet prædictoꝝ, qualibet uice in.xxv. lib. deñ. cõmuni puniat᷑ de ſuo ſalario.

¶De copia danda & allegationibus banniendis. Rub. V.

STatuimus & ordinamus, ꝙ officialis noſtri cõmunis, in cuius curia procederet᷑ de maleficio uel delicto, ad petitionẽ eius contra quẽ procederet᷑ uel alterius petẽtis pro eo teneat᷑ exhibere cum plena cõmoditate copiã tenorẽ ſcripturas & acta proceſſus formati, uidelicet. de teſtibus & coꝝ dictis poſt publicationẽ tãtum & de aliis quãdocũq;. Et ſi pars rei ad faciendũ fidẽ alicuius preuentionis uellet proceſſum ſcribi & publicari manu notarii maleficiorum, teneatur ipſe notarius ad petitionẽ partis id facere diligenter recipiẽdo competentem mercedẽ pro ſuo labore talis publicationis. ¶Inſuper etiam teneat᷑ & debeat poteſtas ad minus per ſex dies ante ſententias criminales ferendas facere publice bãniri per tubatorẽ in ſcalis palatii & aliis locis publicis dictæ ciuitatis, ꝙ omnes & ſingule perſonę accuſatę denunciatę uel inquiſitę de quocũq; maleficio & exceſſu in curia poteſtatis ſiue iudicis ueniant & cõpareãt infra quintã diẽ tũc proxime ſequuturã, ad allegãdũ & quicquid uolunt & poſſunt monſtrandum & dicendum quare non debeant condẽnari de contentis in proceſſibus contra eos formatis & ad producendum inſtrumẽta pacis, & alia beneficia, ſi qua habent, & peremptorie. Alioquin &c̃. Quę omnia & ſingula in pręſenti ſtatuto contenta teneantur & debeant officiales Eſii obſeruare, & executioni mandare, ſub pœna.xxv.lib.deñ.de ſuo ſalario qualibet uice qua contrafecerint.

¶Qualiter dicta teſtium ſcribantur. Rub. VI.

NOtarius maleficiorum uel etiam ciuilium & quilibet alius notarius de aliqua examinatione teſtiũ rogatus in quacũq; cã ciuili uel criminali aut mixta, teneat᷑ & debeat



beat uinculo iuramenti & pœna.x.lib.deñ.uice qualibet ſcribere & in actis apponere dicta teſtium explicite & extenſe, non apponendo illa uerba dixit uera eſſe, nec illa dixit ut ſupra, & illam clauſulam &c̃. uel aliam ſimilem aut illa uerba, quæ requirant ſubintellectum uel interpretationem aliquoꝝ uerboꝝ, quæ non eſſent expreſſe dicta. Sed potius declarãdo ſic. uidelicet. talis teſtis dixit ſe ſcire de cõtẽtis in inquiſitione uel proceſſu ſeu articulo uel alio capitulo aut petitione ſeu interrogatione, ſuper quo uel qua examinatio fieret, & ſubſequẽter adiicere illa quæ teſtis ſe ſcire dixerit, prout ipſe teſtis protulerit, & non aliter.

¶De ſententiis criminalibus ſingulis menſibus ferendis. Rub. VII.

STatuimus, ꝙ Poteſtas ciuitatis Eſii quolibet menſe ferat condemnationes & ſententias criminales. Et in ſententiis criminalibus ferendis procedat hoc ordine, ꝙ die præcedenti ex ſpeciali cõmiſſione banniri faciat per publicum bãnitorem cõmunis Eſii in ſcalis palatii ciuitatis Eſii & aliis locis publicis & conſuetis dictę ciuitatis, ꝙ omnes de conſilio generali dictæ ciuitatis die ſequenti ad ſonum campanæ uenire debeant ad conſilium in dicto palatio. Et omnes & ſingulæ perſonæ habentes aliquid facere in curia dicti cõmunis, occaſione alicuius maleficii uel exceſſus, contra quas procederetur in dicto termino, in dicto conſilio compareant legitime & peremptorie ad coꝝ criminales ſententias audiendum ſuper dictis proceſſibus. Quę bãnimenta per tubatorem relata redigantur in actis. Et huiuſmodi bãnimentum habeatur & reputetur pro uera & legitima citatione, ac ſi ſolenniter de iure facta fuerit. ¶Deinde in dicto conſilio & termino pręfixo, & ſententias cõdemnatorias & abſolutorias ferat ſecũdũ formam ſtatuti ſupra poſiti, ſub Rub. De iuramento poteſtatis. Et ſententię latę uel datę ualeant, & plenum obtineant iuris effectum ſolennitatę uel forma iuris omiſſis non obſtantibus. ¶Volumus tamen ꝙ Poteſtas ſeu iudex noſtri cõmunis, tam per ſuam, ꝗ per ſui pręceſſoris ſententiam & condemnationẽ de quacunq; perſona occaſione cuiuſcunq; maleficii uel exceſſus factam latam ſiuę datam, in qua per formam noſtroꝝ ſtatutoꝝ & ordinamentoꝝ manifeſtus error eſſet uel appareret in quantitate pœnę, poſſit & debeat licite ipſam condemnationem erroneam corrigere, quo ad quantitatem ipſius, & in executione condẽnationis tantũ ueram & debitã quãtitatem, quę imponẽda fuerat per formã dictoꝝ ſtatutoꝝ exigat & exigere teneat᷑. Superfluũ autẽ ipſo iure uigore pręſentis ſtatuti intelligat᷑ remiſſum, & penitus reſecatũ. ¶Et ſimili modo fiat & obſeruet᷑, ſi pœna uel quãtitas eius fuiſſet minor impoſita. Quod tunc per eũdẽ iudicẽ uel ſucceſſorẽ ad maiorẽ & debitã pœnã poſſit reduci, & ipſo iure intelligatur reducta, nõ obſtãte ꝙ aliter lecta uel lata fuiſſet. ¶Si tamẽ aliquis proceſſus in terminis a ſtatuto pręfixis nõ expediret᷑, uel aliquę cõdẽnationes in executione retardarent᷑, nihilominus firmi & firmę remaneãt, & poſtea expediri & executioni mãdari poſſint. Et dicti termini prorogari poſſint per cõſiliũ dicti cõmunis ex aliqua rationabili cauſa iminenti. Non tñ poſſit Poteſtas uel iudex nec etiã cõſiliũ generale retractare uel quoquo modo diminuere uel mutare aliquã cõdẽnationẽ iam exactã ſolutã uel executioni mãdatã. ¶Et nullus Poteſtas uel iudex poſt finẽ ſui officii dimittat aliquẽ proceſſum pẽdẽtẽ ¶Addentes ꝙ pretor eiuſq; iudex teneant᷑ pœna.L.lib.pro quolibet proceſſu infra tres primos mẽſes ſui officii uti omni diligẽtia, & cognoſcere & expedire omnes & ſingulos proceſſus pẽdẽtes relictos per ſuos in officio pręceſſores per ſentẽtiã diffinitiuã abſolutiuã uel cõdẽnatoriã, & de eis nullã poſſit facere pronũciã de ſuperſedẽdo propter carẽtiã teſtiũ uel abſentiã, aut qualibet alia cauſa, ſub dicta pœna de facto incurrẽda & retinẽda de coꝝ ſalario & cõtra eos modis omnibus exigẽda tẽpore coꝝ ſyndicatus, & ſuos & ſui officii proceſſus teneant᷑ ſub dicta pœna ceptos per duos mẽſes ante finẽ ſui officii proceſſus & accuſas expedire pœna incurrenda eis & retinenda & exigẽda, ut ſupra. Alios uero infra duos men

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

ſes finales proceſſus ceptos terminare, ut ſupra. ¶ Quæ omnia & ſingula in dicto ſtatuto annexa poteſtas ſiue iudex obſeruare & executioni mandare in omnibus & per omnia teneatur uinculo iuramenti & pœna. L. lib. deñ. de ſuo ſalario pro quolibet & uice qualibet.

## ¶ De quæſtionibus & tormentis. Rub. VIII.

QVoniam ſuſcepta tormenta per appellationem recuperari non poſſunt. Iccirco non paſſim fieri ſtatuimus, imo in hiis tantũmodo caſibus & cauſis concedimus. uidelicet. furto, rapina, falſitate, adulterio, ſtupro, inceſtu, ſacrilegio, proditione, homicidio, incendio, interfectione animalis, fractione oſſis & membri, percuſſione cum ſanguinis effuſione, ſeditione, tumultu, rumore nocturno, graui & ſuſpecta infamatione, in quibus cauſis & caſibus tantum, & quolibet ipſorum præcedẽte legitimo inditio ſaltem uno teſte idoneo & omni exceptione maiori, uel per famam publicam pręcedentem, de quibus inditiis legitime conſtet facta de ipſis primo copia cuilibet accuſato, denunciato, uel inquiſito, & data facultate reprobandi & ſe defendendi ab ipſis indiciis, & ſic ordine tali ſeruato, tunc Eſino liceat poteſtati perſonam inculpatam torquere & tormentis ſubdere cum debito moderamine. Ita ꝙ ueritas apparere poſſit, & reatus punitio ſequi. Dũtamen in qualibet tormentatione cuiuſcunq; generis, & contra quãcunq; perſonam ſemper requiratur, & habeatur pręſentia dominoꝝ Conſal. & Prio. noſtri populi, uel ſaltem duorũ ex eis, quibus uel alteri eorũ talis torquendus non attineat infra quartum gradum conſanguinitatis, ꝙ tunc interſint alii non attinentes. Et aliter nullus officialis tormentare poſſit, niſi rector prouinciæ pro ſtatu eccleſiæ aliter mandaret uel ordinaret. Exceptis baiulis noſtræ curiæ, familiaribus officialium qui eſſent in officio & forenſibus perſonis ſuſpectę conditionis & famæ, & exceptis filiis & famulis ad petitionẽ patriſfamilias ſanæ mentis. Qui exceptuati omnes & ſinguli poſſint torqueri prout de officialis cum aliquali rationabili cauſa proceſſerit uoluntate. ¶ Quæ omnia & ſingula præſenti ſtatuto comprehenſa quilibet officialis noſtræ ciuitatis teneatur & debeat obſeruare & executioni mandare. Et ſi contra fecerit uel prætermiſerit pro quolibet & qualibet uice perdat de ſuo ſalario. L. lib. deñ. Et quod ſecus factum fuerit uel fieret cum omni ſequela ſit nullum, & nullius ualoris.

## ¶ De beneficiis confeſſionis, pacis, & ſolutionis. Rub. IX.

QVia etiam de iure cõmuni parcitur confitenti & ſponte agenti quodãmodo indulgeť, præſenti ſtatuto firmamus, ꝙ perſona accuſata, denunciata, uel inquiſita occaſione cuiuſcũq; delicti maleficii uel exceſſus in curia & foro noſtræ ciuitatis infraſcriptis tribus beneficiis merito releueť. uidelicet. ſi ſponte confeſſa fuerit maleficiũ uel delictũ, de quo procedereť contra eam quomodocũq; ante ſentẽtiã. Ita ꝙ ipſa confeſſione ſine aliqua probatione condẽnari poſſit uel potuerit, cõdẽneť in quarta parte minus totius ſummæ, in qua ſine beneficio condẽnanda fuiſſet. ¶ Si etiã pacẽ & concordiã cũ aduerſario de cõmiſſa iniuria uel offenſa habuerit, & publico inſtrumẽto in actis produxerit in termino bãnimenti allegationũ, pro ſpeciali pacis beneficio cõdẽneť in alia quarta parte minus ſummæ iam dictę. ¶ Itẽ ſi ſuã cõdẽnationẽ ſoluerit camerario cõmunis Eſii infra decimã diẽ a die cõdẽnationis, dimittať ſibi in executione pro beneficio ſolutionis dicti termini quarta pars reſidui quãtitatis ſummę, quę ſoluẽda uenit detractis beneficiis antedictis. Alioquin dicto termino elapſo ſolutionis, ſolutionis beneficiũ ſibi nõ proſit, & fiat executio contra eum ſecundum formam ſtatuti præcedentis. ¶ Addentes ꝙ ſi aliquis eſſet inquiſitus de aliquo delicto, de quo ueniret perſonaliter puniendus, ſolenniter ſono campanæ præmiſſo ducatur ad confitendum uel ratificandum ad conſuetum bancũ cauſarũ ciuilium hora iuris, aliter confeſſio præſumatur dolo extorta & confitenti non præiudicet.

¶ De



## ¶ De captiuis tenendis in publicis carceribus & non alibi & ꝙ permittatur ſibi dari loquutio, & de pœna frangentium carceres, & de pœna imponenda cuſtodibus dictorum carcerum. Rub. X.

STatuimus & ordinamus, ꝙ poteſtas & quilibet alius officialis ciuitatis Eſii debeat carcerandos detinere in carceribus publicis & non alibi, & debeat talem cuſtodem apponere ad dictos carceres cuſtodiendum, qui permittat loqui cuilibet incarcerato, dũtamen non detento ob proditionem uel turbationem ſtatus ſanctæ matris eccleſiæ uel ipſius Eſinæ ciuitatis, cui loquatur ſecundum uoluntatem poteſtatis Eſii ſaltem bis in die, dum tamen primo habeat licentiam a poteſtate uel eius iudice. Alias poſſit puniri per poteſtatem uel officialem uſq; ad. C. ſol. contrafaciens. ſ. dictus loquens puniatur & acrius ſi conditio perſonæ & factum requireret. Et ꝙ permittat dari comeſtionem & apportari comeſtibilia ad dictos carceratos ſaltem bis in die ſub pœna. L. lib. deñ. dictis officialibus, pro quolibet & qualibet uice. Et hęc cuſtodia carceris pertineat ad poteſtatem uel alium officialem. ¶ Si autem alia particularis perſona eſſet poſita ad cuſtodiam carcerum per dictum cõmune, iſta talis ſingularis perſona ſubiaceat dictæ pœnę. ¶ Et ſi aliquis carceratus exiuerit carcerem ita ꝙ exierit iuriſditionem ciuitatis Eſii, & hoc uenerit per dolum, fraudem, uel malitiam cuſtodis tunc ſi talis carceratus erat puniendus perſonaliter, uel membri abſciſſione, cuſtos puniatur ea pœna qua talis carceratus puniẽdus erat. ¶ Et talis aufugiens abſq; alia probatione ſine dilatione temporis ponatur in banno illius pœnę, quæ imponeretur delinquenti in tali delicto, de quo aufugiens erat inquiſitus uel accuſatus, & bona ipſius publicentur, & publicata deueniant in cõmune Eſii. ¶ Et ſi cuſtos aufugerit, & eſt ſeu erat famulus poteſtatis, uel alterius officialis, per poteſtatem ſeu alium officialem ad talem cuſtodiam poſitus erat, tũc poteſtas ſeu officialis, puniatur in. C. lib. deñ. & cuſtos exbanniatur de ciuitate Eſii in pœna capitis. ¶ Si uero cuſtos erat alia ſingularis perſona ciuis ciuitatis Eſii uel forenſis, tunc fideiuſſores dati per talem cuſtodem puniantur in, cc. lib. deñ. pro quolibet aufugiente, & talis cuſtos exbãniatur in pœna capitis. ¶ Si uero talis carceratus aufugiens eſſet in banno pecuniario, uel eſſet in carceribus pro pœna pecuniaria condemnatus, tunc iſte talis aufugiens teneatur ſoluere duplicatam pœnã eius quo bannitus aut condemnatus erat aufugiens. ¶ Si uero nõ eſſet condemnatus uel bannitus abſq; aliqua alia probatione condemnetur de delicto de quo eſſet accuſatus, uel inquiſitus in duplo pœnæ qua ueniebat puniendus ſi non aufugiſſet & cuſtos carceris ex cuius negligentia uel dolo aufugerit puniatur in medietate illius pœnæ, qua condemnaretur aufugiens. Et hoc caſu fiat executio contra poteſtatem ſi eius famulus eſſet ad cuſtodiam carceris. Et idem ſi eſſet famulus alterius officialis talis cuſtos, ꝙ executio fiat contra talem officialem, & ſi talis cuſtos eſſet alia ſingularis perſona fiat executio contra fideiuſſores ipſius non diſcuſſo principali, licet inueniať de ipſius bonis, uel ipſe inueniať principaliter, non obſtante in hoc caſu aliquo alio ſtatuto in contrarium loquente. ¶ Si uero aliquis carceratus pęna pecuniaria aut debito fregerit carcerem, ita ꝙ captiui exire poſſint, puniať in duplo pœnæ, pro qua in carceribus erat detentus aufugiens. ¶ Et ꝙ quicunq; de quacunq; pœna pecuniaria ſeu debito dare potuerit legitimum fideiuſſorem de ciuitate & comitatu Eſii poteſtas nec alius officialis dicti cõmunis, ualeat ipſum ponere, nec detineri facere in carceribus dicti cõmunis, pœna ipſi poteſtati uel officiali contrafacienti. C. lib. deñ. applicandorum dicto cõmuni de ſuo ſalario. ¶ Et ꝙ dictus poteſtas ſeu alii officiales dicti cõmunis debeant detineri facere quos punire debent perſonaliter diuiſim & ſeparatim, & in diuiſo & ſeparato carcere ab aliis, qui deberent puniri pecuniariter, ſub dicta pœna ex ſuo officio. Niſi pro maleficiis & debito ſupradictis nullus officialis poſſit aliquem in carceribus mittere, uel mitti facere, ſed in palatio tantum,

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

ſub pœnis iam dictis. ¶ Et ſiquis exiuerit aut fregerit dictos carceres, aut de dictis carceri
bus aufugerit, in quibus eſſet detentus pro debito alicuius ſingularis perſonæ, uel cõmu
nis Eſii, teneatur cuſtos ſoluere de ſuo proprio creditori, ad cuius petitionem detẽtus erat
dictus aufugiens, omne illud, quod dictus aufugiens ſoluere tenebatur, & in tantũdem cõ
demnetur cõmuni Eſii. ¶ Et dictus aufugiens uel rumpens dictum carcerẽ puniatur pœ
na dupli eius quantitatis pro qua detinebatur. ¶ Nullus poteſtas nec aliquis officialis poſ
ſit ponere aliquem ciuem uel comitatiuum Eſii ad cuſtodiam carceris, pœna .xxv. lib. pro
qualibet uice qua contrafactum fuerit. ¶ Nec liceat ſupradicto domino poteſtati uel eius
officialibus aliquid accipere ab hominibus ciuitatis Eſii & comitatus carceratis, pro cuſto
dia carcerum. Sed a forẽſibus tantum bene poſſint percipere unum anconitanum pro ſin
gulo die, quo ſteterint in carceribus, uſq; ad ſummam duorum florenorum. uidelicet. pro
expenſis tantum in carcere per poteſtatem præſtitis & non aliter. Abinde uero ſupra pro
toto tempore nihil accipere debent, pœna officialibus contrafacientibus .xxv. lib. dẽn.

¶ De pœna proditorum ciuitatis Eſii & cõmunis & facientium conuenticulas & conſpi
rationes contra cõmune prædictum & de pœna receptantiũ eoſdem. Rub. XI.

STatuimus & ordinamus, q; omnes condemnati cõmunis ciuitatis Eſii, ex cauſa prodi
tionis & rebellionis, ac etiam banniti ex dicta cauſa ciuitatis Eſii, uel alicuius loci ſubie
cti & detenti per cõmune dictæ ciuitatis, & omnes qui rebellaſſent dicto cõmuni, & prodi
tionem feciſſent uel attentaſſent uerbo & coniurationi uerbis annuentes uel facto, de ci
uitate uel aliquo loco ſuppoſito iuriſditioni cõmunis Eſii, & per ipſum cõmune tunc detẽ
to, uel ſiquis conſenſerit, aut cum ſciuerit proditionem, aut rebellionem prædictam, & nõ
reuelauerit Poteſtati & Prioribus ciuitatis prædictæ cũ citius potuerit, ſi peruenerit in
fortiam cõmunis extraginentur per ciuitatem prædictam, & ducantur ad locum iuſticiæ,
& ibi paſſionẽtur cum capite deſubter. Si uero non peruenerint in fortiam cõmunis ſint
ipſo iure priuati omnibus honoribus & dignitatibus, & tanq̃ infames & inteſtabiles ha
beantur, & perpetuo ſint banniti dictæ ciuitatis & eius diſtrictus, & omnia eorum bona
publicentur dicto cõmuni, & publicata eſſe intelligantur uigore præſentis ſtatuti a die cõ
miſſi maleficii. Ipſi quoq; banniti intelligantur in dicta pœna mortis, exempti & priuati
ab omni honore, priuilegio, dignitate, & protectione cõmunis Eſii. Ita q; eorum uel pro ip
ſis expoſitæ querelæ nullatenus audiantur. Sed impune a quolibet poſſint offendi in eo
rum perſonis & rebus. ¶ Et q; defenſores & receptatores eorum in delicto prędicto præ
ſtantes eis auxilium, uel conſilium, pari pœna puniantur. ¶ Et omnia nomina rebellium
prædictorum ſcribantur in uno libro & ponantur in armario librorum cõmunis Eſii, cum
aliis libris & iuribus dicti cõmunis, & ad perpetuam proditorum infamiam in palatio cõ
munis Eſii depingantur. ¶ Hoc addito q; receptantes uel recipientes litteras uel nunciũ
ab eiſdem rebellibus & bannitis non tamen participantes cum eis in eodem delicto, & nõ
portantes litteras domino poteſtati uel dominis Prioribus dicte ciuitatis ſecundum for
mam preſentis ſtatuti, puniantur ſecundum formam ſequentis ſtatuti, & aliorum de hoc
loquentium. ¶ Si autem aliquis dixerit ſe ignoranter recipere predictos bannitos & rebel
les, & alios ſupranominatos, de tali ignorantia, inſpecta qualitate criminis & perſonę, ſte
tur iudicio & prouiſioni dñi poteſtatis & Priorũ dictę ciuitatis uel maioris partis eorum.

¶ De pœna receptantium rebelles & habentium tractatum cum eis & recipien
tium litteras. Rub. XII.

STatuimus & ordinamus, q; quicunq; habuerit pro proditione uel deſtructione ciui
tatis Eſii aut alicuius eius caſtri tractatum colloquium uel conſpirationem cum ali





quo rebelle ſeu proditore, qui de proditione uel rebellione ciuitatis uel alicuius caſtri ciui
tatis prędictę condemnatus fuiſſet p officiales dictę ciuitatis ſeu literas, ſeu nucium miſe
rit uel receperit detulerit ſiue portauerit, ſiue ab aliquo de eorum famulis pro proditione
ſeu deſtructione ciuitatis Eſii uel de aliquo eius caſtro puniatur & condemnetur in quin
gentis lib. dẽn. paruorum, & ſi ſoluere non poterit infra .xv. dies a die latæ ſententiæ com
putandos, puniatur in perſonam, arbitrio poteſtatis & dominorum priorũ ciuitatis Eſii
ſi dictum cõmune uel poteſtas uel priores Eſii per priuilegia iuriditionem habeant talem
pœnam imponendi, & ad ipſa ſit reſtitutum, & quilibet contrafacientem accuſare & de
nunciare poſſit, & habeat medietatem pœnę ſiue banni, ſaluo q; ſi aliquis receperit literas
ſeu nuncium a rebellibus uel proditoribus prædictis, & ea die ſi erat in ciuitate uel comi
tatu ubi poſſibile ſit, & alibi, ſequenti die præſentauerit domino poteſtati, uel eius locũte
nenti uel prioribus dictæ ciuitatis, q; a dicto banno & pœnis abſoluatur, & abſolutus pe
nitus intelligatur. Receptatores uero taliũ rebelliũ uel etiã dictorũ proditorũ ſcientes &
præſtantes eis auxiliũ conſiliũ uel fauorem in eodem delicto, tunc puniantur pœna pari.

¶ De adulterantibus & cõmittentibus crimen carnis in quocunq; modo. Rub. XIII.

STatuimus & ordinamus, q; ſiquis per uim & uiolentiam habuerit rem cum aliqua
muliere nupta, quæ ſit bonæ conditionis & famæ & honeſtæ uitæ, morte capitis pu
niatur, & mulier nulla puniatur pœna. Si uero aliquis cõmiſerit adulterium cum ſupradi
cta ſimili muliere, puniatur uir comittens tale delictum in .cc. lib. dẽn. & talis mulier in
amiſſione dotis, quæ dos uiro applicetur, & puniatur in .L. lib. dẽn. de aliis bonis, q̃ de dote
ipſius mulieris. Si ultra dotem alia bona, habuerit alias non. ¶ Et cũ maius ſit lænocinii
quam adulterii crimen contra tales præſtantes lænocinium duplicentur omnes pœnæ pe
cuniariæ contentæ in præſenti ſtatuto de adulterantibus. Si talis mulier, cum qua cõmitte
retur adulterium eſſet mulier malæ conditionis & famæ & inhoneſtæ uitæ. Ille talis uir,
qui habuerit rem cum tali muliere, puniatur, ſi per uim hoc fecerit in .c. lib. dẽn. Si autem
cum uoluntate mulieris hoc fecerit, puniatur talis uir hoc cõmittens in .L. lib. dẽn. & talis
mulier fuſtigetur per ciuitatem, & dos ipſius applicetur marito. Et fœmina malæ condi
tionis & famæ intelligatur illa de qua probaretur per publicam uocem & famam trium
teſtium bonæ famę, & omni exceptione maiorũ. ¶ Si uero aliqua mulier nupta palam tur
pem quæſtum faceret ſui corporis. Ille qui talem rem habuerit cum tali muliere nulla pœ
na puniatur, & talis mulier ſono tubę & tamburini aſſociata per loca publica ciuitatis uſq;
ad lupanar ſiue bordellum in publicam meretricem ducatur per militem poteſtatis, &
ibi una cum publica meretrice artem ualeat exercere, uel expellatur de ciuitate, & talis ue
recundia ſit loco pœnę. ¶ Et ſi aliquis habuerit rem cũ aliqua muliere non nupta per uim
bonæ conditionis & famę & honeſtę uitę, ſi fuerit uirgo ſeu domicella, debeat dictus de
linquens dotare ipſam mulierem cum dotę, quam ueriſimiliter dediſſet ſibi pater uel fra
ter uel alius conſanguineus dictę mulieris anteq̃ deliquiſſet, de qua uériſimilitudine & de
claratione dotis ſtetur declarationi prædicti domini Poteſtatis & duorum bonorum uiro
rum eligendorum per concilium credentiæ dictę ciuitatis. Et nihilominus talis delinquẽs
condemnetur in .ccc. lib. dẽn. paruorum, & ſi non ſoluerit dictas pœnas infra menſem &
dictam dotem ut ſupra declaratam non ſoluerit ſiue dederit dictæ puellæ ſic uiolatæ in
tra unum menſem, qui menſis computetur a die latæ ſententiæ, & dictus delinquens per
uenerit in fortiam cõmunis prædicti pes ſibi amputetur. Si uero aliquis habuerit rem cũ
aliqua muliere uirgine ſeu domicella uolente ei conſentire, puniatur in .L. lib. dẽn. cõmuni
applicandorum, & nihilominus eam ut ſupra dotare compellatur. Si autẽ aliquis habue
rit rem cum aliqua muliere ſoluta, bonæ conditionis & famæ, ſi per uim puniatur, in .ccc.

lib.deñ.ſi uoluntarie,puniatur in.L.lib.deñ.Non autem puniatur talis mulier delinquẽs uoluntarie.Si autem eſſet talis mulier malę conditionis & inhoneſtæ uitæ, ille delinquẽs cum ea puniatur in.x.lib.deñ.& malę conditionis & famę intelligatur ut ſupra & eadem pœna puniatur talis mulier uolens.Si uero mulier ſoluta eſſet talis, quę palam quęſtum ſui corporis fecerit,in nihilo puniatur homo delinquens neq; mulier.☾Siquis uero aliquã monialem & deo ſanctiſſime dedicatam,& in aliquo monaſterio permanentem, uel aliquam aliam non deo dicatam,uirginem uel non uirginem, attentauerit aut conatus fuerit eam carnaliter cognoſcere.Si cognouit eam carnaliter aut de monaſterio extraxerit ultimo ſupplicio capite puniatur.Si autem non cognouiſſet ſed attentauerit in quingentis lib.deñ.puniatur.Et ſi ſoluere non poterit dictas.ccccc.libras infra menſem computandũ a die latę ſententię ducatur ad locum iuſticię,& ibi eius pes amputetur.Et prædicti delinquentes detineantur in carceribus donec ſoluerint dictas pœnas uel dederint fideiuſſores de ſoluendo in caſu q; condemnatio eſſet pecuniaria. ☾Si uero aliquis maior uiginti annorum cõmiſerit peccatum contra naturam cum maſculo igne comburatur,& omnia ſua bona publicentur cõmuni Eſii. Et qui taliter in fœminam nupſit ſi eſt minor.x. annorum cum dimidio non puniatur. Si uero prædictus cõmittens peccatum ſodomiæ eſſet minor uiginti annorũ maior tamen quatuordecim uel quatuordecim annos compleuit, tũc tam agens q̃ patiens ſponte puniatur in.cc.lib.deñ.ſine aliqua remiſſione. Sed ſi perſeuerabũt in eodẽ delicto poſtq̃ extiterint cõdẽnati irremiſſibiliter cõcremẽtur, & earũ bona publicẽtur.☾Et ſi aliquis extiterit tãtæ iniquitiæ q; habuerit rem cum aliqua ſua conſanguinea uel affine,eamq; carnaliter cognoſcendo,ſiquidem extiterit numero decem & octo annorũ,quando eam coguouit.Si eam cognouit per uim indiſtincte capite puniatur. Et mulier per uim ſic cognita nulla pœna puniatur. Si autem fuerit numero decem & octo annis ille,qui cognouit dictam ſuam conſanguineam uel affinem per uim, maior tamen quatuordecim uel habeat quatuordecim annos completos,tunc puniatur in.ccc,lib.ſine aliqua remiſſione, quã pœnam ſi non ſoluerit infra decem dies poſt latam ſententiam amputetur ei caput.Si uero ambo.ſ.maſculus & fœmina erunt minores decem & octo annis,maſculus uero maior quatuordecim,fœmina uero maior duodecim,uel maſculus haberet quatuordecim annos completos & fœmina duodecim,tunc ſi prædictum ſcelus cõmittant ſponte utriuſq; ſit pœna eis.cc.lib. pro quolibet ſiue qualibet ſine remiſſione, quã pœnam ſiquis uel ſiqua non ſoluerit infra decem dies a die latæ ſententiæ, teneatur in carceribus cõmunis,donec ſoluerit eam cum quarto pluri. Si autem alter ipſorum eſt decem & octo annorum uel maior, tunc puniatur ipſe uel ipſa maiori pœna proxime ſequenti. Si uero ambo.ſ.maſculus & fœmina erunt maiores decem & octo annis uel habuerit decem & octo annos completos, tunc ambo puniantur in.ccc.lib.deñ. pro quolibet & qualibet,ſi ſponte deliquerunt ſine aliqua remiſſione,quam pœnam ſiquis uel ſiqua non ſoluerit infra terminum duorum menſium incurrat in quarto pluri a die latæ ſententiæ, & teneatur in carceribus quouſq; ſoluerit dictam pœnam.

☾De pœna blaſphemantis deum & ſanctos. Rub. XIIII.

STatuimus & ordinamus, q; ſiquis iurauerit per corpus uel per uiſcera & ſanguinem glorioſę uirginis Mariæ & dei,puniatur pœna uiginti ſol. Si uero iurauerit per corpus & uiſcera aliorum ſanctorum & ſanctarum dei,pœna decem ſol.puniatur.Sed ſiquis dixerit per deſpetto di Dio,uel per deſpetto della uergine Maria,uel dixerit per la potta di Dio uel di Chriſto,uel per la potta della uergine Maria, uel ſimilia uituperoſa uel deteſtabilia uerba blaſphemando dixerit,puniatur uice qualibet in lib. xy. deñ. irremiſſibiliter

omni



omni beneficio ceſſante.Quam pœnam ſi non ſoluerit infra quintam diem computandam a die præcepti ſibi facti per officialem de ſoluendo dictam pœnam, duplicetur dicta pœna & in palatio conſtringatur quouſq; integraliter ſoluerit.Et liceat officialibus procedere ſummarie de facto ſine aliquo proceſſu contra omnes blaſphemantes.Item ſiquis dixerit per lo culo di Dio,puniatur pœna.C.ſol. Siquis uero maledixerit Deum & beatam uirginem Mariam,incidat in pœnam.xxv.lib.Et in omnibus ſupradictis caſibus blaſphemans ſeu maledicens alios ſanctos, puniatur in dimidio eius pœnę,qua puniretur blaſphemans ſeu maledicens Deum & beatam uirginem Mariam. Et accuſans aliquem de prædictis habeat tertiam partem & eius nomen teneatur ſecretum.

☾De incendiariis. Rub. XV.

IGnem imittẽs uel imponens in aliqua domo uel habitatione intra ciuitatem Eſii cauſa ipſam comburendi,& ipſam in totum uel in partem combuſſerit,in.cc.lib.deñ.condemnetur. Si uero non combuſſerit pro ſola imiſſione uel appoſitione facta dicta occaſione, in.C.lib. deñ puniatur.In comitatu uero & diſtrictu Eſii prædicta cõmittens in.C. lib.deñ.condemnetur.Si uero caſſinam combuſſerit,quæ foret ultra decem pedes longa & ampla ultra ſex pedes ad pedem cõmunis.xxy.lib.deñ.pœnæ ſubiaceat. Paleare autem alienum fœni & paleæ uel minorem caſſinam comburens in.C.ſol. puniatur. Metam ſeu barconem grani comburens in lib.C.condemnetur. Ciſtam lignorum uel cãnarum alienam comburens in lib.x.deñ.condẽnetur.Comburens cataſtam ſtipulæ alienæ in quinq; lib.deñ.condemnetur. Vineam aliquam ſeu uites a decem uitibus ſupra uel ſegetem non dum compoſitam comburens in.L,lib. deñ.puniatur. Alia blada compoſita præter granum comburens in.xl. lib. deñ. condemnetur. Pergulam comburens in lib. x. puniatur. Animal alienum comburens pro quolibet & qualibet uice in.xxy.lib.deñ. condemnetur. Pannum alienum lanæ uel lini uel mixtum comburens in.x. lib. deñ. puniatur. Syluam uel plures ſylueſtres arbores comburens in.x.lib.deñ.puniatur. Vnam uero arborem ſylueſtrem comburens ad ædificium aptam uel fructiferam in.xl.ſol.deñ. condemnetur. Fractam comburens in quinq; lib. deñ.puniatur. Oliuetum uero comburens in. L. lib. deñ. condemnetut.Et in omnibus ſupradictis caſibus attentans prædicta delicta facere, licet non perfecerit,in dimidio dictarum pœnarum ſecundum diſtinctionem prædictam caſu quolibet condemnetur.Alias uero res non ſpecificatas comburens uel comburere attentans iuxta prædictorum ſimilitudinem puniatur.Et in quolibet caſuum prædictorũ ſemper condemnetur delinquens ad emendationem damni in eodem proceſſu, una cum pœna.non obſtante q; non eſſet petita uel in iudicio deducta.Si uero caſualiter prædicta eueniant ad emendationem damni & non ultra puniatur delinquens, de quo ſtetur iudicio Poteſtatis & Priorum Eſii.☾Præterea huiuſmodi periculoſis caſibus inquantum poſſumus obuiantes firmamus q; nemo de cætero in territorio ciuitatis Eſii uel alio loco ſui diſtrictus uel comitatus audeat uel præſumat ignem ponere uel imittere cauſa comburendi aliquam fractam ſodum,ſtipulam,uel ſyluam,ſpinetum,uel aliquam rem ſimilem, aliquo tempore a menſe Maii uſq; ad feſtum aſſumptionis beatæ Mariæ de menſe Auguſti incluſiue etiam cum licentia iudicis uel rectoris,contrafaciens in prędictis in.xxy.lib.deñ. puniatur,& ad emendationem damni condemnetur. Et in contrarium licentia data dicto tempore non ualeat ullo modo. Aliis uero temporibus ante & poſt dictum terminum obtenta primo licentia Poteſtatis uel uicarii noſtri cõmunis redacta in actis cum loco confinato, & die, quo mittere uult ignem,& teſtibus,& datis fideiuſſoribus de ſoluendo condemnationem & damnum emendando,qualiter poſſit & ualeat in re poſſeſſione



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

propria uel conducta licite mittere ignem, dum tamen præcauerit ne rem alienam damnificet. Adiicimus etiam ad cautelam, ꝙ ſemper dum acciderit ignem imitti in aliqua re uel poſſeſſione territorii & diſtrictus Eſii ſtatim creato fumo & flamma uicini & circūſtantis ipſius poſſeſſionis proximiores eo tempore in ea contrata morantes, teneantur & debeāt ſine mora ad ipſum ignem occurrere ad ſciendum & inueſtigandum perſonam, quæ poſuerit ignem, & ipſam exclamare alta uoce. Et nihilominus poteſtati ſiue iudici noſtro referre, necnon Confalonerio & Prioribus uel maiori parti ipſorum non ſecrete ſed publice. Et dictam perſonam de prædictis culpabilem & ſuſpectam, quæ non poſſideret imobilia in ciuitate Eſii uel eius comitatu, capere & perſonaliter præſentare officialibus, pœna contrafacienti pro quolibet ipſorum uicinorum.xx.ſol. applicañ. cōmuni. Poteſtas uero ſeu uicarius tali querela uel relatione audita teneatur ſtatim unum de officialibus ſuis & famulum mittere ad locum talis ignis, & ibi diligenter inueſtigare de perſona culpabili & qualitate rei, & facere reparare talem ignem quantum poteſt ne amplius procedat, & redigere in ſcriptis nomina uicinorum atq; circūſtantium eadem die. Et ſi ſecus fecerit uel neglexerit p̄dicta perdat de ſuo ſalario.xxv.lib.deñ. & notarius medietatē dictę quātitatis.

¶De furtis & furibus puniendis. Rub. XVI.

STatuimus & ordinamus, ꝙ publici fures & latrones famoſi irremiſſibiliter furcis ſuſpendantur, ut tranſeuntibus optimum ſit exemplum ſi reperiuntur in ciuitate comitatu uel diſtrictu ciuitatis. Et ſi non peruenerint in fortiam cōmunis Eſii, perpetuo banniantur ſine ſpe alicuius reſtitutionis. Et condemnentur, ꝙ ſi quo tempore uenerint in cōmunis fortiam ſupradictam, ſuſpendantur furcis, ita ꝙ omnino moriantur. Si uero aliqua perſona furtum cōmiſerit, pro primo furto, ſi res furtiua & furto ſubtracta, fuerit ualoris.xii.deñ.uſq; ad.V.ſol. incluſiue, puniatur pœna.C.ſol. Et a.V.ſol.ſupra uſq; ad.x.puniatur pœna.vi.lib, Et a.x.ſol.ſupra & uſq; ad.xx.ſiquis furatus fuerit ſit ei pœna.xv.lib. Et a.xx.ſol.ſupra uſq; ad.xl.ſit ei pœna.xxv.lib. Et a.xl.ſol. ſupra uſq; ad quattuor lib. incluſiue, ſit ei pœna.L.lib. Et ſi non ſoluerit infra.x.dies a die latæ ſententiæ fuſtigentur. Sed ſi res furata fuerit extimationis.x.lib.uſq; in.xx.condemnetur in.C.lib.deñ. & ſi non ſoluerit infra.x.dies a die latæ ſententiæ bulletur in facie. Si uero res furata erit ualoris a.xx.lib. uſq; ad xxx.condemnetur in.cc.lib.deñ. & ſi non ſoluerit infra.x. dies amputetur ſibi manus ſiniſtra. Abinde ſupra uſq; ad.L.lib.condemnetur in.ccc.lib.deñ. & ſi non ſoluerit infra.x.dies extrahatur ſibi oculus dexter. Siquis uero furtum fecerit a.L.lib. ſupra pœnam.cccc.lib.ſoluat. Et nihilominus extrahatur ſibi unus oculus. Et ſi fecerit duplex furtum diuerſis horis ſuſpendatur, & morte moriatur, ſi furta illa eſſent uel tranſirent numerum.xxv.lib. Si uero dicta tria furta non aſcenderent ad quantitatem.xxv.lib. tunc condemnetur in.cc.lib.deñ. & ſi ſoluere non potuerit infra.x. dies a die condemnationis amittat manum & oculum ſiniſtrum. ¶Et in quolibet caſu prædictorum damnum ſatiſfaciat patientibus. Et ſiquis receptauerit furtum uel rem furtiuam ſcienter ſimili pœna puniatur prout ſupra dictum eſt. dūmodo furtum ſit probatum per duos idoneos teſtes. Et in talibus delictis pacis beneficium non uendicet ſibi locum. Quæ autem dicta ſunt locum non habeant in colligentibus uel exportantibus alterius paleam, fœnum, poma, olera, herbas, ligna, cannas uel uincum. In quibus ſeruetur forma damnorum datorum exceptis pomis oliuarum, quæ in aliena re collecta fuerint uel ab alienis ablata ſine uoluntate domini uel poſſeſſoris aut coloni uel laboratoris. In quibus & dictis modis in forma maleficii procedi poſſit & debeat, ſi collecta fuerint in aliena poſſeſſione, anteq̄ ueriſimiliter collecta fuerint eo modo per dominum uel eum, ad

quem



quem peruenirent, uel ſi turpiter aliquod dictorum modorum undecunq; & quandocunq; fuerint ablata iam collecta. ¶Item ſiquis alterius ligna inciſa, fœnum de paleare, aut cannas inciſas exportauerit, puniatur ut ſupra in forma ueri maleficii & furti, aliis ſtatutis non obſtantibus. Et ſimiliter uindemiantes alienas uineas pœna furti puniantur.

¶De re furtiua penes aliquem reperta. Rub. XVI.

SI furtiua uel male ablata res apud aliquam perſonam inueniatur, quæ aliquis bonæ famæ & conditionis dixerit, & ſaltem proprio iuramento firmauerit ſuam eſſe, & præter ſuam uoluntatem ſubtractam fuiſſe, is penes quem uel in alicuius domo aut loco talis res reperta fuerit, niſi ſtatim infra tres dies uel ultra iudicis arbitrio ſtatuendos probauerit qualiter ſine uitio ſuo res ad manus eius peruenerit, ſed potius confuſe contendendo perſeuerauerit, nō probādo cauſam prædictā, tunc talis detentor ſeu poſſeſſor dictæ rei teneatur de furto, & rem reſtituere compellatur, niſi publice & palam ipſam rem ab aliqua perſona bonæ conditionis & famæ receperit aliquo iuſto titulo alio q̄ donationis, quo caſu talis qui talem rem tali titulo uel cauſa in talem poſſeſſorem tranſtulerit, ſummatim & de facto compellatur per Poteſtatem uel eius iudicem cum effectu ad conſeruandum indemnem talem poſſeſſorem.

¶De interfectionibus animalium. Rub. XVIII.

ALienum equum, equam, bouem, uaccam, aſinum, aſinam, mulum, mulam uel hiis ſimile, uel eorum generis animal occidens cum armis uel ſine, in.x.lib.deñ.condemnetur, & damnum emendet paſſo in duplum. Nec de carceribus dimittatur, niſi prius facta tam pace q̄ emendationis ſolutione. Pecudem uero capram, porcum, gallinam, & hiis ſimilia, uel eorum generis animal ualoris duorum ſolidorum, uel abinde ſupra, uel anatem, anſerem, uel eorum generis, & hiis ſimile, uel columbum domeſticum interficiens, in.x.ſol.deñ. pro quolibet & qualibet uice puniatur. Percutiens autem, & non occidens aliquod prædictorum in quolibet caſu puniatur in dimidio ad ſimilitudinem caſuum præmiſſorum, & ſemper damnum parti emendetur in duplum. Excipimus tamen canem ferocem, qui occiſus uel percuſſus fuerit in ferocitate & reſiſtentia perſecutionis quam fecerit contra aliquam perſonam, uel contra aliquod animal domeſticum. Et excipimus porcum, ſcrofam, capram, & eorum generis animal, quod occiſum fuerit repertum in damno per dominum familiarem uel laboratorem alicuius terræ, uineæ plenę terræ bladatæ tempore meſſium, incipiendo a Kalendis Maii, uel oliuatæ, dum ſunt ibi poma oliuarum. Siquidem ipſorum animalium aliquod damnum daret in aliqua dictarum rerum exclamato prius alta uoce ipſorum animalium cuſtode & non expelleret ipſum animal de damno. In quibus exceptuatis caſibus percutiens, occidens nullatenus teneatur. Similiter occidens capram damnum dantem in uinea a Kalendis Martii uſq; ad Kalendas Iunii, & porcum uel ſcrofam in canapina, modo prædicto non teneatur ad pœnam. ¶Item interficiens canem. uidelicet. braccum aptum ad capiendum qualcas leuererium, ſegugium incidat in pœnam.xl. lib. Alios uero canes interficiens uel uulnerans in medietate pœnæ iam dictæ puniatur.

¶De pœna offendentium poteſtatem uel aliquem de ſua familia. Rub. XIX.

STatuimus & ordinamus, ꝙ ſi aliquis offenſionem aliquam uerbo uel facto fecerit in perſonam Poteſtatis uel iudicis cōmunis Eſii, in eundo, redeundo, ueniendo, &



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

ſtando, puniatur pro quolibet & qualibet uice in quincuplo eius, in quo condemnandus eſſet ſi aliam perſonam priuatam percuſſiſſet. Si uero aliquem alium officialem dicti poteſtatis offenderit uel percuſſerit, puniatur in triplo eius, in quo puniretur ſi aliquam aliam perſonam offendiſſet. Si autem aliquem de familiaribus ſuis offenderit uel percuſſerit, in duplo eius puniatur, in quo puniretur ſi aliquam aliam perſonam offendiſſet uel percuſſiſſet.

¶De offendendo bannitos ſine pœna. Rub. XX.

STatuimus & ordinamus, q. unuſquiſq; poſſit impune offendere exbannitos ciuitatis Eſii, præter mortem & membri debilitationem, niſi eſſet bannitus ad mortem, quo caſu cuilibet etiam priuato liceat impune occidere. ¶Si uero aliquis eſſet bannitus in membri abſciſſione, poſſit iſte talis ab unoquoq; offendi, dummodo non interficiatur nec in membro debilitetur. ¶Si uero aliquis eſſet exbannitus in pecunia, in.xxv. lib. deñ. uel ab inde ſupra pro maleficio, poſſit impune offendi a quocunq;, dummodo offenſa ſit ſine ſanguinis effuſione. Et tales exbanniti non audiantur in accuſando ciuiliter uel criminaliter per ſe uel per procuratorem. Et prædicta locum habeant, donec prædicti exiuerint de dicto banno. ¶Et contra tales offendentes poteſtas uel alius officialis dictæ ciuitatis non poſſit procedere per accuſationem denunciationem uel inquiſitionem, oppoſita exceptione q. offenſi erant banniti, & tales officiales ſi proceſſerint proceſſus ſit ipſo iure nullus, & quicquid ſequitur ab eo uel eius occaſione, & dictus Poteſtas uel officialis procedens teneatur ei contra quem proceſſerit ſatiſfacere omne damnum expenſas & intereſſe, quod immineret illi, contra quem procederetur occaſione talis proceſſus poſt factam fidem de banno. Et illud quod ſupradictum eſt in exbannitis pecunialiter habeat locum poſt uiginti dies a die condemnationis, computata ipſa die condemnationis in termino ſupradicto.

¶De malefactoribus præſentandis per illos in quorum domibus ſe reduxerint. Rub. XXI.

STatuimus & ordinamus, q. dominus domus, ad quam ſi ſe reduxerit malefactor ſeu malefactores .ſ. homicida ſeu homicidæ, tempore maleficii perpetrati ipſo ſciente uolente & patiente teneatur ipſum malefactorem uel malefactores homicidas capere & præſentare ſeu tradere domino Poteſtati & in fortiam communis ipſum uel ipſos ponere, q. ſi non fecerit in.C.lib.deñ. condemnetur. Pro aliis uero maleficiis ille, qui receptauerit malefactorem, ſoluat bannum quod ſoluere debebat malefactor, quando pecuniam ſoluere debebat. Ita tamen q. non excedat pœnam uigintiquinq; lib. Si uero in perſona uel in aliquo membro debuiſſet malefactor condemnari, puniatur in quinquaginta lib. deñ. Et ſi ſoluere non poterit dictum bannum infra terminum.xy.dierum deſignandum a Poteſtate detineatur perſonaliter quouſq; ſoluerit condemnationem in carceribus communis Eſii, & ſi non peruenerit in fortiam communis banniatur & condemnetur in dicta quantitate, de quo banno exire non poſſit, niſi prius ſoluat condemnationem prædictam. ¶Et hoc ſtatutum non uendicet ſibi locum ſi aufugerit in domũ uiduarum ſeu pupillorum, quas uiduas & pupillos uolumus ad prædicta non teneri.

¶De



¶De ſalario & remuneratione præſentantium bannitos cõmunis Eſii. Rub. XXII.

STatuimus & ordinamus, q. quilibet ceperit & poteſtati præſentauerit aliquem bannitum pro homicidio, uel etiam non bannitum dummodo ſit homicida, derobbator ſtratarum, fractor ſtationum uel apothecarum in ciuitate Eſii, uel incendiarius molendinorum domorum uel bladi cuiuſcunq; generis, uel fur boum, uel equorum, uel cuiuſcunq; rei ualoris ultra quantitatem.x.lib. habeat a cõmuni pro quolibet homicida ſeu derobbatore ſtratæ. L. lib. Et de quolibet alio exbannito ex ſupradictis.xxv.lib. numerandas eiſdem præſentantibus de hauere dicti cõmunis infra.x.dies a die præſentationis dictorum exbannitorum ſeu malefactorum, ſiue ſit unus ſiue ſint plures dicti capientes ſeu præſentantes. ¶Et teneatur Poteſtas præciſe infra.xx.dies poſt introitum ſui regiminis facere publice banniri per ciuitatem Eſii præſens ſtatutum, & facere legi ſemel quolibet menſe in conſilio generali, & ualeat a die publicationis in antea. Et ſit licitum unicuiq; capere & præſentare ſine pœna. ¶Si uero aliquis præſentauerit in fortiam cõmunis Eſii conduxerit, uel conduci fecerit aliquem proditorem cõmunis Eſii, uel alterius loci comitatus & diſtrictus eiuſdem rebellem ſeu robatorem ſtratarum non bannitum uel bannitum pro rebellione traditionis ſiue proditionis uel robbaria ſtratarum poſſit, exire de ſimili banno uel minori uel alium facere rebanniri. Et ſi noluerit rebanniri, nec alium rebanniri facere, tunc debeat habere ſalarium ſecundum diſtinctionem factam in ſequenti ſtatuto, licet hic plures caſus ſint q̃ ibi, tamen ſalarium habeat ſecundum illam diſtinctionem.ſ. inter nobilem & popularem. Et ſi ſingulo menſe in dicto conſilio ut ſupra, poteſtas præſens ſtatutũ legi nõ fecerit, in quinq; lib. deñ. uice qualibet puniat̃ de ſuo ſalario.

¶Quantum recipere debeat a communi qui bannitos pro tradimento communis Eſii præſentauerit uel interfecerit. Rub. XXIII.

STatuimus & ordinamus, q. quicunq; ceperit, & cõmuni Eſii præſentauerit aliquem bannitum cõmunis Eſii pro tradimento uel proditione. Siquidem talis præſentatus fuerit nobilis miles, uel de genere militum uel nobilium. Qui præſentauerit cum habeat a cõmuni.cc.lib. Et ſi fuerit popularis uel plebeius talis præſentator habeat a cõmuni. L. lib.deñ. pro quolibet capto & præſentato. ¶Et ſi unus uel plures qui ceperint & poteſtati præſentauerint aliquem ex dictis bannitis fuerint in banno dicti cõmunis aliqua occaſione de ipſo banno condemnati, ſtatim eximantur & cancellentur, & pro cancellatis & exemptis habeantur, abſq; alia ſolutione pecuniꝫ, uigore præſentis ſtatuti, non tamen habeant aliud ſalarium a cõi. Et hoc intelligatur de bannitis ciuitatis, comitatus, & diſtrictus Eſii. Et ſimiliter hoc ſtatutũ ſimul cũ præcedenti ut ſupra legat̃ ſub dicta iam pena.

¶Quod publici derobbatores & aſſaſſini & alii homines malæ conditionis & famæ non ſtent in ciuitate Eſii, & de pœna retinentium eos in domo. Rub. XXIIII.

STatuimus & ordinamus, q. nullus terrigena ciuitatis Eſii uel forenſis, qui eſſet publicus derobbator, & deprædator ſtratarum, uel qui interfeciſſet aliquem per pecuniam, uel qui feciſſet aliquam proditionem alicuius ciuitatis uel caſtri, ſeu caſtrorum, uel qui

eſſet malæ conditionis & famæ, non debeat ſtare & habitare in ciuitate Eſii & diſtrictu,
q; ſi monitus non diſcederet ſteterit puniatur, ſi prædicta feciſſet in ciuitate noſtra uel di-
ſtrictu ſecundum formam ſtatutorum dictæ ciuitatis loquentium de tali materia. Si au-
tem prædicta alibi fuerint cōmiſſa, puniātur in.cc. lib. deñ. ſi alibi fuerint condemnati &
ſi ipſam cōdēnationē ſoluere non poterint infra.x.dies fuſtigentur per dictam ciuitatem
Eſii, & expellātur, primo tamē quinq; ſcuſſis ſeu ictibus cordę receptis. ¶Receptātes ue
ro homines talis conditionis.uidelicet.qui cōmiſerit prædicta extra ciuitatem & diſtri-
ctum Eſii, puniantur in.xxy.lib.ſi talis receptans cognitionem non ignorauerit. ¶Et Po-
teſtas teneatur facere præconizari per ciuitatem Eſii per loca publica infra tertiam diem
poſt introitum ſui regiminis tenore præſentis ſtatuti ſub pœna. xxv. lib. de ſuo ſalario
auferēdar. ¶Et Poteſtas poſſit ſuper prædictis procedere per inquiſitionem. Et quilibet
poſſit tales talis conditionis accuſare & denunciare,& habeat quartam partem condem-
nationis. Et q; ſyndici cōmunis ciuitatis Eſii & diſtrictus teneantur prædicta denuncia-
re ſub pœna uiginti lib.pro quolibet non denunciato & qualibet uice,

¶De pœna deuiantium famulas uel fanteſcas, Rub. XXV.

STatuimus & ordinamus,q; ſiquis ſubduxerit, uel aliter retinuerit ſine licentia patro-
ni aliquam famulam ſiue fanteſcam alicuius ciuis & habitatoris ciuitatis & comi-
tatus Eſii,ipſo facto incurrat pœnam decem ducatorum auri, & decem tractuum funis
de facto & ſine proceſſu aliquo ſoluendorum,

¶De mulieribus malæ conditionis & famæ expellendis de conuicinia honeſta-
rum mulierum, Rub. XXVI.

COnſueuerunt aliquæ uituperoſæ & inhoneſtæ mulieres, ut bonæ ſine operi-
bus uideantur inter honeſtas conuicinas mulieres habitare. Quę ſicut mor-
bida pecus corrumpit ouile, ita bonas ſæpe numero mulieres impudica contagio-
ne deturpant. ¶Volentes igitur obuiare prædictis, præſenti ſtatuto pręcipimus &
mandamus, q; ulla mulier malæ conditionis & famæ in conuicinia honeſtarum ci-
uitatis, & bonæ conditionis mulierum habitare non poſſit, pœna decem lib. tali mulie-
ri contrafacienti, ſi poſt terminum ſibi per poteſtatem aut eius iudicem de recedendo
aſſignatum illico non receſſerit. Quem terminum quinq; dierum poteſtas prædictus
ad querelam uicinorum ſeu uicinarum, habita informatione de prædictis, ſaltem a tri-
bus conuicinis fidedignis, de recedendo aſſignare teneatur & debeat, pœna decem lib.
de ſuo ſalario auferenda, ſi negligens fuerit in prædictis. Et fœmina malæ conditionis &
famæ intelligatur illa de qua probaretur per publicam uocem & famam trium teſtium
bonæ famæ & omni exceptione maiorum,

¶De pœna inſultantis & percutientis cum armis & ſine armis, Rub. XXVII.

STatuimus & ordinamus, q; ſi aliquis fecerit inſultum contra aliquem ſine armis &
non percuſſerit, ſoluat pro banno uiginti ſol. Si uero cum armis de ferro uetitis ali-
quem non percuſſerit nec uulnerauerit, ſoluat pro banno.L. ſol. Si uero tantum cum
dictis



dictis armis adminauerit & non percuſſerit, ſoluat pro banno computato inſultu.x. lib.
Si inſultus interuenerit alias ſoluat bannum C.ſol. Si uero dicta arma tantum interuene
rint nec inſultum uel adminationem aliq̄ fecerit contra aliquem in.C. ſol. condemnetur.
Et inſultus cum armis uel ſine armis intelligatur, ſi probare poterit per aliquos actus q;
aliquis irato animo fuerit contra aliquem animo offendendi uel iniuriandi uel aliquod
opprobrium faciendi contra ipſum. Si uero cum armis ferreis uetitis aliquis aliquem
percuſſerit in facie uel in capite & ſanguis non exiuerit, condemnetur in.L. lib. Si uero in
aliis locis perſonæ percuſſerit & ſanguis non exiuerit, condemnetur in.xxy.lib.computa-
to inſultu, ſed ſi inſultus non interuenerit ſoluat nomine pœnæ.xy. lib. ſiue cum armis
euaginatis ſiue non euaginatis fiat percuſſio ſine ſanguine alibi q̄ in capite uel facie, ſed
ſi ſanguis exiuerit de dicta percuſſione facta in capite uel in facie, & eius occaſione ci-
catrix remanſerit euidens perpetuo, in. cl. lib. condemnetur pro qualibet percuſſione
cum cicatrice. Si autem ſanguis tantum exiuerit, puniatur in.C lib. pro qualibet per-
cuſſione, unde ſanguis exiuerit. Si uero de percuſſione in aliis locis perſonæ facta, &
ſanguis exiuerit condemnetur in.L.lib. Si uero aliquis aliquem percuſſerit cum armis
uel ſine armis in uultu uel in aliqua parte corporis, ita q; occaſione percuſſionis ta-
lis uulneris aliquod membrum perderetur uel debilitaretur, condemnetur in.C. lib.
& nihilominus perdat ſimile membrum dictus percutiens. Si dictus percuſſus ex di-
cta percuſſione perderet aliquem digitum, puniatur percutiens pro quolibet digito
perdito uel debilitato, in.xxy.lib. & perdat percutiens ſimilem digitum. Si uero per-
deretur dens aliquis, puniatur percutiens pro quolibet ſic perdito uel rupto occaſio-
ne dictæ percuſſionis, in.x. lib. deñ. & perdat ſimilem dentem. Si uero in aliquo prę-
dictorum caſuum percuſſio ſiue adminatio fieret cum baſtone, lapide, uel canna,
uel aliis rebus non uetitis ad deferendum, ſi ſanguis exiuerit uel non exiuerit con-
demnetur in medietate pœnæ prædictæ in caſibus, unde percuſſio fieret ſiue admi-
natio cum armis uetitis. Siquis uero adminauerit contra aliquem pugno, uel cum
manu uacua condemnetur pro qualibet uice in.L.ſol. deñ. Si uero aliquis proiecerit
lapidem alicui uel baſtonem, & non percuſſerit eum, pro qualibet uice & quolibet
caſu puniatur in.L.ſol. Si uero aliquis proiecerit alicui lanceam ſeu arma deuetita por
tari ſecundum ſtatuta dictæ ciuitatis, puniatur in.xxx.lib.pro quolibet caſu & quali-
bet uice. Si uero aliquis percuſſerit aliquem in capite cum manu uacua dando cum
pugno uel alapa appenſate uel ſtudioſe, & ſanguis non exiuerit, condemnetur per-
cuſſor in.x.lib.deñ. pro percuſſione facta in uultu cum manu uacua dando cum pu-
gno, in.xxy. lib. condemnetur. Si uero ex dicta percuſſione alapæ uel pugni facta in
facie ſanguis exiuerit quomodocunq;, condemnetur percuſſor in. L, lib. Sed de per-
cuſſione facta in capite manu uacua, puniatur in.xxy. lib. ſi ſanguis exiuerit. Si ue-
ro cum manu uel pede aliquis aliquem in alia parte corporis percuſſerit ſi ſanguis
exiuerit, in. x. lib. deñ. condemnetur. Si autem ſanguis non exiuerit, in. C. ſol. Si
quis uero aliquem uno icto percuſſerit ſeu uulnerauerit cum inſtrumento biforcuto,
puniatur pro tot uulneribus ſeu percuſſionibus quot uulnera ſeu percuſſiones fecerit.
¶Si uero aliquis aliquem ſpataſſauerit per perſonam uel diminuerit uel irato animo
impinſerit & non ceciderit in terram condemnetur in.C. ſol. Si autem ceciderit in ter-
ram uel aliquis aliquem decapillauerit uel barbam expilauerit condemnetur in.x. lib.
Si uero quia ceciderit in terram ſanguis exiuerit a collo ſupra uerſus caput condem-
netur impingens in.xy.lib. Et ſi abinde infra in duodecim lib. ¶Et hoc ſemper intel-
lecto q; in caſibus prædictis uel aliquo prædictorum uel infraſcriptorum, qui alium
ad ſui defenſionem offenderit, uel aliquid prædictorum commiſerit ad ſui defenſio-
nem cum moderamine & æqualitate defenſionis ad pœnas in dictis ſtatutis con-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

tentas minime teneatur. Et intelligatur ad ſui defenſionem feciſſe, qui primo inſultatus inſultantem offenderit anteq̄ ad illos actus diuerteretur.

¶De uerbis iniurioſis, Rub. XXVIII.

STatuimus & ordinamus, ꝙ ſiquis improperauerit alicui mortem patris, fratris, filii, uel alterius attinentis infra tertium gradum de iure canonico computandum, quo mors uere fuerit ſecuta, condemnetur in.xxv.lib.deñ.pro qualibet uice. Siquis dixerit alicui furo, ladro, mentitore, robbatore, ruffiano, falſo, uel tu ne menti, uel ſimilia uerba, uel aliqua alia uerba æquipollentia uel pertinentia prędictis uerbis, ſoluat pro banno pro quolibet uerbo qualibet uice.C.ſol.deñ. Si autem dixerit alia uerba tam enormia q̄ prædictis ſimilia, pariter ſicut de prædictis uerbis pro quolibet uerbo & qualibet uice, in.C.ſol.condẽnetur. ¶Siquis uero dixerit alicui puttana uel tua matre fu puttana uel tua ſorella, condẽnetur pro quolibet uerbo & qualibet uice in tribus lib.deñ. ¶Siquis dixerit alicui traditore uel tuo patre fo traditore uel de aliquo de ſuis coniunctis uſq; in tertium gradum, ut ſupra alias dictum eſt, pro qualibet uice ſoluat decem lib. De aliis uero uerbis iniurioſis ſoluat pro quolibet uerbo & qualibet uice uiginti ſol.deñ. Hoc tamen addito ꝙ ſiquis diceret de prædictis aliquod alicui pluribus uicibus eodem tempore, hoc eſt ſine interuallo temporis, non condemnetur ultra q̄ pro duabus uicibus licet pluries dixerit, ſed ſi eſſet interuallum temporis inter unam uicem & aliam pro tot uicibus condemnetur pro quot dixerit. Dicimus etiam ꝙ ſiquis dixerit alicui uniuerſitati uel adunantiæ hominum aliquod uerbum iniurioſum ꝙ non puniatur pro tot iniuriis quot illi ſunt homines quibus dicitur, Sed puniatur in duplo eius ꝙ puniretur, ſi dixiſſet alteri priuatæ perſonæ.

¶De duplicatione pœnarum. Rub. XXIX.

STatuimus & ordinamus, ꝙ ſiquis deliquerit uel maleficium cõmiſerit in palatio dominorum Prio. ſeu domini Poteſtatis, aut in aliqua eccleſia uel ſub logia cõmunis aut platea publica ciuitatis Eſii, uidelicet. circũcirca palatium dominorum Priorum, & Poteſtatis, & in platea ſancti Floriani, puniatur pœna dupli eius qua puniretur, ſi in aliis priuatis locis deliquiſſet. ¶Siquis autem deliquerit coram dominis Prioribus, uel domino Poteſtate, uel eius uicario præfatæ ciuitatis, condemnetur in duplum eius quo condemnaretur ſi coram aliis priuatis perſonis deliquiſſet. ¶Item delinquens poſt tertium ſonum cãpanæ cõmunis quæ pulſatur de ſero, & ante ſonum campanæ ſancti Floriani, quæ pulſatur de mane ad laudem uirginis ſimiliter condemnetur. ¶Item ſiquis ſolus inſultauerit aliquem ad domum uel in poſſeſſione inſultati in ſingulis tribus caſibus ſimiliter condẽnetur in duplum. Et intelligatur inſultus factus ad domum, quando inſultans impetu, in ipſo inſultu tranſiret ultra medietatem in uico cõmunis exiſtentis iuxta ipſam domum uel murum uel hoſtium ipſius inſultati habitantis tetigerit cum manu uel alia re. Et in poſſeſſione factus intelligatur, uel in pertinentia eius, ſi inſultans in ipſo inſultu perſonaliter uel per alium intrauerit. ¶Siquis autem inſultauerit aliquem cum armis cũ comitiua trium hominum, uel abinde ſupra computato ipſo inſultante in dicto numero, inſultans in dictis ſpecialibus locis ſupra ſpecificatis, uel in aliquo ipſorum in.xxv.lib.deñ. pro quolibet & uice qualibet condemnetur. Si autem ſine armis in dimidia dictæ pœnæ condemnetur. ¶Si uero aliquis forenſis, & quicunq; alius nõ ſuppoſitus iuriſditioni cõis Eſii & non oriundus de ciuitate uel diſtrictu Eſii, auſus fuerit uel attentatus fuerit offen-

dere



dere uel offenſam aliquam facere in perſonam alicuius ciuis uel terrigenæ ſeu diſtrictualis ciuitatis Eſii condemnetur in duplo eius quod condemnari debuiſſet ciuis qui ſic deliquiſſet. Et oriundus de ciuitate Eſii intelligatur ciuis qui habet domum propriam in ciuitate Eſii, licet ſit aliunde oriundus. Et etiam oriundus intelligatur qui originem habet aliunde q̄ de ciuitate & diſtrictu, & ſteterit & habitauerit, & modo moretur cum tota ſua familia a decem annis citra in ciuitate Eſii uel diſtrictu eius continue, pro quibus tamen forenſibus puniendis ſtatutum infra poſitum, ſub Rub. De pœna forenſium offendentium ciues. inuiolabiter ſeruari mandamus. ¶Inſuper ſtatuimus & ordinamus, ꝙ duplicentur pœnæ, ſi aliquod delictum uel maleficium cõmitteretur a die iouis ſancta poſtq̄ eccleſia cathedralis dictę ciuitatis impoſuerit finem pulſationi campanarum uſq; ad diem lunæ excluſiue poſt feſtum reſurrectionis domini noſtri Ieſu Chriſti. Item ſi cõmitteretur in die Natiuitatis domini noſtri Ieſu Chriſti uel in uigilia. Et in qualibet feſtiuitate beatæ Marię uirginis glorioſę, & in feſtiuitatibus omnium Apoſtolorum. Item ſi cõmitteretur in die feſti ſancti Floriani protectoris dictę ciuitatis & eius uigilia. Et prædictæ pœnæ in quolibet de prædictis caſibus locum habeant præſentibus & futuris.

¶De falſariis. Rub. XXX.

QVia falſum cõmittens eſt tribus obnoxius. uidelicet. deo iudici atq; parti. Statuimus & ordinamus, ꝙ teſtis falſum teſtimonium perhibens & perhiberi faciens probatione uel uiolenta præſumptione conuictus, uel ſi per indicium ad tormenta ſufficiens tormentis, uel ſponte confeſſus fuerit legitime mitretur, & in.c.lib.deñ. pro uice qualibet & quolibet condemnetur. ¶Item qui de falſo inſtrumento conuictus uel cõfeſſus apparuerit ſupradictis modis, tam faciens & fieri faciens, q̄ etiam producens uel utens huiuſmodi falſitate in iudicio uel extra ſciẽter, puniatur in lib.cc. pro uice qualibet & quolibet. Quam condemnationem & pœnam, ſi talis delinquens infra.xv. dies a die condemnationis non ſoluerit cum effectu, tunc mitretur de charta in capite, & in dicta mitra circumcirca ſcribatur nomen falſarii. Et mitratus publice ligetur per guctur ad catenam cõmunis poſitam iuxta logiam & plateam publicam, & ibi ſtet q̄diu officiali uidebitur, deinde ſibi manus amputetur. ¶Opponens autem uel quomodocunq; obiiciens contra aliquem agendo, uel excipiendo aliquam falſitatem, ſtatim ipſa falſitate obiecta, ſiue criminaliter, ſiue ciuiliter, ſiquidem interrogatus per iudicem tribus diuerſis uicibus dixerit ſe in tali obiectione ſeu oppoſitione falſitatis inſiſtere uelle, & fuerit ſanæ mentis, & maior quatuordecim annis cogatur & detineatur perſonaliter ad dandum idoneam & cautam fideiuſſionem de perſiſtendo & probando talem falſitatem. Quo facto ſi probauerit ipſam falſitatem, condemnetur talis falſarius ſine omni alio proceſſu, ſi fuerit teſtis ad pœnam de teſte loquente. Si fuerit ſcriptor falſi inſtrumenti, uel mandans fieri, puniatur pœna loquente de faciente uel fieri faciente inſtrumentum falſum. Si uero falſitatem huiuſmodi non probauerit uel deſtiterit, tunc ipſe talia opponens uel obiiciens, puniatur & condemnetur pœnis prædictis tanq̄ falſarius. ¶Et ſi aliquis ſubtraxerit uel occultauerit aliquod inſtrumentum publicum ad alium pertinens in præiudicium illius, ad quem utilitas talis inſtrumenti pertineret, puniatur in.xxv. lib. deñ. & reſtitutionem damnorum & expenſarum parti. Saluo ꝙ ſi ſubtrahens uel occultans, in dicto inſtrumento aliquod ius habet ad aliquam pœnam non teneatur. ¶Addentes ꝙ ſi aliquis in iudicio uel extra ab aliquo officiali de aliquo facto uel dicto cum iuramento interrogatus fuerit & ueritatem reſpondendo mutauerit uel quocunq; alio modo repertus fuerit deierare puniatur pro pœna periurii & mendacii pœna.xx.librarum.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

¶De pœna corrumpentis officialem. Rub. XXXI.

QVi rectorem,poteſtatem,uel alium officialem ciuitatis Eſii corruperit,ſi habet cauſam coram eo condemnetur in.x.lib. cõmuni Eſii pro quolibet & qualibet uice.Ita tamen ꝙ prædicta corruptela non uendicet ſibi locum in priore uel abbate alicuius monaſterii uel conuentus.Sed procurator,tutor,actor, & ſyndicus qui talia cõmitteret,puniatur pœna prædicta.Si autem talem cauſam non habuerit,in.v.lib. deñ.condemnetur.¶Et intelligatur ac præſumatur corrupiſſe quicunq; habens cauſam,uel pro eo cauſam habente coram aliquo officiali cõmunis Eſii uel conſortio in officio per ſe uel alium aliquid dederit uel promiſerit aliquo titulo uel colore quæſito. ¶Et prædicta locum habeant,niſi ille talis qui corruperit officialem infra duos dies,a principio ſyndicatus talis officialis corrupti fuerit confeſſus coram ſyndicatoribus talem corruptelam feciſſe & cõmiſſam eſſe,& dederit unum idoneum teſtem,nam tunc eo caſu nulla pœna puniatur corrũpens.¶Sed poteſtas iudex uel officialis alius corruptus compellatur ad reſtituendum ei a quo pecuniam acceperit ſeu aliam rem. Et cõmuni Eſii condemnetur in quatruplum quantitatis ſeu precii rei quam acceperit ſi talis poteſtas,iudex, uel officialis fuerit inuẽtus culpabilis.Et quilibet familiares poteſtatis cõtra ipſos officiales intelligant idonei teſtes in prædictis.Et hoc ſtatutum uendicet ſibi locum in quolibet officiali dicti cõmunis Eſii.

¶De cõmittentibus homicidium quoquo modo,& de mandãtibus fieri. Rub. XXXII.

STatuimus & ordinamus,ꝙ ſi aliquis homicidium aliquod fecerit in ciuitate Eſii uel eius diſtrictu,ſiquidem in fortiam cõmunis Eſii peruenerit,decapitari debeat,niſi fuerit publicus aſſaſinus uel proditor ciuitatis Eſii,uel aliquarum fortilliciarum cõmunis & diſtrictus Eſii,uel aggreſſor ſtratarum,qui ad caudam aſini per ciuitatem Eſii pertractus altarum furcarum laqueo ſuſpendatur,ut omnibus uidentibus tranſeat in exemplum , ita & taliter ꝙ moriatur ſine aliqua remiſſione.¶Si uero capi non poterit,banno perſonali ciuitatis & diſtrictus Eſii ſubiaceat,& bona ſua omnia mobilia & imobilia,uel ſe mouentia, & nomina debitorum publicentur cõmuni Eſii.Saluo debito iure naturæ filiis & nepotibus quibus deberetur.¶Et ſi in talibus bonis eſſent aliqui creditores ꝙ eis de dictis bonis ſatiſfiat,& de his partibus quæ confiſcantur.Et nulla perſona tali bannito prædicta de cauſa præſtet auxilium conſilium uel fauorem publice uel priuate, ſub pœna & banno ducentarum librarum.¶Et mandatores,& fieri mandantes homicidia ſimili modo & pœna irremiſſibiliter puniant.¶Et prædicta locum habeant,ſi doloſe ſeu ſtudioſe cõmiſerit.Quod ſemper præſumatur niſi probetur contrarium. ¶Sed ſi caſu uel non ſtudioſe fecerit puniatur arbitrio dñi poteſtatis dominorum Priorum & conſilii credentiæ dictæ ciuitatis Eſii.¶Et mandatores & facientes fieri homicida intelligantur,ſi legitime probatum fuerit per duos idoneos teſtes bonæ conditionis & famæ,uel per confeſſionem ipſius mandantis,uel fieri facientis,uel quocunq; alio modo legitime conſtare poterit.

¶De pœna dantium auxilium,conſilium,& fauorem in aliquo delicto. Rub. XXXIII.

STatuimus & ordinamus,ꝙ quicunq; dederit alicui delinquẽti in quocunq; delicto adiutorium , conſilium , ſeu fauorem , in cõmiſſione uel admiſſione alicuius delicti, puniatur eadem pœna qua puniendus eſſet ille qui delictũ commiſit. ¶ Si uero dederit conſilium, auxilium, ſeu adiutorium, ut talis delinquens euadat de manibus curiæ,ſi erat iam per familiam domini Poteſtatis captus,puniatur eadem pœna, qua puniendus erat ille talis delinquens,ſi propter tale auxilium,conſilium, ſeu fauorem ille talis delinquens aufugerit.



aufugerit.Si uero talis delinquens non aufugerit , puniatur arbitrio domini Poteſtatis.
¶Si uero talis delinquens non erat captus a familia domini poteſtatis,dans ei adiutoriũ,
conſilium ſeu fauorem ad euadendum, ſi propter tale delictũ erat imponenda pœna mor
tis,ubi dictum cõmune uel Poteſtas Eſii per priuilegia iuriſditionem habeat talem pœ-
nam imponendi,& ad ipſa reſtitutum ſit ut ſupra , condemnetur cõmuni Eſii,in.cc. libris
deñ.ſine diminutione.¶Si uero erat abſciſſionis alicuius membri,condemnetur in.L.lib.
deñ.ſine remiſſione.¶Si uero erat pœna pecuniaria,puniatur in dimidia parte pœnæ im-
ponendæ dicto delinquenti ſine remiſſione, dũmodo eius pœna non excedat ſummam.
xxv.lib. ¶Non autem intelligatur dediſſe conſilium , qui ſolo uerbo dixerit delinquenti
aufugias propter familiam, dum tamen aliud non fecerit uel dixerit. ¶Mandatores uero
talium delictorum ſeu ipſa facientes fieri pari pœna puniantur in quolibet delicto. ¶Et
iſtud ſtatutum non uendicet ſibi locum in caſibus & pœnis nominatis ſupra in ſtatuto
de pœnis proditorum, & ſtatuto de pœnis receptantium rebelles, ſed ſolum cõtra illos ha
beant locũ pœnæ dictorum ſtatutorum , & contra alios pœnæ huius ſtatuti locum habeant.

¶De pœna nominantium partem guelfam uel gibellinam , uel aliquam aliam partialitatem. Rub. XXXIIII.

CVm partialitas hominum prouinciarum & terrarum dictorum locorum eoſdem
interfecerit & bonis temporibus exinaniuerit & eis multa pericula animæ & corpo
ris incurrerint & incurrãt quotidie, intendentes ſaluti & quieti Eſinæ ciuitatis prouidere
uolentes. Statuimus & ordinamus,ꝙ nulla perſona cuiuſcunq; ſtatus aut dignitatis exi-
ſtat,audeat uel præſumat in ciuitate Eſina nominare partem guelfam,uel gibellinam, uel
improperare alicui sforziſcum,aut bracciſcum, ſeu quamlibet aliam partem uel partiali-
tatem , atq; ipſum partiarium alicuius ciuitatis , uel aliqua alia nomina fingere , quæ poſ-
ſent partialitatem oſtendere, pœna.xxv lib. deñ. cuilibet qui contrafecerit iminente , atq;
omni remiſſione,& ſtatutorum beneficio ceſſante.Et nullus poſſit gridare per dictam ci-
uitatem,ꝙ aliqua pars uel cõmunitas uel perſona uiuat,niſi ſolum uiuat eccleſia & eius of
ficiales.Et qui contrafecerit ultra pœnam tumultus uel aliorum delictorum,quæ cõmiſe-
rit.xxv.lib.pœna puniatur,ſiue ſemel ſiue pluries,in eodem tumultu. Super quibus om-
nibus poteſtas ſollicite procedere debeat quomodocunq;. Et ſi negligens fuerit in proce-
dendo , ſimili pœna mulctetur tempore ſyndicatus.

¶De pœna turbantis uel occupantis poſſeſſionem alterius. Rub. XXXV.

POſſeſſionem apud alium conſtitutam,& pacifice detentam a poſſeſſore per annũ
continuũ uel ultra , ſiue mobilis , ſiue imobilis rei uiolenter uel clam auferens aut
occupans autoritate propria & ſine iudicis licentia uel decreto, ſiquidem res eſſet ualoris.
xl.ſol.uel minoris,in.C.ſol.deñ.condemnetur cõmuni,& nihilominus rem ablatam,& de
facto per iudicem reſtituere ſpoliato compellatur,ſine omni ſportularum ſolutione , & a
iure ſuo ipſo facto cadat & cecidiſſe intelligatur. ¶Si uero maioris ualoris uel extimatio
nis res fuerit uel eſſet q̃ poſſeſſio dicto modo ablata uel occupata extiterit, tũc talis inua-
ſor dictæ rei poſſeſſione priuetur, quã ſpoliato ſtatim reſtituat,reſeruato ipſi inuaſori iu-
re in proprietate ſi quod habet agendi in ordinario iudicis , & nihilominus in.L. lib. deñ.
cõmuni Eſino condemnetur.¶De quibus omnibus & ſingulis tam in principalibus q̃ in
pœnarum cauſis,uolumus ꝙ de plano,& ſine ſtrepitu & figura iudicii procedatur,& pro-
ceſſus inde factus ualeat & teneat pleno iure.Non obſtante iuris uel iudicii ſubſtantia uel
ſolennitate omiſſa.¶Et in quolibet prædictorum caſuũ,tam occupationis, q̃ inuaſionis,



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

turbationis, & moleſtationis. Si talis inuadens, ſiue occupans, aut etiam inquietator, uel moleſtator aliquod ius in re uel poſſeſſione tempore occupationis uel turbationis non haberet, condemnetur parti, contra quam talis occupatio, ſeu inuaſio, aut turbatio facta fuerit, pro ſuo intereſſe in lib. xx. deñ. ſummarie & de facto ac iuris etiam & iudicii ſolennitate omiſſa, dum tamen de ueritate prædictorum legitime conſtet. Et poteſtas hęc omnia obſeruare teneatur uinculo iuramenti & pœna. xxv. lib. deñ. de ſuo ſalario auferenda.

¶ Ne quis trahat per muros ciuitatis Eſii uel caſtrorũ, uel intromittat. Rub. XXXVI.

STatuimus & ordinamus, ꝙ nullus de ciuitate Eſii debeat mittere uel trahere aliquẽ hominem uel homines per muros ciuitatis Eſii uel caſtrorum uel portas eorũdem, quando clauſæ ſunt nec apertæ. Et alius non debeat aliunde intrare uel exire, prꝥterq̃ per portas dictæ ciuitatis, quando apertæ erunt nec clauſæ. Et qui contrafecerit ſoluat pro quolibet & qualibet uice. C. lib. deñ. Si uero tranſcenderit ſticcatum in. C. ſol. condẽnet᷑.

¶ Ne aliquis de ædificiis poſitis iuxta portas in ciuitate Eſii, uel caſtris proiiciat uel offendat. Rub. XXXVII.

STatuimus & ordinamus, ꝙ nullus de domo uel turri uel ædificio iuxta portas uel introitus dictæ ciuitatis & caſtrorum uel alibi poſita uel poſito, ubicunq; per ciuitatem aliquam ſingularem perſonam offendat, uel offendi faciat, uel permittat alicui facienti cum lapidibus, uel baliſtis, lanceis, uel aliis rebus nociuis, niſi ille quem offenderet eſſet inimicus ciuitatis Eſii, ueniens ad offendendum ciuitatem. Et qui contrafecerit condemnetur pœna. L. lib. Non tamen per hoc ſtatutis imponentibus maiorem pœnam uolumus derogare.

¶ De moneta uſitanda per formam ſtatutorum. Rub. XXXVIII.

STatutum & ordinatum eſt, ꝙ in quacunq; parte ſtatutorum Eſii nuncuparentur pęnæ, ꝙ ſemper intelligãtur de moneta uſuali denariorum paruorum, quibus utitur & uteretur ciuitas Eſina & ſit præciſum. Et ꝙ ducatus ſimpliciter prolatus intelligatur de quantitate, xl. boñ. uſualis & bonæ monetæ.

¶ Quod nullus plazarius berruarius uel alius nuncius cõmunis & officialium dictæ ciuitatis intret cameram alicuius de ciuitate & eius comitatu, ſub infraſcriptis pœnis. Rub. XXXIX.

STatuimus & ordinamus, ꝙ nullus plazarius, baiulus, berruarius uel aliquis nuncius cõmunis uel officialis ciuitatis Eſii ſeu familiaris alicuius officialis audeat uel præſumat intrare cameram alicuius dominæ uel uiri de ciuitate & comitatu prædictis, & exinde aliquod pignus uel lectum uel ornamentum lecti accipere, ſub pœna. x. lib. pro quolibet & qualibet uice. Et ꝙ ſit licitum unicuiq; in dictis locis & camera ipſum baiulum, familiares, & berruarios, ac alios officiales reiicere, & pignora eis auferre, & ipſos fugare & repellere de dicto loco & camera, dũmodo honeſto modo fiat expulſio. Et ꝙ poteſtas, uicarius & quilibet alius officialis cõmunis Eſii, qui talia cõmiſerit uel fieri fecerit aut mandauerit fieri, puniatur in. x. lib. deñ. pro quolibet & qualibet uice tempore eorum ſyndicatus per ſyndicatores cõmunis. Et ſi prædicti ſyndicatores fuerint negli-





gentes in dicto ſyndicatu, ſoluant dictam pœnam de ſuo proprio, de qua medietas ſit cõmunis, & alia medietas iniuriati, ſine aliqua remiſſione. Quod ſtatutum non poſſit in aliquo derogari uel minui, ſed perpetuo ſit firmum. ¶ Adiicientes ꝙ præſens ſtatutum non uendicet ſibi locum ubi plazarius uel berruarius de mandato dicti iudicis intraret dictam cameram, cauſa capiendi aliquem malefactorem, ſiue bannitum dicti cõmunis, quo caſu ſit licitum Poteſtati cõmittere, & quibus cõmiſſum eſt intrare & executionem facere ſine alicuius pœnę metu.

¶ De termino moto, & queſtione confinii. Rub. XL.

TErminum in aliquo confinio inter conuicinos appoſitum uel affixum, quæcunq; perſona malitioſe & fraudolenter amouerit uel extraxerit, uel ubi affixus uel appoſitus eſſet non conſeruauerit, malitioſe & fraudolenter appoſuerit uel infixerit, in. L. lib. deñ. uice qualibet puniatur. Et intelligatur malitioſe & fraudolenter extractus & infixus, quando ſine requiſitione & uoluntate alicuius de conuicinis, cuius intereſt, uel ſine iudicis licentia talis extractio, infixio ſeu appoſitio facta fuerit. ¶ Et in quolibet dictorum caſuum terminus ad debitum confinem, & ad debitam formam reducatur. Nec talis amotio ſeu infixio alicui partium præiudicare poſſit in aliquo. ¶ Et quotiens alicuius termini uel finium queſtio ſeu contentio inter aliquos conuicinos uerteretur uel eſſet, tunc iudex uel aſſeſſor ad petitionem cuiuſcunq; partis, quãprimum nouerit, cogat utranq; partem ad eligendum unum uicinum dictæ rei uel plures pro quolibet de legalioribus & antiquioribus ad uidendum, declarandum & faciendum talem terminationem. Et tales uicinos electos compellat ad uidendum, diffiniendum, & terminandum prædicta. Et quicquid per tales ſic electos uicinos factum & dictum fuerit in prædictis, & etiam per iudicem dicto modo ualeat & teneat pleno iure ſolennitate iuris & forma omiſſa non obſtante, dum tamen tales electi ſemper iurauerint tacto corporali iuramento talia facere & expedire bona fide & ſine fraude. ¶ Hoc addito ꝙ ſi opus fuerit iudicẽ accedere ad locũ confinii ſolum habeat pro eius mercede extra ciuitatem, boñ. uiginti tantum.

¶ De pœna blaſphemantis alicui carboncellum, uel anguinaliam, uel ſimilia. Rub. XLI.

STatuimus & ordinamus, ꝙ nullus audeat tam uir q̃ mulier blaſphemare aliquem uel aliquam, dicendo ꝙ ſibi ueniat uel oriatur carboncellus uel anguinalia, uel aliud ſimile peſtilens, pœna. x. ſolidorum pro quolibet & uice qualibet. Et liceat unicuiq; accuſare uel denunciare poteſtati, & habeat medietatem pœnæ. Et poteſtas teneatur inquirere uinculo iuramenti, & repertos culpabiles de facto punire nulla iuris ſolennitate ſeruata, ſub pœna. xx. ſolidorum pro qualibet uice ſi negligens fuerit de ſuo ſalario auferenda.

¶ De pœna arguentis ordinata & diſpoſita in conſilio generali uel credentiæ. Rub. XLII.

AD obuiandum ſcandalis & erroribus, qui per aliquorum ſuſurrationes ſequi poſſunt. Statuimus & ordinamus, ꝙ nullus audeat uel præſumat redarguere uel blaſphemare, ſeu aliquo modo inculpare aliquid reformatum, geſtum, uel factum & obtentum in conſilio generali uel credentiæ ciuitatis Eſii, & q̃ maxime in logia palatii & in plateis publicis ſeu uiis, pœna. xxv. lib. deñ. pro quolibet & qualibet uice contra-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

facienti, de facto auferendarum. Cuilibet tamen liceat cum dominis Prioribus honeſte loqui, & dicere intentionem ſuam. Ac etiam liceat cuilibet accuſare circa prædicta delinquentem, & habeat quartam partem banni, & nomen teneatur in credentiam.

¶De maſcaris non utendis tempore carniſpriuii. Rub. XLIII.

STatuimus & ordinamus, ꝙ nullus utatur maſcaris neq; aliquibus prælijs in feſto carniſpriuii, nec alijs temporibus, pœna .C. ſol. pro quolibet contrafaciente & uice qualibet. Et nemo ſe transformet de mare in fœmina, ideſt ꝙ non portet indumenta muliebria, quibus uideatur eſſe fœmina, pœna .C. ſol. uice qualibet.

¶Quod ubi non poteſt procedi contra forenſes, non procedatur contra ciuem, uel comitatiuum. Rub. XLIIII.

VT iudicia ſint æqualia, ſtatuimus & ordinamus, ꝙ ſiquis ſtipendiarius uel altera perſona deliquerit, contra ciuem uel comitatiuum uel iniuriam aliquam intulerit. Et ipſe ciuis uel comitatiuus etiam deliquerit contra ſtipendiarium uel alium nobilem uel forenſem, in caſu quo officialis non poſſit procedere contra ſtipendiarium ſeu nobilem uel forenſem, etiam dictus officialis non poſſit procedere ad aliquam pœnam contra ciuem uel comitatiuum noſtrum, & ſi proceſſerit, proceſſus non ualeat ipſo iure.

¶De pœna tripudiantium in eccleſiis. Rub. XLV.

STatuimus & ordinamus, ꝙ nemo audeat uel præſumat in eccleſiis dictæ ciuitatis tripudiare, dicente domino in euangelio. domus mea domus orationis uocabitur. Et ſi aliquis contrafecerit, quinq; ſol. pœnã incurrere debeat pro quolibet & uice qualibet.

¶De pœna contradicentium pignus nuncio, uel tenutam. Rub. XLVI.

STatuimus & ordinamus, ꝙ ſiquis contradixerit pignus plazario cõmunis Eſii extra miſſo uel etiam in ciuitate ex præcepto alicuius officialis dictæ ciuitatis, ſeu abſtulerit pignus alicui plazario, qui accepit ex mandato alicuius officialis, in .xx. ſol. uice qualibet condemnetur. Et de hoc credatur nuncio & relationi ipſius accipientis pignus cum ſacramento. Et ſimili pœna puniatur ille, in cuius domo pignus per plazarium fuit impoſitum, ſi pignus non reſtituerit plazario, cum plazarius ab eo petierit. Similiter ſtetur dicto plazarii reponentis cum ſacramento ipſius. Et pignus acceptum dictus plazarius deponere debeat apud idoneam perſonam & in conuicinia ubi accepit dictum pignus. ¶Et hoc ſtatutum non habeat locum in caſu ſtatuti poſiti ſupra ſub Rub. Quod nullus plazarius beruarius. &c.

¶Quomodo procedi poſſit ſuper crimen adulterii. Rub. XLVII.

STatuimus & ordinamus, ad hoc ne pudorem & uerecundiam alterius aliquis extraneus detegere ualeat, cum non ſit læſus, ꝙ poteſtas uel alius officialis noſtræ ciuitatis Eſii



tis Eſii non poſſit procedere per inquiſitionem uel denunciationem contra aliquam mulierem ſeu adulterantem de crimine adulterii, ſed per accuſationem tantum, dummodo talis adulter uel mulier accuſetur a patre, uiro, fratre carnali, uel filio prædictorum, uel aliquo ex conſanguineis adulterati uſq; ad quartum gradum, ſecundum iura canonica computandum, & ſi ſecus proceſſum fuerit puniatur poteſtas in .xxv. lib. den. & nihilominus proceſſus ſit ipſo iure nullus.

¶De pœna annonam ſeu aliud bladum incanauantium. Rub. XLVIII.

STatuimus & ordinamus, ꝙ nullus de ciuitate Eſii uel diſtrictus nec aliquis forenſis undecunq; ſit, debeat in comitatu Eſii uel eius diſtrictu, nec in ciuitate emere uel emi facere ab aliquibus perſonis, granum, hordeum, uel ſpeltam, fabas, cicera, uel cicerculas, piſa, uel lentes, cauſa incanauandi, uel reuendendi. Et qui contrafecerit, condemnetur cõmuni Eſii per Poteſtatem pro qualibet ſalma frumẽti, hordei, & fabæ in .C. ſol. & pro qualibet ſalma ſpeltæ, ciceris, & aliorum leguminum in dimidio dictæ pœnæ. Abinde uero ſupra pro rata, & perdat bladum. Et quilibet poſſit prædictos accuſare & denunciare, & teneatur ſecretus. Excepto ꝙ albergatores poſſint emere de dictis bladis cauſa reuendendi pro ſufficientia ſui hoſpitii & hoſpitatorum & non aliter, dummodo die ſabbati poſt ſonum campanæ cõmunis emat & non ante, pœna .xx. ſol. ſi contrafecerint pro quolibet & uice qualibet.

¶De pœna proxenetæ non propalantis contractus officialis doanæ. Rub. XLIX.

STatuimus & ordinamus, ꝙ proxeneta teneatur notificare & paliſicare quodlibet forum, cui interfuit, poſt tertiam diem a die fori facta computandam, officiali doanæ cõmunis Eſii. Et qui in prædictis negligens fuerit, puniatur in .xl. ſol. pro qualibet uice, & quolibet foro non paliſicato, ut prædicitur. Et officialis doanę teneatur habere unum librum, in quo ſcribi faciat quodlibet forum paliſicatum ſibi per dictos proxenetas quarumlibet mercationum & rerum mobilium. ¶Et quicunq; denunciauerit proxenetam aliquem ſiue proxenetas non denunciantes ſecundum formam ſupradictam, habeat medietatem banni ſoluti per proxenetam, & teneatur ſecretum nomen denunciantis. Et prædicta locum habeant ſi dicti proxenetæ ſint & fuerint de ciuitate Eſii uel diſtrictu & eſſet officialis doanæ in aliquibus deputatus.

¶Ne quis auferat de lapidibus & aliis rebus cõmunis. Rub. L.

STatutum & ordinatum eſt, ꝙ ſiquis ſine licentia Poteſtatis & dominorum Priorum abſtulerit uel abſtulit de rebus cõmunis, uidelicet. petras, cuppos, columnas, uel de pontibus & ædificiis cõmunis, ſbarris, bertecchis, defenſionibus, uel aliis rebus cõmunis, publice uel priuate, illas res cõmuni reſtituat uel ſoluat duplum extimationis ipſarum, Et inſuper condemnetur in lib. xxv. pro qualibet uice. Et Poteſtas præciſe teneatur inquirere & exigere infra unum menſem cum pœna in præſenti ſtatuto contenta, ab hominibus qui habuerint & receperint de bonis prędictis, nunc uel in futurũ ſine iuſta cã.

¶De pœna iniuſte & per calumniam accuſantium. Rub. LI.

STatuimus & ordinamus, ꝙ ſiquis aliquam denunciationem uel accuſationem fraudoloſam, uel calumnioſam, uel machinatam de aliquo uel aliquibus fecerit, Poteſtas

teneatur præciſe dictum accuſatorem uel denunciatorem condemnare ipſi uel ipſis ac-
cuſatis uel denunciatis ad reſtitutionem & ſatiſfactionem ſui damni. ¶Et inſuper ſi di-
cto denunciato uel accuſato debuiſſet imponi pœna mortis uel alia corporalis, punia-
tur in. L. lib. deñ. Et ſi ſoluere non poterit dictam pœnam infra. x. dies a die latæ ſen-
tentiæ, puniatur eadem pœna, qua puniri deberet accuſatus uel denunciatus, ſi uera
fuiſſent obiecta. ¶Si uero debuiſſet imponi pœna pecuniaria a centum libris ſupra, pu-
niatur in. cc. lib. deñ. ¶Si uero debuiſſet imponi pœna pecuniaria a centum libris in-
fra, puniatur in. C. lib. deñ. dictæ monetæ. ¶Hoc tamen intellecto, q̃ denunciator
uel accuſator non intelligatur calumniari, eo ipſo q̃ non probat, niſi de eius calum-
nia dolo uel fraude aliter probaretur. ¶Et hoc ſit præciſum & truncum ſine licentia
mutandi niſi per ſtatutum poſitum ſupra de accuſatoribus imponeretur maior pœna.
Nam tunc uendicet ſibi locum illud ſtatutum & non iſtud. Facientes autem accuſare
per ſyndicos ciuitatis caſtrorum & uillarum de iniuriis eis illatis per aliquos & non pro-
bantes accuſationem eorum & iniuriam eis factam, puniantur pœnis in ſtatuto ſupra
poſito de accuſatione, dummodo requirantur per dominum Vicarium, & probent eo-
rum accuſam intra terminum in ſtatuto contentum.

¶De pœna deferentium arma. Rub. LII.

STatuimus & ordinamus, q̃ quicunq; per ciuitatem Eſii eius burgos & caſtra por-
tauerit cultellam uel traferium ſiue dagam puniatur pro quolibet & qualibet uice in.
xl. ſol. deñ. & ſtet in fortia cõmunis quouſq; ſoluerit condemnationem prædictam, &
hoc ſit præciſum. ¶Si uero infraſcripta arma portauerit, condemnetur modo infra-
ſcripto. uidelicet. pro cultello ad feriendum in. xx. ſol. Pro claua ferrea, baſtone ferri,
lancea, partigiana, lanceone, clauerina, gauallotta, enſe, ſtocco, roncone, dardo uel
ſimilibus armis in. x. lib. pro quolibet dictorum armorum cõmuni Eſii condemnetur.
Pro cultello autem ad incidendum panem nihil ſolui debeat, dummodo non ſit ita ma-
gnus q̃ modum excedat, de quo ſtetur arbitrio domini Poteſtatis & dominorum Prio-
rum. ¶Et prædicta uolumus obſeruari ſaluo q̃ in eundo & redeundo extra ciuitatem
Eſinam uel caſtra poſſit quilibet deferre arma offenſibilia & defenſibilia ſine pœna ali-
qua, dummodo dicta arma portet ligata uel cum ambiga per ciuitatem & comitatum,
& in ciuitate & caſtris tantum & non extra. ¶Et idem intelligatur in quibuſcunq; per-
ſonis uenientibus de alio loco ad ciuitatem Eſii, ut apportent uel reportent ligata in ma-
nibus uel cum ambiga in apice partigianæ dardi uel clauerinæ, exceptis equitantibus
forenſibus & terrigenis, qui non teneantur ſic ligata portare in ueniendo & redeun-
do, dummodo portent calcaria in pedibus. Pro aliis uero armis defenſibilibus pro
quolibet genere armorum in. x. ſol, condemnetur. ¶Et ſyndici caſtrorum teneantur
contrafacientes in prædictis denunciare prout tenetur denunciare alia maleficia ad
pœnam. C. ſolidorum pro qualibet uice qua contrafecerit. ¶Priores dictæ ciuitatis cum
eorum familiis ſtantibus cum eis in dicto officio, officiales caſtrorum Eſii poſſint
dicta arma portare ſine aliqua pœna. Et in quolibet caſu prædictorum pœnæ ſoluan-
tur de facto ſine aliqua remiſſione. ¶Hoc tamen addito, q̃ ſi aliquis ſuſpectæ ui-
tæ & malæ conditionis & famæ, ſiue ſit terrigena, ſiue forenſis, prædicta uel quod-
libet prædictorum cõmiſerit, puniatur in quolibet caſu in duplo pœnarum ſupradi-
ctarum, iuxta diſtinctionem & qualitatem armorum perſonarum & temporum, Et

ſuſpectæ



ſuſpectæ uitæ & malæ conditionis intelligatur, qui arma offenſibilia libenter portat,
& aliis etiam modis probari poſſit. ¶Et de prædictis & quolibet prædictorum poſſit
& debeat procedi per Poteſtatem & ſuos officiales ex mero officio & ad denunciam ſeu
querelam cuiuſcunq;. Et ſtetur & credatur relationi officialis uel familiaris prædicti do-
mini Poteſtatis, qui taliter portantem arma inuenerit & ſe inueniſſe rettulerit. ¶Et ad
cautelam uolumus & firmamus, q̃ Poteſtas ſeu Vicarius teneatur & debeat uinculo
iuramenti & pœna. x. lib. deñ. de ſuo ſalario ſaltem ſemel in ebdomada qualibet mitte-
re militem uel aliquos ex officialibus & familiaribus ſuis ad rimandum per ciuitatem Eſii
modo conſueto contra arma portantes, & alia illicita cõmittentes contra formam no-
ſtrorum ſtatutorum. Prædicta uero tempore guerrarum non habeant locum, & offi-
cialis inueniens habeat quartam partem.

¶De pœna euntium de nocte poſt tertium ſonum campanæ.
Rubrica LIII.

DE nocte poſt tertium ſonum campanæ uſq; ad ſonum campanæ ſancti Floriani,
quæ pulſatur mane ad laudem Virginis Mariæ, quicunq; per aliquem officia-
lem uel familiarem Poteſtatis Ciuitatis Eſii inuentus fuerit ire per dictam ciuitatem
uel extra domum morari ſtare uel eſſe (de quo libere ſtetur & credatur relationi ta-
lis officialis uel familiaris) in decem ſol. denariorum de facto, & ſine omni proceſſu
puniatur. Et officialis inueniens habeat quartam partem. ¶Prohibemus tamen ne
aliqua perſona habitatrix Ciuitatis Eſii uel eius diſtrictus bonæ conditionis & fa-
mæ reperta dicto modo in aliquo crimine uel delicto ducatur uel duci poſſit ad
palatium per familiam uel officiales prædictos, ſi fideiuſſorem de Ciuitate Eſii da-
re uoluerit, ſed potius perſonaliter dimittatur, dummodo ſit crimen de quo pœna
pecuniaria imponenda ſit. Et declarare & ei mandare, q̃ ſequenti mane reuertatur
ad mandata curiæ, & ſub pœna puniri ut iuris fuerit. ¶Item qui iret pro medico
uel medicinis alicuius infirmi, & euidenter accederet. ¶Item Notarius & teſtis qui
iret & rediret pro quolibet teſtamento & ultima uoluntate tunc faciendo uel facto
pro aliquo infirmo. Item ſi Barberius iuiſſet ad phlebotomandum aliquem infir-
mum. Nec non mariſchalcus qui acceſſiſſet cauſa medelam adhibendi alicui anima-
li euidenter patienti. Item duo ſocii cuiuſlibet prædictorum exceptuatorum bonæ
famæ. Item quicunq; bonæ famæ iret uel inuentus eſſet cum igne uel lumine cum
quo poſſint ire tres perſonæ. Nec non perſona quæ reperta fuerit infra tertiam
domum a domo ſuæ habitationis non computanda. Item famulus alicuius fri-
ſcolarii uel mercator qui iret uel rediret pro menſuratione ſiue portatione oliua-
rum. Item qui iret & rediret cauſa conciminis uel aptaminis alicuius beſtiæ.
¶Itẽ quilibet tarda hora ueniens ipſo tempore de extra portam. Item quilibet cu-
ſtos iens & rediens cauſa cuſtodiæ terræ ſibi impoſitæ. Item qui ad aliquem ru-
morem manifeſtum uel ignis incendium acceſſerit in eundo & redeundo uel ob
aliquem mortuum, aut alia ſimili uera cauſa & occaſione licita. In quibus omnibus
exceptuatis perſonis & caſibus, dictæ pœnæ, uel alia ratione dictæ prohibitio-
nis præſens ſtatutum non uendicet ſibi locum. ¶Et Poteſtas teneatur uincu-
lo iuramenti, & pœna Centum ſolidorum denariorum de ſuo ſalario quolibet
ſero facere more ſolito pulſari campanam communis tribus uicibus diuerſis

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

& diſtantibus ſatis ad extenſam, & in tertio ſono dari faciat tria mutta incontinenti poſt duas horas noctis, & demum mittere officialem & familiam ad cercam cõtra prędictos.

¶De pœna frangentis tenutam ſine licentia domini Poteſtatis aut inſtrumenti autoritate accepta. Rub. LIIII.

STatuimus & ordinamus, ꝙ ſi alicui erit data tenuta uel pignus rerum mobilium per Poteſtatem uel eius Vicarium, uel aliquis autoritate ſui inſtrumenti tenutam uel pignus prædictarum rerum acceperit. Et ille, cui fuit accepta dicta tenuta uel pignus ſine licentia dicti Poteſtatis, uel iudicis, reacceperit uel aliter moleſtauerit dictum accipientem, puniatur pro qualibet uice in. L. lib. deñ. Et nihilominus dictam tenutam uel pignus cogatur libere dimittere dicto accipienti, per iudicem Poteſtatis, uel omnibus remediis quibus ſibi uidebitur. Si uero ſupradicta tenuta ſic data uel accepta fuerit in rebus imobilibus, & ille, cui dicta tenuta fuit accepta, moleſtauerit eum, cui data fuerit dicta tenuta, ſeu non permiſerit eſſe in poſſeſſione dictæ rei, ſi dicta tenuta eſt data ex primo decreto tantum, tunc puniatur prædictus moleſtans in ſupradicta pœna pro qualibet uice. ¶Sed ſi dicta tenuta eſt adiudicata ex ſecundo decreto, uel fuerit accepta autoritate ſui inſtrumenti, tunc prædictus moleſtans ſiue poſſidere non permittens, puniatur uice qualibet in. C. lib. deñ. Et nihilominus cogatur per iudicem Poteſtatis dictus moleſtans uel ſic impediens deſiſtere a prædictis omnibus remediis, quibus ſibi uidebitur. ¶Statuentes ꝙ ſi alicui fuit recõmendata dicta tenuta uel pignus per Poteſtatem uel iudicem eius, uel officiales cõmunis Eſii uel plazarium cõmunis, ex parte eorum uel alicuius eorum illam cuſtodire & conſignare teneatur, dum tamen fuerit ſibi aſſignata & poſita in domo ubi ipſe habitat, & nullam in eis facere nouitatem ſine licentia Poteſtatis, aut iudicis, aut officialium prædictorum. ¶Et quilibet plazarius cõmunis poſſit facta ſibi cõmiſſione recõmendare tenutam uel pignus, cui magis uoluerit. Et de recõmendatione prorſus credatur relationi dicti plazarii cum uno teſte, alias non. In quorum pignorum & tenutæ datione, ac etiam executione ſententiarum plazarius poſſit a tribus libris ſupra dare tenutam in quibuſcunq; rebus mobilibus & imobilibus nullo iuris ordine ſeruato circa diſcuſſionem. Et ſi ille cui recõmendata fuerit tenuta aliquorum ſupradictorum non cuſtodiuerit ea ut ſupradictum eſt, ſoluere teneatur cõmuni Eſii. x. lib. ſine aliqua ſolennitate ſcripturæ facienda, & damnum paſſo emendare. ¶Et ſi alicui fuerit data tenuta per aliquem officialem ciuitatis Eſii in re imobili, uel fuerit accepta uigore alicuius inſtrumenti, ꝙ ille talis contra quem fuit accepta tenuta ſiue data, teneatur poſt notificationem ſibi factam de dicta tenuta accepta perſonaliter uel ad domũ, eam diſgomberare infra octo dies ſub dicta pœna in ſtatuto cõtẽta.

¶Ne in cauſis cõmiſſariis per officiales ſportulæ exigantur. Rub. LV.

OFficiales quidam auaritiæ cęcitate repleti non credentes ſaltem deo de illicite extortis reddere rationem, abuſione quadam ſportulas cõmuni debitas auferre conſueuerunt, ordinarias cauſas ciuitatis Eſii ſibi cõmitti querentes, non imodicum reorum diſpendium, cum in ſecundis cauſis extra proprium forum inuiti trahuntur, & maiori ſportularum onere grauantur. ¶Volentes igitur huic morbo congruam adhibere medelam. Statuimus & præſenti ſtatuto in perpetuum ualituro decernimus, ꝙ in cauſis commiſſariis in quibus Poteſtas & iudex Eſinus alias ordinarii eſſent, nec alii



nec alii officiales dicti cõmunis, nullas ſportulas neq; ſalarium habere debeant. Et ſi exegerint tempore ſyndicatus de eorum ſalario duplicatas ipſo facto, uel duplicata reſtituant, de quorum pœna medietas ſit cõmunis prædicti, & reliqua eorum a quibus extorſerunt. ¶Volentes inſuper ꝙ notarii dictæ ciuitatis ad ciuilia pro tempore deputati, de dictis cõmiſſariis cauſis rogentur, non autem notarii poteſtatis, qui ſi ſe rogare præſumpſerint de prædictis, pœnæ. x. lib. deñ. pro uice qualibet ſubiaceant ipſo facto. Mandantes etiam ꝙ nullus forenſis tabellio, niſi ſit ciuis Eſinus uel eius comitatiuus, rogari poſſit de aliquo inſtrumento in publicam formam redigendo, ꝙ ſi ſecus fiat, tam eius protocollum, q̄ inſtrumentum publicum inde confectum uel conficiendum ſit & eſſe intelligatur ipſo iure nullũ nulliuſq; roboris uel ualoris, niſi ſit cancellarius cõmunitatis pro rebus ad cõmunitatem pertinentibus, de quibus ipſum rogari poſſe concedimus.

¶De pœna cognoſcentis pediſſequam in domo domini uel alibi. Rub. LVI.

STatuimus & ordinamus, ꝙ ſiquis cognouerit carnaliter aliquam pediſſequam uel famulam cõmorantem cum aliquo ciue ſeu incola ciuitatis uel comitatus, in domo domini uel cum quo moraretur. Si fuerit dominus & uolentem cognouerit, puniatur pro qualibet uice in lib. xx. deñ. ſi uero inuitam aliis pœnis ſtatutariis puniatur. Si uero fuerit alius quam dominus uel familia domini, puniatur uice qualibet in. C. lib. Et ſi per uim decapitetur. Si uero fuerit famulus eiuſdem domini condemnetur in duplum pœnæ pecuniariæ prædictæ & fuſtigentur ambo. uidelicet. maſculus & fœmina. Si uero alibi ſola pœna pecuniaria condemnetur. ¶Si uero aliquis attentauerit dictas famulas corrũpere uel deuiare uel quomodolibet eas ſollicitare, etiam ſalutando per uias ſeu ſtratas, aut ad fontes uel alibi, puniatur pœna. xx. lib. pro qualibet uice, de qua attentatione, inſtigatione, & ſalutatione ſtetur dicto dictæ fanteſcæ cum dicto unius teſtis etiam fœminæ. Et talis deuians corrumpens, & a domino diſcedere faciens, puniatur pœnis prædictis pecuniariis. uidelicet. xxv. lib. & ad intereſſe domini. Et ꝙ liceat ciuibus incolis & habitatoribus honeſte retinere pediſſequas pro eorum ſeruitiis. Et ſi de ſalario non fuerit conuentum petere poſſint annuatim florenos quinq;, ſi fuerint legitimæ ætatis.

¶De pœna officialium defraudantium hauere cõmunis. Rub. LVII.

STatutum & ordinatum eſt, ꝙ quicunq; fuerit in aliquo officio cõmunis Eſii deputatus, ordinarie per breuia ad conſilium uel alio quocunq; legitimo modo conſtitutus, ſiue extraordinarie quomodocunq; & quocunq; nomine cenſeatur, illud officium repertus fuerit accipere ſeu defraudare aliquo modo per ſe uel interpoſitam perſonam de hauere cõmunis, ſeu accipere uel extorquere ab aliqua ſingulari perſona, niſi id tantũ quod ſibi fuerat ordinatum pro ſua mercede ſeu ſalario per ſtatutum ſeu reformationem cõmunis Eſii, ſoluat pro banno. x. lib. deñ. ¶Camerarius uero cõmunis qui fraudem cõmiſerit aliquam in dicto officio directe uel per obliquum. Et intelligatur fraudem cõmiſiſſe, ſi acceperit ab aliquo aliquos denarios pro cõmuni, & non feciſſet ſcribere ad introitum ſuum. uidelicet. ſi ille, a quo accepit, debet cõmuni ſoluere duos deñ. & minus fecit ſcribere ad introitum q̄ receperit, uel ſi fecerit ſcribere ad exitum ſuum, ꝙ dederit alicui plures denarios q̄ non ſoluit, uel ſi fecit ſcribere ꝙ ſoluit alicui & in ueritate non ſoluit, uel quocunq; alio modo fraudem cõmiſerit, puniatur pœna uiginti lib. denariorum. ¶Et cenſeantur ipſi & quilibet ipſorum & fiant inhabiles

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

ab omnibus officiis Prioribus & honoribus in ciuitate Eſii exercendis. Et nihilominus cōmuni reſtituant quod acceperint in quadruplum. Et præſumatur prædictum camerarium feciſſe ſcribere eoipſo q̧ appareret ſcriptum manu cancellarii ſcribentis introitus & exitus dicti camerarii. ❡Dicimus tamen q̧ cancellarius uel alius qui eſſet deputatus ad ſcribendum introitum & exitum camerarii, non debeat aliquid ſcribere uel mittere ad eius introitum uel exitum, niſi præſente dicto camerario, q̧ ſi ſecus fecerit dictus cancellarius, & error uel fraus appareret in hiis, quæ ſcriberet ad rationem dicti camerarii, tunc dictus cancellarius puniatur in dicta pœna. xx. lib. deñ. & camerarius non patiatur pœnam. ❡Et Poteſtas ciuitatis Eſii teneatur ex debito ſui iuramenti facere obſeruari hoc, inquirere diligenter, & repertos culpabiles punire de prædictis. ❡Et prædicta non poſſint per parlamentum uel aliquod conſilium cōmunis ciuitatis prædictæ caſſari uel irritari, & hoc ſit præciſum. Et inſuper ipſe contrafaciens ad perpetuam ſui infamiam & opprobrium in palatio cōmunis Eſii depingatur, & circumcirca ipſius figuram deſcribatur delictum quod cōmiſerit. ❡Inſuper dicimus dictum camerarium debere puniri in ſupradicta pœna, ſi non ſoluerit ſuo ſucceſſori infra. x. dies poſt factam rationem per ſuos ratiocinatores totum id quod fuerit declaratum per eos debere ſolui uel reaſſignari dicto cōmuni. ❡Et in omnibus prædictis caſibus illicite extorta a quibuſcunq; officiales reſtituere compellantur in duplum.

## ❡De pœna uniuerſitatum & ſingularum perſonarum non capientium rixantes. Rub. LVIII.

STatuimus & ordinamus, q̧ uniuerſitas contratarum ſeu parochiarum & cappellarum, & quælibet ſingularis perſona de dicta parochia, ciuitatis, comitatus, & diſtrictus Eſii, teneatur & debeat capere & captos præſentare domino Poteſtati omnes rixantes cum ſanguinis effuſione de die tamen intra uniuerſitatem ipſorum cum armis ad deferendum uetitis, pœna & banno cuilibet uniuerſitati. xxv. lib. Et hoc intelligatur de maleficiis cōmiſſis a campana diei uſq; ad tertium ſonum campanæ communis, quæ pulſatur de ſero. Saluo q̧ minores quatuordecim annorum, & mulieres, & infirmi, & ſeptuagenarii uel abſentes, & aliȩ miſerabiles perſonæ prædictis pœnis non intelligantur incluſæ.

## ❡Quod ſyndici ciuitatis & diſtrictus Eſii teneantur denunciare maleficia. Rub. LIX.

STatuimus & ordinamus, q̧ ſyndici comitatus & diſtrictus Eſii teneantur denunciare coram Poteſtate uel ſuis officialibus communis Eſii, de furtis, inſultibus, & blaſphemiis Dei aliorumq; ipſius ſanctorum, & iurantes ſanguinem & corpus & alia membra Dei & glorioſæ uirginis Mariæ matris eius, & aliorum eius ſanctorum, & blaſphemantes carboncellnm, & anguinaliam, uel aliud peſtilentiale, & de rixis & percuſſionibus cum ſanguine & ſine, & quibuſcunq; aliis maleficiis, etiam inter pueros maiores quatuordecim annorum. Et ſiquis fuerit negligens in prædictis, puniatur pro quolibet & qualibet uice in. C. ſol. cōmuni Eſii, & ſeruata forma ſtatuti proximi inferioris. ❡Hoc tamen intellecto q̧ prædicti ſyndici cōmunitatis & diſtrictus Eſii pœnas prædictas incurrāt infra tertiam diem ſeu ad quintam diem ad minus ſyndici comitatus & diſtrictus a tempore commiſſi maleficii uel iniuriæ non denunciauerint prædicta maleficia, ſiue de die ſiue de nocte perpetrata fuerint. ❡Et quòd pro præſentationibus



nibus perſonarum ipſorum ſyndicorum coram poteſtate & ſua curia in eorum aduentu non grauentur aliquid ſoluere poteſtati uel curiæ pro ſola præſentatione, pœna exigenti aliquid a prædictis. x. lib. pro quolibet & uice qualibet de facto incurrenda & exigenda. Et q̧ pœnas negligentium ſyndicorum in cōmune uenire faciant de facto & non in ipſius prætoris & curiæ utilitatem ſub eadem pœna. ❡Si autem fuerit negligens in denunciando homicidium & homicidam, pœna. x. lib. puniatur. De damno dato. xx. ſol. puniatur, denuncians cuſtos poſitus & non ſyndicus. Et ſiquis de diſtrictū Eſii receperit offenſam ab aliquo, teneatur ipſum denunciare & notificare ſi offenſus fuerit ſyndico caſtri eius. ❡Poſſit tamen poteſtas & uicarius mitigare dictas pœnas dicto ſyndico quando non erit ſibi denunciatum maleficium uel alias ſibi notum ſuo arbitrio, ſecundum q̧ inuenerit dictum maleficium non denunciatum eſſe occultum uel manifeſtum. ❡Dicimus tamen unum q̧ intelligatur maleficium non denunciatum per ſyndicum quantum ad pœnam eius, etiam ſi plura & diuerſa maleficia eſſent cōmiſſa inter rixantes, ſi eodem tempore facta ſunt uel cōmiſſa, ſecus ſi diuerſis temporibus quantumcunq; inter eaſdem perſonas.

## ❡De pœna illorum qui non denunciauerunt ſyndicis caſtrorum comitatus Eſii iniurias ſibi illatas. Rub. LX.

STatuimus & ordinamus, q̧ ſi alicui uel aliquibus de comitatu & diſtrictu Eſii aliqua iniuria uel offenſa, ad quarum denunciationes ſyndici comitatus & diſtrictus teneantur & debeant qui uel quæ paſſi & paſſȩ fuerunt iniuriam prædictam uel offenſam infra ſecundam diem a die illatæ iniuriæ uel offenſæ denunciare ſyndico caſtri per ſe uel alium dictam iniuriam uel offenſam, q̧ ſi negligentes fuerint, teneantur ad dimidium condemnationis, qua condemnatur ſyndicus occaſione dictæ iniuriæ uel offenſæ non denunciatæ, & applicetur dictum dimidium & ſoluatur ſyndico ignoranti, ad quam ſoluendam ſummarie compellatur ſine figura & ſtrepitu iudicii ſalua pœna contra ſyndicos in ſtatuto contenta, quia non denunciauerunt rixas ſiue offenſas, quam ſoluere teneantur.

## ❡De bannitis & condemnatis q̧ non habitent in ciuitate & diſtrictu Eſii. Rub. LXI.

AD hoc ut banniti & condemnati non habitent uel ſtent in ciuitate uel comitatu Eſii, ut melius puniantur de eorum delictis. Statuimus & ordinamus, q̧ dominus Poteſtas & rector, qui pro tempore fuerit, teneatur ad introitum ſui officii ſacramento & banno, & pœna. xxv. lib. deñ. de ſuo ſalario auferenda, ſi negligens fuerit de contentis in præſenti ſtatuto, in qualibet contrata, caſtro, cappella ſiue parochia, & uniuerſitate ciuitatis & diſtrictus Eſii habentibus a duodecim fumantibus ſupra eligere & eligi facere duos bonos homines dicti caſtri & dictorum locorum, qui habeant in bonis. xxv. lib. ad minus uel ualorem, qui officiales teneantur pœna & banno. x. librarum pro quolibet & qualibet uice notificare domino Poteſtati, Rectori, ſeu Vicario, omnes & ſingulos bannitos, & condemnatos communi Eſii, qui habitauerint & ſteterint publice uel palam in contratis eorum, poſtquàm banniti & condemnati fuerunt & nomina illorum qui ipſos bannitos in eorum domibus receptarent. Qui Poteſtas, Rector, uel Vicarius recepta dicta notificatione incontinenti teneatur mittere ſuam familiam, & Officiales cum dictis Officialibus ad capiendum dictos bannitos & condemnatos expenſis dictorum bannitorum, & condemnatorum, ſeu illorum qui ipſos bannitos & condemnatos receptarent uel te-

nerent in eorum domibus. Et nihilominus idem poteſtas, rector, uel uicarius debeat pronunciare contra dictos receptatores ſecundum formam ſtatuti loquentis de receptatoribus bannitorum & condemnatorum. Et quilibet poſſit dictos officiales, ſi negligentes fuerint in eorum officio accuſare & denunciare, & habeant medietatem banni, ſi probauerit dictos tales bannitos & condemnatos ſtetiſſe palam in eorum contratis ab uno die ſupra, per unum uel duos teſtes bonæ conditionis & famæ, quorum officium duret per ſex menſes a die quo eorum officium iurauerunt.

¶ Quod nemini liceat excaſare. Rub. LXII.

QVoniam reipublicæ intereſt ciuitatem frequentia hominum abundare. Ideo præſenti ſtatuto mandamus, ꝙ ſiquis tam habitator ciuitatis Eſii q̃ comitatiuus habuerit unicam duntaxat domum, illam ſibi uendere non liceat, nec modo aliquo alienare, uel excaſare præſumat, niſi primo datis idoneis fideiuſſoribus de non relinquendo continuam habitationem tam ciuitatis q̃ comitatus Eſii, & ꝙ continuo quouſq; uixerit dictam habitationem non relinquet, uel niſi de licentia conſilii generalis. Et ſi aliter domum uenderet uel modo aliquo alienaret, domus taliter alienata contra formam præſentis ſtatuti ipſo iure deueniat in cõmune. Et nihilominus taliter contrafaciens pœnam. L. ducatorum incurrat niſi pro ſe redimendo ab hoſtibus uel aliqua alia extrema neceſſitate compulſus, de qua ſit in arbitrio dominorum Priorum cognoſcere cum adiunctione cõſilii credentiæ ciuitatis Eſii. Et prædicta non habeant locum in alienatione neceſſaria facta iudicis autoritate per adiudicationem ex primo & ſecundo decreto creditori.

¶ De condemnationibus faciendis menſe quolibet per poteſtatem. Rub. LXIII.

STatuimus & ordinamus, ꝙ poteſtas ſingulis menſibus ſaltem ſemel in ſcriptis in conſilio generali, condemnare uel abſoluere teneatur omnes, de quibus facta fuerit accuſatio uel denunciatio de aliquo uel per ipſum dominum poteſtatem uel eius officiales eorum officio contra aliquem per inquiſitionem proceſſum fuerit, & ad probationem proceſſerit. Quas probationes teneatur recipere ac ſuſcipere, ꝙ ſi non poſſet expedire in primo menſe datę accuſationis uel denunciationis, uel initiatæ inquiſitionis, teneatur hoc facere in altero menſe proxime ſequenti. Et poſſit de hoc petere licentiam a conſilio dictas condemnationes uel abſolutiones differendi ultra duos menſes. ¶ Et facta condemnatione uel abſolutione condemnatorum uel abſolutorum, teneatur poteſtas incontinẽti reddere & reddi facere maſſario cõmunis Eſii omnes condemnationes & abſolutiones, quas fecerat cum fideiuſſoribus condemnatorum. Et deinde non audiantur aliqua uel aliquæ exceptiones ab aliquo condemnato. ¶ Et de omnibus condemnationibus & notulis faciendis ſcribantur duo libri eiuſdem tenoris, in quibus per omnia ſit idem ante quam legantur condemnationibus ſeu mulctis publicatis. Vnus ex dictis quaternis detur maſſario cõmunis, & alter quaternus ſeu liber detur exactori cõmunis Eſii. Et ꝙ ſemper quando de aliqua condemnatione reuocaretur in dubium, poſſit haberi recurſus ad quaternũ ſeu librum prædictum. Et ille liber ſeu quaternus debet haberi & uideri tempore procuratoris, maſſarii, & exactoris cõmunis Eſii. Et hoc addito ꝙ pręciſe debeat obſeruari hoc ſtatutum, & uendicet ſibi locum a die publicationis in antea.

¶ De pœna offendentium ciues & diſtrictuales ciuitatis Eſii. Rub. LXIIII.

STatuimus inſuper & ordinamus, ꝙ ſi aliquis forenſis, uel oriundus aliunde q̃ de ciuitate uel diſtrictu Eſii, auſus fuerit uel attentauerit offendere aliquem ciuem terrigenam uel diſtrictualem ciuitatis Eſii dicto uel facto, puniatur in duplum eius, quo puniri deberet ciuis offendens ciuem in ſimili caſu, & offenſa ſi fuerit cum armis & ſanguinis effuſione, & dictam pœnam ſoluere non poterit infra terminum ſtatuendum ſibi per Poteſtatem uel eius Vicarium, ꝙ manus debeat ſibi amputari. ¶ Forenſis autem intelligatur qui habet originem aliunde q̃ de ciuitate & diſtrictu Eſii, & non moretur ſiue ſtet, ſiue habitet cum tota eius familia, & non habitauerit a quinq; annis citra in ciuitatem Eſii uel diſtrictu continue, quo ad duplicationem pœnarum tantum.

¶ De pœna incidentium uites alterius uel alias arbores fructiferas. Rub. LXV.

STatuimus & ordinamus, ꝙ nullus de ciuitate uel diſtrictu Eſii, nec etiam forenſis, audeat uel præſumat uites alterius uineæ incidere, uel cauare, ſeu euellere, contra uel præter domini uoluntatem. Et ſi aliquis contrafecerit, ſiquidem inciderit, uel euulſerit, ſeu cauauerit ſolũmodo uſq; ad quinq; uites, condemnetur cõmuni pro qualibet uite in. C. ſol. Abinde uero ſupra in. C. lib. condemnetur. Niſi fuerit pergula in dicta ciuitate Eſii, quo caſu puniri uolumus in. xxv. lib. deñ. Dum tamen in omnibus caſibus ſupradictis de bonis ipſius malefactoris damnum reſarciatur domino uineæ uel pergulæ inciſæ uel captæ. Et de dicto dãno ſtetur ſacramento ipſius domini ſine aliqua probatione, & hoc ſit præciſum. ¶ Siquis uero inciderit alicui aliquam arborem fructiferam condemnetur arbitrio domini Poteſtatis, conſiderata quantitate & qualitate arborum, dummodo pœna non excedat quantitatem, L. lib. Et dũmodo etiam per hoc ſtatutum non derogetur pœnis de hac materia in aliis ſtatutis expreſſis, & nihilominus emendet damnum ut ſupra. ¶ Idem dicimus quocunq; modo quis deſtruxerit dictas arbores, uel cum igne, uel alio modo, dummodo prædicta, facta fuerint, dolo uel culpa. Si uero caſualiter, teneatur tantum ad emendationem damni.

¶ Quod dominus Poteſtas & ſui officiales & alii officiales cõmunis Eſii non poſſint aliquem condemnare ſine iuſta cauſa. Rub. LXVI.

STatuimus & ordinamus, ꝙ Poteſtas, iudex, ſocius uel quiuis alius officialis ipſius uel cõmunis Eſii, non poſſit nec debeat aliquem condemnare, niſi iuſta cauſa extiterit. Et ſi ſecus fecerit Poteſtas, condemnetur in. xxv. lib. deñ. Et quilibet alius officialis in. x. lib. Et condemnatio ſit ipſo iure nulla, & quicquid exinde ſequutum fuerit ab omni damno & expenſis dictũ condemnatum & ſuos heredes conſeruent indemnes a quolibet dãno.

¶ Quod Poteſtas poſſit punire maleficia per ſuũ prædeceſſorem nõ punita. Rub. LXVII.

STatutum & ordinatum eſt, ꝙ ſi Poteſtas uel Rectores, qui pro tempore fuerint, quãuis omiſerint punire, uel reliquerint maleficia perpetrata tempore ſui regiminis uel ante. Venturus Poteſtas, & uenturi rectores teneantur & debeant illos malefactores ſi cõmiſerint talia maleficia per unum annum ante principium officii noui Poteſtatis, punire & condemnare toto poſſe, ac ſi temporibus ipſorum facta fuiſſent. Quod ſi non fecerint, amittant de ſuo ſalario. L. lib. pro quolibet maleficio ab eis impunito relicto, dummodo ad aures eorum peruenerint aliquo modo per accuſationem uel denunciationem. Et idẽ intelligatur in omnibus officialibus adhoc poſitis.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

¶ Quod condemnati cõmunis Eſii poſſint ſe defendere per procuratorẽ. Rub. LXVIII.

STatutum & ordinatum eſt, ꝙ omnes & ſinguli banniti & condemnati cõmunis Eſii, qui accuſarentur, uel denunciarentur, uel inquirerentur ex officio, durante banno prædicto, de alio maleficio ſeu crimine, q̃ de eo quo banniti & condemnati fuerunt, poſſint ſe defendere per procuratores in cauſis, in quibus debet admitti procurator a iure cõmuni uel p ſeipſos. ¶ Et Poteſtas & Rectores ciuitatis Eſii tenecãtur ſibi dare & ſeruare ſecuritatem de prædictis bannis & condemnationibus præcedentibus, donec de maleficio uno uel pluribus, cuius cauſa procederetur contra, fuerit diffinitum. Ita tamen ꝙ ſi per ſe & perſonaliter comparere uoluerit ſtet in carceribus cõmunis Eſii quouſq; proceſſus expediatur. Et teneatur Poteſtas & officialis finito proceſſu per ſententiam abſolutoriam eum relaxare priſtinæ libertati ſi uoluntarie ſe præſentauerit. Si autem per procuratorem uoluerit ut ſupra ſe defendere, audiatur per Poteſtatem in ipſa defenſione ſine aliqua pœna ipſi procuratori imponenda.

¶ De termino dãdo cõdẽnatis & fideiuſſoribus repręſentatibus principalẽ. Rub. LXIX.

ITem ſtatuimus & ordinamus, ꝙ nulla condemnatio exigi debeat a condemnatis eis inuitis infra. x dies proxime ſequentes poſt eorum ſententiam. Sed elapſis dictis decẽ diebus, nulla appellatione interpoſita poſſit fieri executio contra eos tam in perſona q̃ in rebus, & etiam contra eorum fideiuſſores & eorum bona. ¶ Sed contra fideiuſſores eorũ non fiat executio ſi repræſentant principalẽ uel aſſignat de eorũ bonis mobilibus, in quibus licite poſſit fieri executio, alias ipſi fideiuſſores poſſint cogi. ¶ Dicimus tamen ꝙ nullus fideiuſſor poſſit repræſentare ſuum principalem ante decem dies poſt latam ſententiam contra principalem. Sed poſt dictos decem dies licitum ſit fideiuſſori repræſentare coram domino Poteſtate ſuum principalem. Et facta repræſentatione prædicta, Poteſtas debeat cogere principalem in carceribus uel alibi ad ſoluẽdum ſuam condemnationem. ¶ Et facta ipſa repræſentatione ipſe fideiuſſor ſit liber a ſua fideiuſſione, dum tamen repręſentatio prædicta fiat coram Poteſtate in palatio cõmunis, ita ꝙ repræſentet eum in fortiam Poteſtatis. ¶ Repræſentatio uero aliter facta q̃ ſupradictum eſt, non teneat nec liberet fideiuſſorem. ¶ Inſuper dicimus ꝙ Poteſtas non poſſit aliquem uel aliquam relaxare ſub fideiuſſoribus, qui uel quæ deberet per formam noſtrorum ſtatutorum uel etiam iuris cõmunis, ubi ſtatuta deficerent, corporaliter puniri, pœna. ccc. lib. Saluo ꝙ ſi aliquis uel aliqua in defectum ſolutionis pœnæ pecuniariæ deberet puniri corporaliter, & ille uel illa tunc ſi uellet facere depoſitum uel etiam ſoluere condemnationem eius in quo deberet condemnari penes camerarium cõmunis, ꝙ tunc ſit ei licitum adhoc ut non detineatur. Et tunc Poteſtas poſſit eum uel eam deponentem ſic uel ſoluentem libere relaxare ſine aliqua pœna.

¶ Quod fideiuſſores conſeruentur indemnes. Rub. LXX.

STatuimus & ordinamus, ꝙ ſi aliquis fideiuſſor pro aliqua perſona ſingulari uel ſpeciali uel uniuerſitate occaſione alicuius maleficii, & ob illius maleficium fuerit condẽnata, & fideiuſſor ſoluerit. Ille malefactor debeat ſuũ fideiuſſorem indemnem conſeruare, & ſi non fecerit Poteſtas ſiue Rector ciuitatis Eſii habita ſuper hiis ſummaria & de plano ſine figura & ſtrepitu iudicii cognitione debeat ipſum malefactorem ſeu condemnatum capere ſeu capi facere ad petitionem ſui fideiuſſoris uel ſui procuratoris, & ipſum detinere in carceribus, donec ipſum fideiuſſorẽ indemnẽ conſeruauerit. Et ſi capi non poterit forbanniatur,



niatur, & ſit in perpetuo banno, & de eo exire non poſſit, niſi prius fideiuſſorem ſuũ indẽnẽ conſeruauerit de dãno & intereſſe, de quibus credatᷣ ſacramento fideiuſſoris, & nihilominus ſi fideiuſſor uoluerit liceat ei Poteſtatis uel iudicis autoritate ingredi tenutam & corporalem poſſeſſionem, & appręhendere de rebus & bonis condemnati, & ſic ipſum indẽnem conſeruare. Et ꝙ fideiuſſores condemnatoꝝ non teneantᷣ nec debeant ſoluere quartam condemnationum, nec ab eis cogi poſſint nec debeant. ¶ Si uero fideiuſſores pro aliquo uicario ſeu ſyndico ſeu cuſtode extimatore, uel alio officiali electo per aliquam uniuerſitatem, occaſione ſui officii exercendi, & dicti officiales ex dicta cauſa in aliqua quantitate fuerint condemnati, ꝙ uniuerſitas ſeu homines uniuerſitatis cuius officialis extiterit, ipſum fideiuſſorem ſeu fideiuſſores a dicta condemnatione ſeu fideiuſſione indemnes conſeruare omni modo teneantᷣ. Et prædicti officiales pro quibus prædicti fideiuſſerunt, & etiam uniuerſitas, ſeu uniuerſitates, quæ tales officiales elegerunt, prius ad ſoluendum cõdemnationem eorũdem faciendam per ipſum dñm Poteſtatem, ſeu eius officiales & dicti cõmunis, conueniantur & compellantur, q̃ prædicti fideiuſſores, qui pro eis fideiuſſerunt. ¶ Adiicientes ꝙ dictum ſtatutũ & omnia, quæ continentᷣ in eo, in fauorem fideiuſſorum intelligantᷣ & locum habeant etiam ſi aliquis fideiuſſerit, uel pro aliquo ſe principaliter obligauerit, uel alterius obligationem in ſe ſuſceperit in iudiciis, ex quacunq; cauſa, & quocũq; modo qui ꝓ alio ſe obligauerit uel obligationẽ alterius in ſe ſuſceperit in iudiciis tm̃.

¶ Quod omnes banniti & condemnati ſcribantur in uno quaterno. Rub. LXXI.

STatuimus & ordinamus, ꝙ quilibet Poteſtas & Rector ciuitatis Eſii, teneatᷣ ſucceſſiue omnes bannitos & condemnatos cõmunis Eſii ſcribi facere, & nomina illorũ qui ſunt condemnati, in uno quaterno, qui debeat eſſe penes notarium reformationum, ſeu cancellarium cõmunis Eſii, quorum nomina legantur per eum ſingulis tribus menſibus in conſilio generali, exceptis nominibus mortuorum & exitorum de banno, pœna cancellario non legenti quattuor librarum qualibet uice.

¶ De pœna mutantis ſeu occultantis nomen ſuum ſeu prænomen. Rub. LXXII.

STatuimus & ordinamus, ꝙ ſi aliquis mutauerit ſibi nomen ſeu prænomen uel agnomen doloſe & fraudolenter uel aſſeuerauerit ſibi falſum nomen in contractu ultima uoluntate uel iudicio, uel etiam extra iudicium, in lib. xx. dẽ. condemnetur. Et ſi ex tali mutatione ſeu aſſertione alter damnificatus fuerit teneatur ad reſtitutionem damni. Et ſi non ſoluerit dictam pœnam infra. xv. dies a die condemnationis factæ de eo, uel poſtq̃ peruenit in fortiam cõmunis, ponatur in carceribus, & exinde non extrahatur, quouſq; ſoluerit condemnationem. ¶ Et ſi mutauerit ſibi nomen, cum fuerit interrogatus ab aliquo officiali ſeu familia alicuius rectoris uel officialis eundo ſcrutando pro armis uel aliis pro ſuo officio exercendo, de die uel de nocte, puniatur in. xl. ſol. dẽ. de facto & ſine aliqua remiſſione uel dilatione. Et officiali dictam negationem ſeu mutationem nominis referenti plene credatur.

¶ Quod poſſit impune uerberare quilibet familiam ſuam. Rub. LXXIII.

STatuimus & ordinamus, ꝙ quilibet dominus & domina poſſit impune uerberare ſeruientem ſuum, pediſſequam, uxorem amaſiam cuiuſcunq; ætatis ſint, fratres, & ſorores, & fratrum & ſororum filios & filias ſecum habitantes, & ſuam familiam uerberare, corrigere, & corrigendo percutere. Et famulus famulum corrigere & percutere poſſit exi-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

ſtentem cum dicto domino in una habitatione, ſi ſanguis nõ exiuerit, dum tamen percuſſio ſit ſine ferro. & non ſit enormis. Et ſyndici comitatus & diſtrictus Eſii, non poſſint nec teneantur facere aliquam denunciationem. Et ꝙ Poteſtas, eius iudex, & officiales uel notarii de prædictis uel aliquo prædictorum, nullam audiant querelam, denunciam, uel accuſam. Et talis exceptio ſeu defenſio omnem proceſſum impediat. Et proceſſus factus ſit ipſo iure nullus in quacunq; parte litis fuerit oppoſita dicta exceptio, ſiue ante excuſationem ſiue poſt uſq; ad ſententiam.

¶ Q d nullus quærat ius uel actionẽ doloſe in re detenta ab ipſo uel alio. Rub. LXXIIII.

STatuimus & ordinamus, ꝙ nullus doloſe ius ſibi, uel actionem quærat in re detenta ab ipſo, & quæ etiam detinebatur per ſuos maiores ad affictum uel ad naulum, uel aliquam annuam præſtationem, uel ad laboritium, uel ad ſoccitam, uel etiam in re quę ab illo detineretur uel poſſideretur, ſi de prædictis apparet publicum inſtrumentum. Et ſi aliquis contrafecerit contractus ſit ipſo iure nullus, nec præiudicet concedenti decepto, nec in aliquo acquirenti proſit beneficium alicuius ſtatuti, nec etiam iuribus cõmunis in prædictis caſibus uel ſimilibus. Inſuper nec decepto noceat alicuius temporis curſus uel præſcriptio in prædictis. ¶ Adiicientes ꝙ tam emptor ꝗ uenditor in. x. lib. cõmuni Eſii condemnetur, & eadem pœna puniatur ille qui ex ſupradictis poſſeſſionem teneret, ſi alicui tertio alienaret uel traderet, & teneatur ſuis expenſis recuperare & reddere ei a quo acceperit ad naulum ſeu penſionem uel alio ſupradicto modo.

¶ De pœna frangentium columbarias uel capientium columbos ſeu baliſtantium, aut proiicientium lapides contra eos. Rub. LXXV.

STatuimus & ordinamus, ꝙ quicunq; de die uel de nocte columbos de alicuius columbaria expulerit uel fregerit columbarias, & inde aliquid derobbauerit palam, uel furatus fuerit clandeſtine dictas aues, uel derobbando columbos uel alias res, cõmuni in. C. lib. deñ. condemnetur ſine aliqua remiſſione & damnum dominis emendet, facta-mento eorum uſq; ad. x. lib. deñ. paruorum declarandum per dominos dictorum columborum. Abinde ſupra probet legitimis documentis. Et ſi non habuerit unde ſoluat infra decem dies per ciuitatem Eſii fuſtigetur. Et ſi aliquis paſſus fuerit ſe in banno poni nullatenus extrahatur, donec ſoluerit dictam pœnam. Et qui ceperit aliquem columbum domeſticum uel de columbaria, uel interfecerit contra uoluntatem domini ipſius, condẽnetur in. xxv. lib. pro quolibet columbo. ¶ Siquis autem baliſtauerit, uel cum arcu ad paluttas traxerit uel ſagittauerit contra columbos domeſticos, ſiue ſaluaticos exiſtentes in columbaria uel ibi prope interficiendo uel non, puniatur pœna prædicta, & poſſit quilibet accuſare, & habeat medietatem banni, & teneatur ſecretus. Si uero de columbaria cum lapidibus uel aliter expulerit, in. xl. ſol. uice qualibet puniatur. Si uero cum retibus uel alio ingenio dictos columbos de columbaria intus uel extra ciuitatem uel caſtra ceperit, puniatur quilibet & qualibet uice in dictis. xx. lib. & de facto & ſine remiſſione.

¶ De pœna deuaſtantium domos. Rub. LXXVI.

STatuimus & ordinamus, ne fiat deformatio urbis & ciuitatis & noſtrorum caſtrorum & uillarum, ꝙ quicunq; deuaſtauerit aliquam domum propriam, ſeu ſuperius tectum, ſeu parietes uel planeatum alicuius domus, condemnari & puniri debeat in. xx. lib. deñ. paruorum, & ad refectionem eius quod deuaſtauerit, niſi hoc faciat de uolunta-

te domini



te domini Poteſtatis, & dominorum Priorum, uel cauſa reaptandi, & in melius reformandi. Quam reaptare & reformare debeat in terminum ſibi arbitrio Poteſtatis ſtatuendum ſub dicta iam pœna.

¶ De pœna illius qui aliquem accuſauerit coram alio iudice, ꝗ coram officiali ciuitatis Eſii. Rub. LXXVII.

STatuimus & ordinamus, ꝙ ſi aliquis ciuis uel habitator ciuitatis Eſii uel comitatus & diſtrictus eius, palam uel ſecrete aliquem ciuem uel comitatiuum habitatorem dictæ ciuitatis, uel aliquem comitatiuum & diſtrictualem dictæ ciuitatis Eſii accuſauerit, detulerit, uel denunciauerit coram quocunq; alio iudice, uel officiali, uel alia quacunq; perſona, ꝗ coram officialibus communis Eſii de aliquo maleficio uel delicto, uel rebus commiſſo, uel de rebus uel mercimoniis diſtrictus noſtri portatis de quibuſcunq; locis dictæ ciuitatis ad loca deuetita, uel de illa re, uel aliis quibuſcunq; & cuiuſcũq; conditionis exiſtant, niſi coram illo iudice qui alias eſſet competens, condemnetur uice qualibet in. xxv. lib. deñ. ſine aliqua remiſſione. Et contrafaciens in prædictis ultra dictas pœnas, puniatur pœnis ſupra in libro ciuilium expreſſis.

¶ De pœna deuaſtantium panteras, ſeu frangentium uel derobbantium uel furantium aues. Rub. LXXVIII.

STatuimus & ordinamus, ꝙ quicunq; fregerit ſeu deuaſtauerit panteram alicuius, in. xxv. lib. deñ. uice qualibet puniatur. ¶ Siquis autem aues utputa anates expulerit ſeu fugauerit, in. x. lib. uice qualibet puniatur. ¶ Siquis autem retia traxerit, & aues ceperit, pro qualibet anate in duabus libris uice qualibet, & pro quolibet condemnetur. Et nihilominus in omnibus ſupradictis caſibus damnum emendet. Nec liceat alicui appropinquare dictis panteris per ſpacium uiginti cannarum, nec animalia infra dictum ſpacium retinere uel paſcere, pœna. xx. ſol. cuilibet contrafacienti. Niſi habentibus tantum proprios campos ſeu poſſeſſiones iuxta dictas panteras, quia tunc eis liceat ſuis poſſeſſionibus & campis uti pro libito uoluntatis.

¶ De uictualibus uendendis per comitatum ſecundum formam præſentis ſtatuti, & pœna contrafacientium. Rub. LXXIX.

STatutum & ordinatum eſt pro qualitate hominum ciuitatis & comitatus Eſii, ꝙ homines totius comitatus & diſtrictus panem, & uinum, carnes, & alia quæcunq; uictualia ſecundum modum & formam atq; conſuetudinem ciuitatis uendant per monetas, quę expenduntur in dicta ciuitate & non ultra, pœna & banno. C. ſol. pro quolibet & qualibet uice qua contrafecerit. Et quilibet poſſit accuſare & denunciare, medietas cuius banni ſit cõmunis, & alia medietas accuſatoris ſeu denunciatoris, & nomen ſuum teneatur ſecretum. Et uendant etiam cum menſuris & ponderibus cõmunis, quibus uti ciues debent in ciuitate, & non cum aliis ſub dicta pœna.

¶ De ordinamentis non faciendis a mercatoribus & aliis artificibus. Rub. LXXX.

STatuimus & ordinamus, ꝙ non liceat mercatoribus, uel artem aliquam facientibus & exercentibus in ciuitate Eſii uel eius comitatu & diſtrictu, ſine expreſſa licentia conſilii generalis ciuitatis Eſii facere ordinamenta conuentiones, & prouiſiones, colligatio-

nes,conuenticulam,coadunationem,ſeu fraternitatem,ſiue monopolia ,quocunq; colore
queſito iuramenta,uel aliqua alia faciant,uel ordinamenta ordinent quocunq; nomine cẽ
ſeantur,quæ formam & modum ſuis mercationibus dent ſeu inferant.Sed contenti eſſe
debeant eorum artes facere & exercere ſecundum formam iuris & ſtatutorum cõmunis
Eſii factorum & faciendorum.Et qui contrafecerint ſoluãt pro banno.x.lib.deñ.pro quo
libet & qualibet uice cõmuni Eſii,tam facientes q̃ conſentientes. Et fingantur ipſa ordina
menta ipſo iure nulla,& artem ipſam non poſſint deinde ad quinq; annos exercere.Et qui
libet poſſit & debeat contrafacientes denunciare & accuſare, & habere debeant medieta-
tem condemnationis,quæ fieret de prædictis, & nomen ſuum in credentia teneatur. Et
iudex maleficiorum ſingulis menſibus ſolennem facere inquiſitionem teneatur.

¶De uiis & plateis publicis. Rub. LXXXI.

STatuimus & ordinamus,q; nullus occupet uel occupatas teneat aliquas uias uel ſtra
tas publicas poſitas in ciuitate Eſii,nec in aliqua parte comitatus & diſtrictus dictæ
ciuitatis Eſii. Nec ædificet uel fundet ſuper ipſis uiis,ſeu iuxta ſtratas cõmunis, ſine licen
tia domini Poteſtatis.Et qui contrafecerit,puniatur pro quolibet in.xl.lib. deñ. & occu-
patum cogatur reſtituere.Et ſyndici caſtrorum uel uillarum,& quilibet alius poſſit accu-
ſare & denunciare,& ad prædicta facienda quælibet uniuerſitas de foris eligere debeat ſal
tem duos officiales.qui prædicta denunciare cogantur,ſub pœna.xx. ſol. pro quolibet &
qualibet uice cum fuerint negligentes. ¶Adiicientes q; quicunq; fregerit ſeu deuaſtaue-
rit ſtratam ſeu uiam aliquam publicam uel uicinalem,ſit ei pœna.x.lib. de facto auferen-
da,& teneatur eam reducere ad ſtatum priſtinum,uel ſuis expenſis facere ſupradictas ſtra
tas ſeu uias & pontes idoneos,& eas manutenere ſufficientes per quos libere poſſit iri &
careggiari. Et hoc Poteſtas præciſe fieri facere teneatur infra.xv. dies, poſtq̃ eis denun-
ciatum fuerit, & qui facere recuſauerit, pro banno.x. lib. deñ. ſoluat, & nihilominus
prædicta facere teneatur.

¶De pœna mutantium curſum aquæ. Rub. LXXXII.

STatuimus & ordinamus,q; quicunq; de ciuitate Eſii uel diſtrictu mutauerit a decem
annis citra,ſeu mutauerit in futurum aquam de antiquo & uſitato curſu ſuo,in detri-
mentum conuicini ſui debeat ipſam aquam ad priſtinum & antiquum curſum , ſiue locũ
ipſius aquæ reducere,etiam per ſuam poſſeſſionem, ad hoc ut non uergat in præiudicium
uicini,& ei poſſit nocere. Et incidat in pœnam.C.lib. Et ſimiliter ſi fecerit ſiccas cauſa pi-
ſcandi,& tales mutantes curſum aquæ quilibet poſſit impune offendere, & quod factum
eſſet deſtruere.Et qui contrafecerit,& admonitus a iudice etiam,& non reduxerit, ſoluat
pro banno cõmuni Eſii.x.lib. Et nihilominus teneatur reducere dictam aquam ad anti-
quum curſum infra octo dies ad petitionem ſui conuicini ſuſtinentis damnum & refice-
re damnum conuicino ſuo quod ſuſtinuerit dicta de cauſa,& credatur ſacramento ſuſti-
nentis damnum uſq; ad quantitatem.C. ſolidorum.

¶De pœna renouantis rem uel poſſeſſionem per alium poſſeſſam,& quam alius te
net uel tenuerit præter uoluntatem eius cui primo fuerit reno-
uata ſeu ius habentis. Rub. LXXXIII.

SAnctione præſenti ſtatuimus,q; nemini liceat rem emphitheoticam, quam alius ha-
bet,tenet,& poſſidet,& quam renouauerit ab aliqua perſona,renouari ſibi facere , ſeu
in emphi-



in emphitehoſim modo aliquo recipere præter uoluntatem primo renouantis,ſeu primo
rem prædictam,ſeu res poſſidentis,uel modo aliquo detinentis,uel ius habentis a primo
poſſidente,renouante,ſeu tenente,ſeu ſucceſſorum ſuorum,ſeu ipſius, & qui contrafecerit
ſibi fieri faciendo renouare uel alio modo ius acquirens modo ſupradicto, autoritate præ
ſentis ſtatuti ſint priuati omni iure,quod ex huiuſmodi renouatione ſeu iuris acquiſitio-
ne acquiſiuiſſet, & deueniat in perſonis nominatis primo renouantibus uel tenentibus
quoquo modo uel ut ſupra,ſine alia prolatione ſententiæ. Et nihilominus condemnetur
cõmuni Eſii in.xxv.lib. deñ. Et prædicta habeant locum in futuris tantum. Saluo q; li-
citum ſit unicuiq; refirmari ſine pœna omnes res palmenta & domos quæ non poſſide-
rentur per aliquos inter præſentes , ſi abſens fuerit a ciuitate & comitatu ille, cuius eſſet
res, refirmatio non ualeat, ſed cadat in pœnam.

¶Quod nemo deuaſtet uel frangat muros cõmunis. Rub. LXXXIIII.

STatuimus & ordinamus,q; ſiquis deuaſtauerit uel fregerit muros ciuitatis & caſtro-
rum eiuſdem,uel foueam uel foſſatum Eſii uel caſtrorum deſtruxerit uel repleuerit,
uel in eis muris feneſtram ſeu foramen fecerit ſuis expenſis reficiat & reſtauret. Et nihilo-
minus in.L.lib.debeat condemnari de muris, de foſſatis uero in. xx. ſol. pro quolibet &
qualibet uice.Poſſint tamen prædictæ pœnæ augeri arbitrio Poteſtatis & Priorum ciuita
tis Eſii in dictis caſibus,ſecundum qualitatem temporis & perſonæ cõmittentis prædi-
cta, & ſecundum quantitatem dictæ rei deſtructæ.

¶De pœna diffamantium aliquos de aliqua re turpi. Rub. LXXXV.

STatuimus & ordinamus , q; quicunq; de ciuitate Eſii uel aliunde , maſculus uel fœ-
mina infamauerit aliquem officialem noſtri cõmunis , forenſem uel aliam perſonam
ſpecialem de aliqua turpi re in iudicio uel extra, & non poterit probare infamiam quam
dicit,unde ſibi uenerit.Et ſi infamauerit officialem,puniatur pœna.xxv.lib.Si autem aliã
ſpecialem perſonam, puniatur in medietate dictæ pœnæ pro quolibet infamato.

¶De condemnatione facienda ex relatione officialis familiæ Poteſtatis & baiulo-
rum cõmunis. Rub. LXXXVI.

STatuimus & ordinamus,q; Poteſtas ciuitatis Eſii,uel eius Vicarius, non poſſit per in
quiſitionem uel denunciationem ex relatione alicuius ſui Notarii uel familiæ uel baiu
li,niſi uſq; ad quantitatem quinq; ſolidorum & non ultra condemnare, præterq̃ in caſi-
bus ſupraſcriptis & infraſcriptis compræhenſis in ſtatuto huius uoluminis, de quibus
credi debet relationi officialis uel famuli domini Poteſtatis , & dicti Notarii uel aliquis
eorum, uel famuli ſeu baiuli, uel baiulus uel famulus poſſint uſq; ad dictam quantitatem
maleficia referre, & eorum & cuiuſcunq; eorum relationi ſtetur uſq; ad dictam quanti-
tatem. Quam pœnam poſſint dicti dominus Poteſtas Vicarius & eius Notarius de fa
cto mitti facere in cippum communis.

¶Q d' bannimentum in cauſis criminalibus habeat' loco citationis. Rub. LXXXVII.

VT proceſſus & ſententiæ in cauſis criminalibus liberius & expeditius propter uti
litatem puniendi delicta ualeant expediri,hac conſtitutione ſtatuimus, q; in omni

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

bus cauſis maleficiorum & damnorum datorum ſufficiat uox præconis in locis conſuetis banniri uocantis accuſatos, inquiſitos, & denunciatos, aut in banno poſitos, ut ueniant ad ſui defenſiones, allegationes copiam actorum habere uolentes, aut etiam ad ſententiam audiendam partes requirentis publice & monentis ſono tubæ præmiſſo. Quæ aduocatio admonitio & requiſitio habeatur pro uera & legitima citatione, tanq̃ ſi facta eſſet oretenus tribus edictis & peremptorie.

¶Quod non poſſint infringi proceſſus cauſæ criminalis ratione ſolennitatis omiſſæ. Rub. LXXXVIII.

NE ratione ordinis iudiciarii & ſolennitatis omiſſæ delinquentes pœnas delictorũ euadant, præſenti declaramus ſtatuto, ut in cauſis criminalibus cuiuſcunq; conditionis uel ſummæ pœna deberent imponi pecunialiter uel perſonaliter proceſſus ſententiæ interloquutiones ſeu condemnationes nõ poſſint infringi prætextu ſolennitatis ordinis iudiciarii & figuræ & ſtatutorum cõmunis Eſii a iure canonico uel ciuili traditis, etiam ipſo proceſſu, ſententia uel condẽnatione, ſeu abſolutione omiſſa, ſed exnunc ſi de delicto conſtiterit probatione idonea, etiam alia ſolennitate iudicii prætermiſſa ipſas ſententias & proceſſus uolumus habere uigoris effectum, tanq̃ ſi omnis ſolennitas in eis ſeruata eſſet.

¶De pœna facientis conſpirationem adunantiam ligam ſeu iuramẽta. Rub. LXXXIX.

COnſpirationem, conuentionem, ligam iuramenta, ſeu adunantiam facientes in ciuitate noſtra, uel burgis, uel alibi in territorio uel diſtrictu ciuitatis uel comitatus Eſii contra ſtatum eccleſiæ romanæ, & ſtatum pacificum dictæ ciuitatis, capite puniatur, ita q; moriatur, Et domus in qua dicta conſpiratio & adunantia, iura, ſiue liga facta fuerit, deſtruatur in totum, & ipſius dominus ſeu habitator ſi haberi non poterit, ſit extra ciuitatem & diſtrictus perpetuo exbannitus. Et nihilominus ſi aliquo tempore in fortiam dicti cõmunis peruenerit, capite puniatur.

¶De pœna præſumentis auferre uexillum cõmunis ſeditionis tempore uel rumoris. Rub. XC.

VExillum cõmunis apud Priores conſtitutũ uel alibi eorũ mandato poſitũ, ſiquis tẽpore ſeditionis aut rumoris tanta temeritatis, audacia, ſeu autoritate non præcedente mãdato dicti cõmunis & Poteſtatis auferre, eleuare, ſeu accipere præſumpſerit, aut peteret ſeu exclamaret, q; ipſum uexillũ ſibi uel alteri cõtra uolũtatẽ ipſorũ Priorũ detur uel aſſignetur, ſine aliquo iuris ordine & iudicii figura p Poteſtatẽ & eius officiũ capite puniatur, ita q; moriatur.

¶De pœna offendentis ſeu arma ſumentis contra Poteſtatem uel ſuam familiam uel præſumentis præliari palatium cõmunis Eſii. Rub. XCI.

PRauos homines punire uolẽtes hoc præſenti ſtatuto ſancimus, q; qui contra Poteſtatẽ uel officiales eius arma ſumpſerit, uel ad palatiũ cauſa eos offendẽdi, uel ad ipſum præliandũ acceſſerit perſonalẽ pœnã arbitrio ipſius Rectoris & Priorũ ciuitatis Eſii procul dubio patiantur, & bona eius omnia deſtructa remaneant publicata. Quod ſi delinquens capi non poterit, extra noſtrã ciuitatẽ & diſtrictũ perpetuo ſit in banno in dictam pœnã perſonalẽ & arbitrariã. ¶Idem uolumus obſeruari in domo, palatio, ſiue turri, quæ armaretur contra Rectorem Priores, & cõmune, & abſq; alio accuſatore & iudicii ordine a

fundamento



fundamento radicitus extirpetur, obtenta prius licentia a domino Rectore Marchiæ, ſi ſine periculo fieri poteſt. Et nihilominus domus, ſiue turris, ſi ipſe tunc habitat eam, habitator ſi hoc conſenſerit uel fecerit uel fieri fecerit, dictam pœnam incurrat.

¶De pœna adminantis ſeu offendentis aduocatos & procuratores ciuitatis Eſii uel comitatus. Rub. XCII.

VT omnium quorum intereſt, rationes & iura pandantur, aduocatorum, ac procuratorum officia neceſſario inducta fuerunt. Vt eorum igitur exercitium liberaliter ac timore fugato quotiens fuerit opportunum peragitent, hac perpetua lege mandamus q; nemo in ciuitate Eſii audeat, neq; aliquo modo præſumat alicui aduocato uel procuratori minas inferre, nec eorum perſonas offendere. Siquis autem contrafecerit. uidelicet. ſi minas intulerit, uel contra eos aliquam offenſionem uel demonſtrationem fecerit, puniatur uice qualibet in. C. lib. deñ. Et nihilominus fideiuſſorem pręſtet idoneum dẽ non offendendo eos. Et ſi dictum fideiuſſorem pręſtare recuſauerit in carceribus collocetur. Si uero quiſq̃ eorum aliquos in perſonam offenderit, pro qualibet percuſſione, ſeu uulnere condemnetur in triplum eius quod condemnari deberet ſi aliquam aliam priuatam perſonam offendiſſet, & hoc ſit præciſum.

¶De pœna furantis apes & canem. Rub. XCIII.

APum quoq; fructũ exiſtentium in aliquo uaſe ſoli alicuius, ſiquis furatus fuerit ipſas apes aſportando mel ſeu ceram extrahendo uel ſiquis prædictas apes deſtruxerit, uel de dicto loco expulerit, aut mel ſeu ceram de uaſe acceperit ſine expreſſa licentia domini, in. L. lib. pro quolibet uaſe & qualibet uice qua furaretur uel deſtrueret, uel inde mel & ceram extraheret condemnetur ſine aliqua remiſſione, & damnum emendet, quam pœnam ſi ſoluere non poterit infra. xv. dies poſt ſententiam, fuſtigetur per ciuitatem & burgos Eſii. Super quo delicto Poteſtas per omnem modum procedendi cognoſcere poſſit & punire. Deferentium quoq; nomen ſecretum habeatur & etiam quarta pars banni ſibi applicetur. ¶Si autem canes alterius aliquis ſubtraxerit, pœna. x. lib. puniatur & damnum emendet. ¶Addentes q; examina apum non incluſa per aliquem ſint inuentoris primi occupatoris, etiam in locis & arboribus alienis inuenta, dũmodo arboris truncum non deuaſtet cum ferro ſed ſolum in fraſchis & ramis poſita poſſit capere quilibet, niſi a domino fuerit prohibitus ingredi poſſeſſionem, ubi eſt arbor ſuper qua examen inſedit.

¶De pœna furantis lapides cõmunis. Rub. XCIIII.

FOntis, pontis, portarum, murorum, uel cuiuſlibet alterius fabricæ cõmunis lapides quicunq; abſtulerit, exportauerit, ſeu ſubtraxerit, aut demolitus fuerit, pęnam. xxv. lib. pro qualibet uice incurrat, & fabricam ſuis expenſis reficiat, q; ſi delinquẽtes ſciri non poterint proximiores ſex uicini ſuis expenſis fabricã reficere & reſtaurare cogantur. ¶Et prædictum ſtatutum habeat locum contra furantes lapides ſeu lateres particulariũ perſonarum.

¶De pœna illius qui dimiſerit ciuitatem tempore guerrarum. Rub. XCV.

GVerrarum tempore, ſiquis habitationem noſtræ ciuitatis dimiſerit, uel alibi ad habitandum cum rebus propriis & familia ſe collocauerit, bona ſua omnia ipſo facto ſint publicata cõmuni. Sed ſi in noſtro territorio & diſtrictu habens ſplatium, domum

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

uineam uel poſſeſſionem,& infra bannimenti ſpatium generalis non redierit ad habitandum, fructus omnes ſuarum rerum & poſſeſſiones deueniant in cõmune. Nec de bonis eius quis emere uel alio titulo recipere præſumat, pœna.xxv.lib. cum amiſſione poſſeſſionis,uel rei contrafacienti ſtatuta. Excepto tempore tyrannidis ꝙ alicui non præiudicet.

¶De pœna illius qui deuaſtauerit domum cauſa mercandi. Rub. XCVI.

DEformare urbem nolumus,ſed potius reformare, propterea ſiquis auſus fuerit domum uel habitationem uel domos deuaſtare ſeu demoliri cauſa mercimonii, ſeu cauſa mercandi lapides,cuppos, ligna, uel alias res ipſius domus uel rei, bannum.x.lib. incurrat,& domum ſeu rem demolitam integraliter reficiat,niſi deuaſtaret de licentia concilii ciuitatis, quia tunc non teneatur ad pœnam.

¶De pœna habentis uxorem & amaſiam. Rub. XCVII.

FOcariam ſiue amaſiam in domo uel alibi ſiquis uxoratus habere præſumpſerit, uel retinere,bannum.C.lib.pro tam turpi præſumptione incurrat tam retinens q̃ retenta. & amaſia illa intelligatur,quæ domi retineretur præter & contra uoluntatem uxoris cuius dicto cum iuramento coram iudice credatur. Nec audeat aliquis tali retinenti uel retentæ domum locare,uel habitationem gratis dare ſub ſimili pœna.Et quilibet ſacramento poſſit accuſare & medietatem banni habeat. Et nihilominus Poteſtas ipſam talem mulierem ſeu amaſiam de noſtra ciuitate & diſtrictu expelli facere teneatur. Et ſufficiat ad prædicta probatio trium teſtium bonæ conditionis & famæ deponentium de publica uoce & fama, dum modo ſint uicini.

¶De pœna capientis equos alienos. Rub. XCVIII.

EQuos, equas, ſeu ronzinos alienos permanentes ad paſculum, nullus audeat uel præſumat capere equitare ſeu ducere ſine licentia dominorum dictorum,equorum, equarum, ſeu ronzinorum, pœna & banno.C.lib.niſi eſſet conſanguineus uel ualde amicus patroni equi adeo ꝙ dominus ueriſimiliter fuiſſet permiſſurus, cuius pœnę medietas ſit cõmunis & alia accuſatoris.

¶De pœna illius qui exiuerit ciuitatem aliunde q̃ per portas uel palangatum ſeu portas deuaſtauerit. Rub. XCIX.

EXire de ciuitate uel burgis, uel intrare aliunde q̃ per portas cõmunis, & grappos ſeu raſtellos, ſiquis auſus fuerit, pœna.xxv. lib. plus uel minus rectoris arbitrio inſpectis circũſtantiis temporis, loci, & perſonæ, condemnetur,ꝙ ſi eſſet perſona ſuſpecta,contra quam mala ſuſpicio eſſet, poſſit puniri perſonaliter.

¶De banno illius qui reuelauerit credentiam. Rub. C.

REuelare credentiam in aliquo conſilio impoſitam, quicunq; ex conſiliariis præſumpſerit.xxv. lib. pro banno ſoluat & nullum officium de conſiliariis in noſtra ciuitate habeat, & officio prioratus perpetuo ſit priuatus. Quam pœnam ſi non ſol

uerit



uerit infra quinq; dies,Rectoris arbitrio perſonaliter puniatur,ſuper quo Poteſtas & ſui officiales poſſint procedere,& repertos culpabiles punire. Et ſiquis accuſauerit eius ſacramento cum uno teſte credatur,& medietatem dictæ pœnæ pecuniariæ habeat, & nomen ſuum teneatur ſecretum.

¶De pœna non referentis aliquem tractatum, qui eſſet contra pacificum ſtatum ciuitatis Eſii. Rub. CI.

SVſurratores ac prauas linguas refrenare uolentes pręſenti ſtatuto firmamus,ꝙ ſi qua perſona maſculus uel fœmina ſciuerit uel perſenſerit,uerbo,uel facto, ſeu aliquo modo uel inditio,palam uel abſconſe, aliquem tractatũ, uel colloquium, uel audiret aliquid quod eſſet uel eſſe poſſet contra pacificũ ſtatũ dictæ ciuitatis Eſii, ſeu ſpecialem perſonã, unde poſſet dictus pacificus ſtatus turbari,ꝙ ſtatim & in continenti debeat referre Poteſtati ſeu Prioribus ciuitatis prædictæ,& modũ,& formam, quem & quã ipſe ſcit ſiue ſciuerit,& non alteri dicere ſeu referre debeat ſine licentia dñi Poteſtatis & Priorũ, qui pro tempore fuerint,ſub pœna.xxv.lib.ſine aliqua diminutione, & beneficio ſolutionis & confeſſionis eis non opitulantibus. Et dicta beneficia eis nullo modo competant. Et ſi dictam pœnam non ſoluerit infra terminum ſtatuti dicti cõmunis,detineat̃ in carceribus cõmunis,donec ſoluat. Hoc ſcito & relatione prædicta facta dictis Poteſtati uel Prioribus. Et prædicti Poteſtas & Priores incontinenti per modum quo eis uidebit̃ inquirant ſcire ueritatem de prædictis,& ſi inuenerint uera eſſe eis relata, Poteſtas teneat̃ & debeat repertos culpabiles de prædictis relatis punire & condemnare in.L.lib.deñ.& in maiori ſuo arbitrio,inſpecta qualitate facti & perſonæ delinquentis,& inſpecta qualitate delicti perſonarum loci & temporis,ſine aliqua diminutione,& etiam perſonaliter,ſi eis uidebit̃,& Poteſtas iuriſditionem habeat ut ſupra. Et ſi dictas pœnas non ſoluerit infra terminum ſtatuti cõmunis detineatur in carceribus donec ſoluerit. De quibus omnibus & ſingulis Poteſtas qui nunc eſt & pro tempore erit, teneat̃ & debeat ſingulis menſibus diligenter inquiſitionem facere,& repertos culpabiles pœna debita condemnare delinquentes de prædictis & quolibet prædictorum,pœna.xxv.lib.deñ.uice qualibet,qua cõtraueniret̃. Quę omnia & ſingula ſupraſcripta & infraſcripta locum habeant in præſentibus,& futuris. Et ꝙ ſuper prædictis procedi poſſit ſummarie,& de plano ſine ſtrepitu & figura iudicii,& de facto dictæ pœnæ integraliter auferantur. Et de prædictis per accuſationem, denunciationem,& inquiſitionem,& quemcunq; modum Poteſtas,qui nũc eſt,& pro tempore fuerit procedere & condemnare poſſit,& ualeat punire de prædictis & quolibet prædictoꝝ. Et in prædictis pœnis beneficia confeſſionis & ſolutionis locum non habeant,ſed integraliter dictæ pœnæ ſoluantur & auferantur. Volumus etiam ꝙ Priores dictæ ciuitatis, qui pro tempore erunt,uice qualibet quando datur uexillum cõmunis in quolibet conſilio generali dicti cõmunis ſecundum formam ſtatuti dicti cõmunis, præſentem conſtitutionem & ſtatutum legi faciant in dicto conſilio palam & publice.

¶De pœna proiicientis lapidem in rixa. Rub. CII.

RIxa inter aliquos orta cum aliquo armorum genere offenſibilium ſiquis lapidem inter eos proiecerit.xx.lib.pœna mulctetur.

¶De uno carcerato relinquendo die ueneris ſancti. Rub. CIII.

ITem ſtatuimus & præſenti ſtatuto firmamus, ꝙ quolibet anno in die ueneris ſancti, pro amore Dei, & glorioſæ Virginis Mariæ, omniumq; eius ſanctorum, relin-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

quatur & relaxetur per Poteſtatem & Priores ciuitatis Eſii, unus captiuus ſeu carceratus
in carceribus cõmunis pro aliquo maleficio per eum cõmiſſo, ſi condemnationem de co
factam ſoluere non poſſet in cõmuni, uel eſſet detentus pro aliqua pœna perſonali ſibi im
ponenda, ſi pacem habuerit. Et relaxetur ille detentus qui uidebitur domino Poteſtati &
Prioribus dictæ ciuitatis, Et ſit perpetuo liberatus.

¶De modo & forma concedendi licentiam arma defenſibilia portandi. Rub. CIIII.

DE perſonis propriis ſuſpicantibus, ipſis ſuſpicationes remouere uolentes, proui-
dimus, ꝙ ſiquis de ciuitate Eſii uel comitatu de ſua perſona ſuſpicaretur, propter
quod licentiam armorum defenſibilium petere neceſſario uellet, ꝙ petens licentiam di-
cta arma defenſibilia portare coram Poteſtate & Prioribus ſuam petitionem exhibeat,
& in ea ſcribi faciat de quibus armis defenſibilibus licentia impetretur. Et anteꝗ dicta li-
centia concedatur, Priores una cum domino Poteſtate conferant, diſcutiant, & deliberẽt,
ſi talis, qui dictam licentiam petit, eſt homo, cui dicta licentia portandi arma neceſſario ſit
danda, & ſi prædictis danda uidebitur, tunc Poteſtas teneatur & debeat petenti licentiam
dare receptis fideiuſſoribus ab eo idoneis & ſufficientibus de non offendendo aliquem
portando arma prædicta. Et ſi aliquem offenderit, puniatur in duplo eius pœnę, qua alias
deberet puniri. Et aliter data licentia non ualeat nec teneat.

¶Quod rector ſingulis menſibus teneat᷑ de ꝓceſſibus ſuis ferre ſentẽtias. Rub. CV.

REctor ſeu eius Vicarius de ꝓceſſibus criminalibus ſingulis mẽſibus ſaltẽ ſemel
in ſcriptis, uinculo iuramenti ſententias diffinitiuas abſoluendo uel condemnan
do ferre teneatur, niſi iuſta de cauſa fuerit impeditus appellationis ſeu probationis obue-
nientium teſtium, uel alterius iuſti impedimenti, & excepto ꝙ de ultimo menſe ſui regimi
nis nullam ſententiam abſolutoriam ferre poſſit. ¶Condemnationes quoq; per ſe uel prę
ceſſores ſuos latas executioni mandare teneatur, perſonales, ubi dictum cõmune uel Po-
teſtas iuriſditionem habeat ut ſupra, dũmodo perſonaliter condemnati ſint in fortiam cu
riæ Rectoris præfati. alias uero non teneatur. ſimiliter pecuniarias condemnationes exe
qui teneatur, pœna. xxv. lib. de ſuo ſalario auferendaꝝ quotiens in prædictis uel aliquo
prædictorum contrafecerit.

¶Quod domus non deuaſtetur, uel depopulatio fiat occaſione delicti. Rub. CVI.

PRo delicto qualitercunq; cõmiſſo ante condemnationem uel poſt, niſi in caſibus
ſtatuto expreſſis, nec domus deuaſtetur, nec bona delinquentis depopulentur, ſed
ipſa bona uſq; ad quantitatem pœnæ impoſitæ delinquenti, & ſuam condemnationem
non ſoluenti alienẽtur, uel pro cõmuni ſeruẽtur, pœna Poteſtati. C. lib. ſi contrafecerit in
prædictis, & nihilominus damnum emendare teneatur læſo de ſuo proprio ſalario.

¶¶De pœna ponentis uel facientis obſtaculum contra ambulantem, ſtantem,
uel ſedentem. Rub. CVII.

COntra ambulantem in aliquo loco publico uel conſueto, aut in loco proprio ip-
ſius ambulantis uel ſibi cõmuni cum aliquo, quicunq; aliquod obſtaculum uel im
pedimentum fecerit uel poſuerit ſine expreſſa licentia uel uoluntate ipſius ambulantis,
uel licentia ſeu mandato alicuius officialis iuriſditionem habentis, ex quo quidem obſta-





culo talis ambulans impediretur, uel aliqua iniuria afficeretur, puniatur & condemnetur
talis delinquens, ſi talis impeditus ceciderit in terram, uel aliquam læſionem perſona in-
de habuerit ſine ruptura oſſis & ſine ſanguinis effuſione, in. xxv. lib. dẽ. ſi cum ruptura &
fractione oſſis, in lib. L. dẽ. puniatur. Si uero non ceciderit nec aliter læſus fuerit in. xl.
ſol. dẽ. condemnetur. Et ſi contra aliquem ſedentem uel ſtantem huiuſmodi obſtaculũ
uel impedimentum factũ fuerit, fiat punitio & condemnatio in quolibet caſu, & qualibet
uice ad ſimilitudinẽ prædictorũ ſecũdũ qualitatẽ caſus & conditionis, cui magis aſſimilat
& conuenit. Et prædicta locum habeant niſi eſſet in poſſeſſione ſe opponentis. Nam tũc
liceat ſe opponere cuicunq; tranſeunti ut non tranſeat per poſſeſſionem ſuam, aliter non.

¶De pœna priuati carceris. Rub. CVIII.

SI aliquis ceperit aliquem per perſonam & malo modo ligauerit eum, licet modicum
ſic ligatum tenuerit, tunc puniatur in lib. L. ¶Si uero retinuerit eum ligatum per ſex
horas uel id circa, tunc puniatur in. C. lib. ¶Si uero per unum diem, tunc in. cc. lib. con-
demnetur. Quam pœnam ſi ſoluere non poterit tunc corporaliter iudicis arbitrio punia
tur. ¶Si uero ultra tres dies malo modo ligatum tenuerit, tunc ad mortem capite punia
tur. ¶Siquis uero ligatum uel non ligatum in priuato carcere uel ubicunq; fuerit, retinue
rit, ſiquidem per unum diem uel infra, in. ccc. lib. dẽ. irremiſſibiliter puniatur, quam pœ-
nam ſi non ſoluerit infra. x. dies a die latæ ſententiæ, tunc pes ſibi debeat amputari. ¶Si
uero ultra tres dies detinuerit indiſtincte capite ad mortem puniatur. Et prędicta non ha
beant locum quando aliquis eſſet captus per aliquem uel aliquos occaſione alicuius ma-
leficii, quod diceretur cõmiſiſſe, qui uellent eum præſentare officialibus cõmunis Eſii, uel
eſſet captus ex eo ꝙ eſſet repertus in aliquo loco ſuſpecto, & capientes preſentarent eũ of
ficialibus infra quattuor dies, niſi allegaret᷑ impedimentũ probabile per dictos capientes.

¶De incantatoribus & incantatricibus & maleficis. Rub. CIX.

SIquis uel ſiqua fecerit alicui aliquam incantationem ſeu maledictionem uel facturã
uel maliam, ſeu alicui dederit potum uel cibum incantatum ſeu maledictum aliquo
genere incantationis uel maledictionis, ex quo perſona aliqua deueniat in inſaniam, ſeu
eidem nocitum fuerit, pœna capitis puniatur. ¶Si uero prædicta fecerit & effectus præ-
dictus ſecutus non fuerit fuſtigetur per totam ciuitatem Eſii, & in perpetuo banno pona
tur de ciuitate & comitatu Eſii, & eius diſtrictu, de ære & perſona, de quo banno exire non
poſſit, & ſi poſt dictum bannum talis perſona peruenerit in fortiam cõmunis Eſii fiat in
ære & perſona, ut ſupra iuxta formam banni prædicti.

¶De pœna derobbantium publice uel occulte. Rub. CX.

STatuimus & ordinamus, ꝙ publici & famoſi derobbatores ſiue latrones, ſiue frequẽ
tatores itinerum uel ſtratarum in diſtincte furcis ſuſpendantur. Si uero aliquis alius,
qui non eſſet publicus & famoſus derobbator, derobbaret aliquem de rebus ſuis, uel de re
bus per ipſum detentis, ſi quidem res derrobbata eſſet ualoris & extimationis uſq; ad quã
titatem. x. ſol. tunc derobbator puniatur in. x. lib. ſi tempore derobbationis dictus derob
bator erat cum armis. Quod ſi ſine armis, tunc ad dimidium dictæ pœnæ debeat condẽ-
nari. Quod ſi res derobbata eſt maioris ualoris & extimationis ꝗ decem ſol. & tunc uſq;
ad quantitatem. xl. ſol. puniatur derobbator, pro rata ſemper habito reſpectu ſi cum ar-
mis uel ſine armis. ¶Si uero res derobbata erit extimationis a. xl. ſol. ſupra uſq; ad quan-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

titatem trium librarum, puniatur derobbator, ſi derobbatio fuit facta cũ armis. uidelicet. ꝙ derobbator tempore derobbationis fuerit armatus, in. L. lib. deñ. ſi ſine armis in dimi-
dio dictæ pœnæ puniatur. ¶ Si uero res derobbata erit maioris extimationis trium libra-
rum, & tunc uſq; ad quantitatem. C. lib. puniatur derobbator, ſi derobbatio eſt facta cũ armis, ut ſupra, alias in dimidio. ¶ Si uero eſſet extimationis a. C. ſol. ſupra, uſq; ad quan-
titatem. x. lib. puniatur cum armis in centum quinquaginta librarum, ſi ſine armis in di-
midio dictæ pœnę. ¶ A decem libris uſq; ad quindecim, puniatur in ducentis cum armis, alias in dimidio. ¶ A quindecim libris, uſq; ad uigintiquinq;, puniatur in trecentis libris, ſi cum armis, alias in dimidio. Et ſi non ſoluerit, nec poterit ſoluere dictas pœnas. uidelicet. quando res derobbata eſt ualoris maioris quindecim librarum uſq; ad uigintiquinq;, infra quindecim dies poſt ſententiam, tunc amputetur pes dicto robbatori. ¶ Sed ſi res derob-
bata eſſet maioris extimationis uigintiquinq; librarum, tunc derobbator puniatur pro ra-
ta ꝙ eſt in pœna pecuniaria, quando res derobbata eſt minoris ualoris quindecim libra-
rum, uſq; ad uigintiquinq;. ¶ Et prædicta intelligantur quando derobbator non habet ali-
quod ius in re quam derobbat. Nam ſi aliquod ius haberet, tunc perdat ius quod habet, ſed aliter non puniatur. Et prædictæ pœnæ ſemper ſoluantur in quolibet prædictorum caſuum ſine aliqua diminutione.

¶ De tribulis. Rub. CXI.

TRibuli ſeu claui, & ſimiles materiæ aptæ & occulte poſitæ ad perforandum pedes, nemo in aliquo loco apponat uel faciat, præter hortum, in quo cum licentia regimi-
nis & publico banno poſſint apponi. In alio autem loco apponens, faciens, uel ſcienter te-
nens, in. xxv. lib. deñ. pro quolibet & uice qualibet puniatur.

¶ Quod non poſſit procedi ſuper maleficiis antiquis. Rub. CXII.

SVper delicto & maleficio cõmiſſo facto & perpetrato, a decem annis ultra præceden-
tibus computandis ex die cõmiſſi delicti uſq; in diem formandi proceſſus, non poſſit nec debeat procedi uel cognoſci, ſed potius uigore præſentis ſtatuti talis præſcriptio de-
cem annorum officiali & officialibus noſtri cõmunis penitus obſtet in delictis & proceſſi-
bus factis & faciendis, ita ꝙ de quolibet delicto tantum infra decem annos a die cõmiſſi delicti procedi & cognoſci poſſit, niſi ſit delictum furti, cui nullo tempore præſcribatur.

¶ De pœna ingredientium uel damnum dantium in poſſeſſione alterius contra prohi-
bitionem, uel proteſtationem domini. Rub. CXIII.

INgrediens alterius res uel poſſeſſionem perſonaliter uel cum beſtia, domino uel labo-
ratore aut familiari prohibente, de qua prohibitione ſtetur dicto unius teſtis bonæ fa-
mæ, uel etiam poſt proteſtationem a domino factam cum rogatione Notarii, puniatur de ſolo ingreſſu pro quolibet & qualibet uice in. xxv. lib. deñ. Et nihilominus de damno, quod dari contigerit contra dictam prohibitionem uel proteſtationem, puniatur in du-
plo pœnæ ſtatuti de ſimili damno abſq; prohibitione ſiue proteſtatione.

¶ De non faciendo foſſam cęlatam. Rub. CXIIII.

FOſſam cælatam nemo faciat uel teneat in poſſeſſione ſua uel alia, in territorio ciui-
tatis Eſii, niſi præhabita licentia regiminis cum publico bannimento, ac etiam sbar-
ris groſſis



ris groſſis & fortibus undiq; factis & affixis circa os ipſius foueæ. Et qui ſecus fecerit in. x. lib. deñ. puniatur. Et ſi aliquod damnum inde reſultauerit alicui, teneatur ipſum emendare arbitrio dominorum Priorum.

¶ De pœna leuantis uel lacerantis pannũ de capite uel dorſo alicuius. Rub. CXV.

LEuans uel cadere faciens pannum uel aliam ſimilem rem de capite uel dorſo alte-
rius ſine percuſſione pro quolibet & qualibet uice in. xl. ſol. deñ. puniatur. Et ſi la-
cerauerit uel ſquartauerit aliquid in dorſo uel de dorſo alterius, in tribus libris denariorũ puniat᷑. Et nihilominus ad emendationem damni pro quolibet & qualibet uice in om-
nibus ſupradictis teneatur.

¶ De pœna proiicientis lapides, uel alia arma, uel lutum, ſputum, uel aliud turpe faciens uel iniurioſum contra aliquam perſonam. Rub. CXVI.

PRoiiciens lapidem uel aliquod genus armorum, cum quo nocere poſſet contra ali-
quem, ſiquidem ex tali proiectione non percuſſerit, ſi extra ciuitatem Eſii, in. C. ſol. deñ. puniatur, ſi intra ciuitatem in. x. lib. deñ. ¶ Quicunq; autem lutum, ſputum, uel ali-
quid aliud noxium turpe, uel iniurioſum proiecerit contra aliquem, uel anum ſiue culum alicui oſtenderit, pro quolibet & uice qualibet in. C. ſol. puniatur.

¶ De pœna ponentis aliquod iniurioſum turpe uel noxium in perſona domo uel hoſtio alterius, uel aliquid deluſorium faciens contra aliquem. Rub. CXVII.

IN perſona, domo, uel hoſtio alterius, quicunq; poſuerit uel adhæſerit, uel iuſſerit ali-
quid deluſorium turpe uel noxium, uel aliquam deluſionem, uerecundiam, ſeu iniu-
riam poni facere uel famoſum carmen, in. C. lib. deñ. pro quolibet & qualibet uice condẽ-
netur. Et idem obſeruetur ſiquid huiuſmodi factum fuerit in propria poſſeſſione, uel cõ-
ducta alicuius, & hæc de facto ſine aliqua remiſſione exequantur.

¶ De malitioſo domus ingreſſu. Rub. CXVIII.

DOmum alterius intra ciuitatem Eſii uel caſtra eiuſdem poſitam præter domini li-
centiam de die uel de nocte, ſiquis occulte, malitioſe, uel uiolẽter intrauerit in. cc.
lib. deñ. de facto & ſine remiſſione pœna puniatur uice qualibet. Et intelligatur malitio-
ſus ingreſſus ſi ex aliqua præſumptione uel iudicio apparuerit intraſſe uel inuentus fue-
rit modo uel loco ſuſpecto. Si uero extra ciuitatem & caſtra in aliquam domum uel caſ-
ſinam aliquo dictorum modorum, quis intrauerit uel repertus fuerit, in. C. lib. deñ. con-
demnetur ut ſupra. ¶ Et ſi perſona malæ famæ uel ueriſimiliter ſuſpecta aliquo dictorũ
modorum inuenta fuerit intraſſe, etiam per minus legitima indicia pœna condigna ſequa-
tur. Et qui aliquam dictarum domorum intrauerit, tunc ipſo facto & iure intelligatur, & reputetur malitioſe intraſſe, & pœna iam dicta puniatur, dummodo dominus domus iurauerit dictam perſonam intrantem habere ſuſpectam. Siquis uero domum alienam extra ciuitatẽ & caſtra non habitatam fregerit ſeu per uim ruperit, & in eam ingreſſus fue-
rit, ſine alio damno puniatur pœna. L. lib. ſi uero aliquid male ſubtraxerit, puniatur pœna prima prædicta, & damnum emendet in duplum damnum paſſo.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

¶De pœna accipientis aliquam chartam, uel rem de manibus alicuius. Rub. CXIX.

DE manu alicuius præter uoluntatem ipſius retinentis accipiens uel rapiens aliquam chartam, librum, uel inſtrumentum, in. L. lib. deñ. puniatur. Et ſi aliam rem de manu alterius dicto modo, quis acceperit ualoris duodecim deñ. uel abinde ſupra, ſi intra ciuitatem & caſtra, in. x. lib. deñ. Si extra ciuitatem & caſtra in. C. ſol. deñ. puniatur. Minoris uero ualoris rem de manibus alterius dicto modo accipiens ubicunq; in dimidio præfatarum pœnarum de facto & ad intereſſe partis læſæ puniatur. In ſupradictis uero caſibus per uim prædicta attentans condemnetur in duplum.

¶De pœna mutantis ambaſiatam cõmunis uel credentias reuelantis. Rub. CXX.

AMbaſiatam faciens pro parte cõmunis in plus uel aliter q̄ in cõmiſſione habuerit a mandante. Siquidem talis exceſſit ſiue tranſgreſſus fuerit uel eſſet cõmuni modo damnoſus uel ſuſpectus, uel qui credentiam aliquam cõmunis iuratam ſibi impoſitam anteq̄ publicetur reuelauerit uel publicauerit in damnum uel præiudicium ipſius cõmunis, in quolibet ipſorum caſuum contrafaciens uel delinquens, in. xxv. lib. deñ. puniatur. Et de tali ſuſpitione uel damno cõmunis, in quolibet dictorum caſuum ſtetur arbitrio & declarationi noſtri Poteſtatis uel iudicis una cum Confalonerio & Prioribus uel maiori parte ipſorum. Et ſi plures ſimul ambaſiatores mittuntur, quouſq; in legatione uel ambaſiata perſiſtunt ſtent ſimul die noctuq; ſemper, nec unus alloquatur alicui ſine præſentia ſocii uel ſociorum, ſub pœna. x. ducatorum auri pro quolibet & uice qualibet qua fuerit contrafactum, de quibus ſtetur ſacramento ſociorum & famulorũ dictorum ambaſiatorum. Et dicta pœna ſoluatur, omni ſtatutorum beneficio ceſſante.

¶De pœna hoſpitantis hominem malæ famæ. Rub. CXXI.

NVllus hoſpitator in aliquo hoſpitio noſtræ ciuitatis uel caſtrorum noſtrorum ultra unam noctem hoſpitetur teneat uel receptet aliquem exbannitum uel contumaciter condemnatum in noſtro cõmuni uel aliquem alium hominem ſuſpectæ uitæ ſeu malæ conditionis & famæ. Contrafaciens ſi ſcienter in. xxv. lib. deñ. ſi ignoranter in. x. lib. uice qualibet condemnetur. Et intelligatur ſcire ſi hoſpes habitauerit in ciuitate Eſii uel comitatu tempore condemnationis uel exbannimenti dicti receptati, uel ſi contra talem receptatum de ſuſpitione, aut malæ conditionis fuerit publica uox & fama. Reſeruato & excepto a prædictis, ſi talis hoſpes mox poſt aduentum talis receptati notum fecerit Poteſtati uel iudici Cancellario uel alicui ex Confalonerio & Prioribus, quo caſu non teneatur ad pœnam.

¶De damno incendii depopulationis uel inciſionis emendando per cõmune. Rub. CXXII.

SI quando acciderit aliquod genus bladi frumenti uel leguminis, aut aliquam domũ uel caſſinam ſeu ædificium aliquod uineam uel oliuetum fore combuſtum uel combuſta, inciſum uel inciſa, aut incidi uel comburi contigerit diſſipanter & malo modo per aliquam uel aliquas perſonas in noſtra terra uel eius diſtrictu. Et perſona quæ prædicta uel aliquod prædictorum cõmiſerit, una uel plures ſciri non poſſent, uel non ſciretur autor tanti facinoris facta diligenti inquiſitione per Poteſtatem uel iudicem noſtræ ciuitatis cum examinatione teſtium, non pauciorum decem uериſimiliter aptiorum ad talia

ſciendum

ſciendum, tunc perſona culpabili non reperta & ignorata damnum illatum cuicunq; ſpeciali perſonæ de noſtra ciuitate uel comitatu & habitanti in ea uel eius diſtrictu ex huiuſmodi inciſione ſeu combuſtione emendetur & reſarciatur per cõmune noſtrum & expenſis cõmunis iuxta extimationem faciendam uel factam per quattuor bonos uiros adhoc eligendos cum ſacramento per eos præſtando. Et Poteſtas ſeu iudex uigore præſentis ordinamenti poſſit debeat & teneatur ad petitionem querelam damnificati petentis & ſuam petitionem de talibus offerentis ſtatim inquirere per ſe uel eius officiales diligenter ſuper tali damno ſeu maleficio cum indiciis & tormentis a ſtatuto permiſſis & coactione uicinorum & circunſtantium loci & aliarum perſonarum, a quibus uериſimiliter poſſit ueritas indagari. Et ſi poteſt perſonã culpabilem unam uel plures reperire & facere manifeſtam & condemnare ipſam & punire & ad emendationem damnorum compellere teneatur ſecundum formam ſtatuti & ordinamenti poſiti ſub Rub. De incendiariis. uel alterius iuris de tali facto diſponentis. Vbi uero ex dicta inquiſitione per acta ſciri uel reperiri perſona culpabilis non potuerit redacta prius per Notarium maleficiorum dicta inquiſitione in ſuo libro actorum, tunc Poteſtas ſeu iudex in conſilio generali noſtri cõmunis proponat & proponi poſſit & debeat modum & uiam habendæ pecuniæ pro emendatione talis damni relati. Et modis quibuſcunq; opportunis damnum ſiue damna huiuſmodi perſonæ damnificatæ faciat cõmune, ut dictum eſt, emendare de bonis & ære cõmunis ipſius. Quæ omnia & ſingula Poteſtas ſeu iudex teneatur & debeat obſeruare & obſeruari facere & executioni mandare, ſub pœna. L. lib. deñ. de eorum ſalario pro quolibet ipſorum & qualibet uice auferenda.

¶De pœna frangentis pacem, & per quos fieri poſſit. Rub. CXXIII.

PAx fieri poſſit & ualeat a qualibet perſona maiore ſeptem annis & cum tutoris uel parentis autoritate. Sufficiat tamen parentis uel tutoris ratihabitio ſuperueniens etiam ex poſtfacto. Item fieri poſſit & ualeat pax etiam per procuratorem, tutorem, curatorem & ſimilem perſonam in abſentia principalis. ¶Frangens uero pacem aliquo dictorum modorum uel ab aliquo legitime factam, uel eam rumpens in. cc. lib. deñ, condemnetur. Et hoc locum habeat in eo, qui primo rumpere pacem ceperit, & non in aduerſario, qui poſtq̄ rupta extitit aliquam offenſionem uel iniuriam tali rumpenti intulerit uel cõmiſerit, quo caſu talis aduerſarius non teneatur ad pœnam. Et talis rumpens perdat omne beneficium quod ex dicta pace peruenerit, uel peruenire poſſet, adeo q; ſi in aliqua condemnatione uel executione fuerit aliqua detractio ſeu diminutio facta poſſit & debeat nihilominus contra eum fieri exequutio de quantitate uel re, in qua detractio uel diminutio facta fuerit, non obſtante q; condemnatio uel pœnæ impoſitio aliter ſe habeat uel fuerit ſublata aut cancellata. ¶Excipimus a pœna prædicta hominem & perſonam minoris ætatis. x. annorum, quamuis ſit aliquis tutor uel curator tutorio & curatorio nomine ruperit & fregerit pacem a ſe factam ad dictam pœnam teneri nolumus. Sed modis omnibus de proprio ipſius tutoris uel curatoris teneatur.

¶De habentibus inimicitiam ſeu guerram, ut faciant pacem. Rub. CXXIIII.

STatuimus & ordinamus, q; dominus Poteſtas ciuitatis Eſii, qui nunc eſt & pro tempore fuerit, una cum dominis Prioribus, qui pro tempore fuerint, uel maior pars ipſorum, poſſint & debeant cogere realiter & perſonaliter & detinere prout eis uidebitur melius, omnes & ſingulos de ciuitate Eſii & eius comitatu, uel habitantes in diſtrictu dictæ ciuitatis, uel in dicta ciuitate Eſii habentes guerram, iniuriam, uel inimicitiam inter eos



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМ. І. І. МЕЧНИКОВА

quomodocunq; & qualitercunq; & quacunq; de cauſa,poſſint cogere partes ad faciendū pacem uel treguam,uel remiſſionem,uel ſatiſfactionem iniuriæ illatæ, prout dictis Poteſtati & Prioribus uidebitur conuenire,& ad præſtandum fideiuſſores & cautelas & ſecuritates,prout dicto domino Poteſtati & Prioribus uidebitur ad tempus in perpetuū de iure & de facto aliquo ſtatuto uel prouiſione uel iure cōmuni non obſtantibus. Et in prędictis & circa prædicta contrafacientes puniantur pœna poſita ſub Rub. De pœna frangentis pacem. Et nihilominus alias pœnas ultra prædictam prout eis uidebitur imponere poſſint. Et niſi prædicta omnia & ſingula partibus impoſita uel imponenda obſeruentur per dictas partes,pœna impoſita debeat exigi cum effectu dicto cōmuni Eſii applicāda. Et ſi dicti dominus Poteſtas & Priores in prædictis fuerint negligentes, puniantur ipſi & quilibet ipſorum in.xxv.lib.deñ.uſualis monetæ,ſi requiſiti fuerint de prædictis.

### De pœna facientium iniuriam dominis Prioribus. Rub. CXXV.

STatuimus & ordinamus,ꝙ quicunq; aliquam iniuriam dominis Prioribus dictæ ciuitatis fecerit uel contra eos aliquod delictum commiſerit, puniatur in quadruplo quantitatis, qua puniretur delinquens contra aliam priuatam perſonam,& ipſo iure ſit omni priuatus officio.

### De non uendendo aliquam poſſeſſionem alicui non ſubiecto cōmuni Eſii. Rub. CXXVI.

STatuimus & ordinamus,ꝙ nulli ciues uel comitatiui ciuitatis Eſii audeant uel præſumant uendere uel alienare,nec in emphitheoſim dare,nec aliquod alio modo transferre aliquam poſſeſſionem,nec aliquam rem īmobilem ſitam in territorio uel diſtrictu ciuitatis Eſii uel comitatus alicui non ſubiecto cōmuni ciuitatis Eſii, undecūq; ſit, ſine expreſſa licentia conſilii generalis dictæ ciuitatis,pœna & banno.C.floreñ.auri cuilibet cōtrafacienti.Quæ pœna exigatur de facto per Poteſtatem dictæ ciuitatis Eſii, ſine aliqua remiſſione.Et nihilominus dicta uenditio uel alienatio uel in emphitheoſim datio uel tranſlatio dictæ rei ſit ipſo iure nulla autoritate præſentis ſtatuti. Et dicta res imobilis alienata uel uendita uel in emphitheoſim data contra formam præſentis ſtatuti, ſtatim ipſo facto deueniat in cōmuni autoritate pręſentis ſtatuti iure aliquo nō obſtante. Qui nimo ſtatim cum peruenerit ad actum proximum uendendi uel alienandi uel in emphitheoſim dandi contra formam præſentis ſtatuti, prædictus uolens ſic uendere uel alienare uel in emphitheoſim dare cadat a iure,quod habet in dicta re,& ſtatim perueniat in cōmune Eſii ipſo facto.Quæ prohibitio non uendicet ſibi locum,ſi in ſua ultima uoluntate talem non ſubiectum heredem inſtituerit uel legauerit, uel cauſa mortis donauerit, dūmodo dicta bona non ſint in confinibus uel prope ad ducentas cannas. In quibus & iuxta quæ confinia dicta bona etiam teſtamento hereditario legati uel donationis cauſa mortis uel alio quocunq; titulo etiam ſyndicis cōmunis ſine licentia pręfati cōſilii alienari & transferri & relinqui nō poſſint, & ſi fuerit contrafactū ſit ipſo iure nullum, ut ſupra.

### Quod nulli liceat uendere aliqua caſtellaria ſiue podia & molendina, in quibus conſueuerint eſſe aliqua fortillicia, uel ueriſimiliter fieri poſſent aliqua fortillicia. Rub. CXXVII.

STatuimus & ordinamus,ꝙ nemo terrigena,uel oriundus de ciuitate Eſii, ſiue qui domicilium & habitationem habuerit in dicta ciuitate uel eius comitatu, uel forenſis, nobilis uel popularis uniuerſitas,uel collegium cuiuſcunq; conditionis exiſtat, aliquo colore quæſito, directe,uel per obliquum, nec per interpoſitam perſonam, nec per eorum procuratorem,negociorum geſtores,actores uel factores, uel alios eorum nominibus, quomodocunq; ſit,ſiue ſit de ciuitate Eſii uel eius comitatu,audeat uel præſumat uendere uel alienare,nec aliquo titulo transferre dominium ſiue poſſeſſionem dare per modū laboritii,cottumi,uel alterius poſſeſſionis detentiue uel adiudicatiue,ex primo uel ſecundo decreto,aliquod caſtellare ſiue podium,ac etiam molendina ſita in territorio dictæ ciuitatis Eſii uel eius diſtrictu ſiue comitatu,in quo hactenus conſueuerit eſſe aliqua fortillicia,ſiue caſtrum,uel etiam in quo eſſet ædificatum aliquod caſtrum uel fortillicia, uel ueriſimiliter,fieri poſſint uel ædificari alicui perſonæ ciuitatis Eſii uel eius comitatus, ac etiā alicui forenſi,ſiue ſit nobilis ſiue popularis,nec etiam alicui uniuerſitati uel collegio, nec alicui alteri perſonæ pro ipſis emere uolentibus ſine expreſſa licentia concilii generalis ciuitatis & comitatus Eſii. Et ſiquis uel ſiqua de ſupra expreſſis & nominatis contra hoc ſtatutum attentare præſumpſerit aliquo modo iure uel cauſa,ꝙ omnia ſua bona mobilia & īmobilia,ſint ipſo iure abſq; aliqua alia ſententia publicata cōmuni ciuitatis Eſii, & ꝙ ſyndicus cōmunis ſubito teneatur & debeat ire & in poſſeſſionem corporalem intrare pro ipſo cōmuni,in omnibus ſuis bonis,pœna ſupradicto ſyndico centum florenorum auri, per Poteſtatem ciuitatis Eſii,qui pro tempore fuerit,auferendorum de facto ſine ſtrepitu & figura iudicii,& ad manus camerarii facere peruenire. Et ꝙ omnes contra hoc ſtatutū facientes,& præſumentes facere ſint omnino excluſi ab omni officio & beneficio cōmunis ciuitatis Eſii & eius comitatus ipſi & ſui heredes,& ꝙ nomina eorū ſcribantur in uno quaterno ad perpetuam rei memoriam cōmunis ciuitatis Eſii,una cum aliis banditis & rebellibus dictæ ciuitatis. Saluo & reſeruato ꝙ ſi habentes caſtellaria ſiue podia, ac etiā molendina uellent uendere uel alienare uel aliquo alio titulo transferre poſſint & ualeant autoritate præſentis ſtatuti cōmuni ciuitatis Eſii uendere alienare, & quolibet alio titulo transferre ſine pœna & banno,& dictum cōmune teneatur & debeat pro precio condecēti emere,& ſi non erunt in concordia uolentes alienare dicto cōmuni,ꝙ ponantur duo homines pro qualibet parte,tam pro cōmuni,q̄ etiam pro parte uolentis uendere,qui debeāt declarare precium competens ad uendendum ſupradicta, uel transferendum quoquo titulo uelint.Et ꝙ dictum ſtatutum ſit præciſum & non poſſit caſſari nec annullari, nec aliqua propoſita contra dictum ſtatutum fieri,nec etiam arrengari. Et quicunq; contra hoc ſtatutum attentare præſumpſerit proponendo uel arrengando emendo uel aliquo alio titulo transferendo, & qui conſenſerit, ſoluat nomine pœnæ. L.lib. deñ. ultra pœnam infraſcriptam & ſupradictam auferendam per Poteſtatem Ciuitatis Eſii, & nihilominus dicta propoſita conſilium uel arrenga non ualeat ipſo iure. Et ꝙ in omnibus ſupradictis capitulis ſingulariter & diuiſim quicquid actum fuerit uel contra uentum, non obſtantibus ſupradictis pœnis ſit ipſo iure nullum, & nullius efficaciæ uel ualoris. Et prædicta omnia & ſingula ſint firma & rata, non obſtantibus aliquibus ſtatutis, ordinamentis, legibus, & decretalibus in contrarium loquentibus. Saluo ꝙ ſi per dictum ſtatutum, uel in aliqua parte ſui derogaretur libertati ſanctæ matris ecleſiæ, ꝙ ſit nullius ualoris & efficaciæ.

### De pœna reimproperantium & dicentium uerba iniurioſa in conſilio. Rub. CXXVIII.

STatuimus & ordinamus,ꝙ ſiquis alicui in conſilio generali uel credentiæ coram dominis Prioribus aliquam iniuriam,dicto uel facto,ſeu uerba iniurioſa cōtra aliquem

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

protulerit ultra pœnam in alio ſtatuto præfixam, ſit ipſo iure omni officio & beneficio cõmunis per annum priuatus ultra alias pœnas ſtatutarias.

¶De pœna impedientium uenditiones quæ fierent de bonis cõmunis. Rub. CXXIX.

STatuimus & ordinamus, q; ſi pro neceſſitatibus cõmunitatis ciuitatis Eſii contigerit aliquid de bonis cõmunis dictæ ciuitatis fore uendendum, & unus uel plures candem rem emere uoluerint, tunc plus offerenti concedatur, & nemini liceat plus offerenti aut minari aut dicere q; ſe in dicta emptione non intromittat uel alia ſimilia uerba, per quæ plus offerens emere impediatur, pœna. L. lib. de facto a quolibet contrafaciente exigenda. Et idem uolumus præſentiq; ſtatuto ſancimus & mandamus obſeruari in rerum priuatarum perſonarum ſubhaſtationibus legitime faciendis.

Explicit Liber Tertius.



# LIBER QVARTVS

## EXTRAORDINARIORVM.

¶Quod battitores ſegetum & laboratores terrarum teneantur facere areas in campis. Rubrica I.

STATVIMVS & ordinamus, q; battitores ſegetum, & laboratores terrarum, teneantur & debeant facere areas in campis per ipſos conductis ad laborandum, & ibi triturare granum & bladum, & non præſumant extrahere bladum de campis ſine licentia domini poſſeſſionis, & debeant facere in ipſis poſſeſſionibus palcare, quãdo granum & bladum trituratur, ſub pœna contrafacientibus. xl. ſol. cum emendatione damni domini poſſeſſionis. ¶Et q; battitores, qui uadunt ad triturandum bladum ad cauallaticum non poſſint petere, nec habere debeant, niſi de centum cauallettis ſalmam unam & non plus, niſi de minori mercede fuerit inter partes conuentum expreſſe, & teneantur ire & laborare cum illis qui primo eos requiſierint in mane ante ortum ſolis, & recedere a laboritio poſt ſolis occaſum & non ante. Et labotatores ipſi teneãtur componere paleas & facere palearia bene & fideliter. Et ſi dicti battitores & laboratores prædicta omnia & ſingula non ſeruarent compellantur ponere in cippum cõmunis ſine aliqua condemnatione pro quolibet & qualibet uice. x. lib. & credatur ſacramento accuſatoris, & intereſſe domino ſeu conducenti uel damnum emendet. Et tamen laboratores teneantur dominis ad intereſſe palearum non compoſitarum. ¶Inſuper laboratores teneantur anteq̃ pro ſe capiant aliquid de grano ſatisfacere domino, a quo tenet terram, de ſuo conuentu cottumi ſeu terratici, pœna prædicta de facto incurrenda & exigenda.

¶De barberiis & qualiter ipſam artem debeant exercere. Rub. II.

STatuimus & ordinamus, q; barberii non poſſint accipere pro raſura barbæ, niſi duodecim denarios ad ſtationem ipſorum barberiorum, & totidem deñ. pro lauatura capitis, & ſi iuerint ad domum uolentium ſe radere uel lauare, non poſſint accipere niſi unum boñ. Pro lauatura uero & raſura ad domum ſol. quattuor, in barberia pro lauatura capitis & barbæ raſura boñ. unum. Ad ſtationem uero pro phlebotomia niſi unum boñ. ad domum autem duos. Et prædicto præcio teneantur & debeant dicti barberii & omnes exercentes dictas artes in ciuitate & comitatu Eſii radere barbam uel minuere ſanguinem de quocunq; loco, & artem exercere omnibus uolentibus & petentibus eos, ſoluentibus eiſdem modo ſupradicto. Et ſi aliter acceperint q; ſupradictum eſt, uel recuſauerint p̃dicta facere, puniant̃ uice qualibet p̃dicti recuſantes in. C. ſol. deñ. de facto.

¶De fornariis & eorum officio & quantum percipere debeant pro quolibet quarto panis ſiue pro rata. Rub. III.

STatuimus & ordinamus, q; fornarii & fornariæ ciuitatis Eſii, debeant & teneantur in eorum furnis ſiue clibanis habere & tenere tabulas ad ſufficientiam, in

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

quibus portare debeant panes tenendos ad dictũ furnũ ſiue clibanum, ſub pœna.x. ſol. pro quolibet & qualibet uice. Teneanť & debeant ſub iam dicta pœna ad petitionem cuiuſcunq; facere fieri uolentis panẽ ad ipſoꝝ furnũ, quando petitũ eſt ab eis, uel in ſequenti furno panes faciendo & non ultra differre & dare, & portare ad domũ ſiue domos uolentium facere panem ad eoꝝ furnos tabulas & portare panem cõnumeratum ad furnũ, & coctũ reducere ad domos illoꝝ unde acceperint crudum per numeꝝ & bene coctũ, & bene ſtudiatum. Et ſi de dicto pane aliquid perderet, uel non bene coqueret, uel ultra competentem modum coqueretur, totum id cedat damno fornariorum, & illud emendare teneanť. Et accipere poſſint dicti fornarii cum ſuis lignis ſol. tres pro coquẽdo panem pro quolibet quarto farinæ. Et ſi darenť ligna non poſſint accipere ultra decem & octo deñ. pro quolibet quarto, uel accipere liceat quattuor panes pro qualibet uintina ſine aliquo alio fornatico. ¶Teneatur etiam fornarius & fornaria tenere ante buccam ſui furni unũ ciſtonem uel caniſtrum, ita q; panes qui extrahuntur de furno non cadant in terram. Si quis autem contrafecerit uel deliquerit non ſeruando prædicta, puniatur in.xx. ſol. deñ. pro quolibet & qualibet uice in ſingulis capitulis ſupradictis, & ad emendationem damni illis quorum intereſt. Et de prædictis credatur dicto eius qui conqueritur uel eius fami liæ cum iuramento tamen. Et poſſint dicti fornarii & eorum familiares ire per ciuitatem noctis tempore pro eorum arte exercenda ſine banno cum opus fuerit & ſine lumine. ¶Addentes q; ſi aliquis uel aliqua inceperit artem fornariæ exercere, q; a dicta arte deſiſtere non poſſit, niſi finito anno a die in quo cęperit incohando, & ſi ſecus fecerit uice qualibet in.x.lib.deñ. condemnetur, niſi euidenti cauſa impediretur. ¶Hoc addito q; fornarii & paniuenduli teneantur facere panem ciuibus de eorum ciuium tradita eis farina & tantũdem panis bene cocti & ſtudiati reddere ad pondus, & pro mercede dictæ facturæ & cocturæ panis habere debeant boñ. unum argenti pro qualibet cuppa, ſine aliquo calo dando pro coctura, & etiam habere debeant remulam, pœna nolenti facere & coquere etiam ſuis impenſis pro quolibet & qualibet uice lib.xx.deñ.de facto incurrenda, & ab eis pœna officialis habere debeat lib.x. per quemlibet officialem cõmunis exigenda, de qua pœna officialis habere debeat lib.x. pro quolibet & qualibet uice. Item uolentibus coquere panem pro pecunia teneantur coquere bene, ut ſupra, pro boñ.uno pro qualibet tabula.xii. pizicatarum pro qualibet tabula, ſub eadem pœna.

¶De albergatoribus & tabernariis & hiis qui uendunt oleum ad minutum & carnes ſalitas. Rub. IIII.

STatuimus & ordinamus, q; omnes albergatores, & tabernarii, & uendentes carnes ſalitas ad minutum per ciuitatem & comitatũ Eſii, & illi qui uendunt uinum ad minutum uendere teneanť ad petictũ uel mediũ petictũ ſigillatũ ad folietta ſeu picciolã ſigillatam & iuſtã & plenã uſq; ad ſummũ. Et licitũ ſit dictis tabernariis & albergatoribus tenere in eorũ tabernis & hoſpitiis uaſa magna cauſa dandi uinũ uolentibus, dũmodo cũ eis non uendãt neq; menſurent. Et quicunq; tabernarius & hoſpitator inuentus fuerit uẽdere uinũ ad alias menſuras uel nõ dare eas plenas uſq; ad ſummũ, ut dictũ eſt, condẽnari debeat pro quolibet & qualibet uice per dñm Poteſtatẽ de facto in.xx. ſol. deñ. Et quilibet poſſit & debeat accuſare eos, & credať ſacramento accuſatoris cũ uno alio teſte iurato, & habere debeat dictus accuſator medietatẽ bãni ſiue condemnationis. Quã condemnatio nẽ dictus dñs Poteſtas nulla exceptione aut excuſatione audita ſolui faciat de facto in cippũ cõmunis ſcripturæ omni ſolẽnitate omiſſa, & ſine aliqua diminutione, appellationibus tamen ſemper ſaluis. Et accuſatione de prædictis data & recepta incontinenti præſtito ſacramento accuſatori & teſti facere & pronunciare ipſum uel ipſos accuſatos capere uel



uel capiendos & acrius detineri & compelli facere ad ſoluendũ, ſaluo q; ſi fideiuſſores dederint relaxenť & nihilominus aſtringanť ad ſoluendũ iam dictã pœnã. ¶Præterea nullus albergator uel tabernarius debeat poſt tertiũ ſonũ campanæ cois, quæ pulſať de ſero pro cuſtodia ciuitatis uſquequo pulſať de mane pro die, uendere uinũ uel dare bibere alicui in domo uel extra domũ niſi ſit ibi hoſpitatus. Et qui contrafecerit compellať per dominũ Poteſtatem uel Notariũ maleficioꝝ ſine aliqua condemnatione ſoluere nomine pœnæ.xx.ſol.deñ. Et emptor ſiue uenditor in.x.ſol.deñ. anteq; diſcedant de palatio cõmunis, & cuſtodes noctis cõtrataꝝ teneanť illos tales accuſare & denunciare, quoꝝ ſacramento credi debeat & ſtatim ſine alia probatione. ¶Præterea nullus albergator, uel tabernarius, uel aliquis alius audeat aquã mittere uel mitti facere, uel aquã uitis poni, nec aliquam aliã aquã in uegetibus uini, quod uendit uel uendi facit, pœna & bãno.xxv.lib.deñ. Et quilibet poſſit accuſare, cuius bãni medietas ſit cõmunis, & alia accuſatoris. ¶Et q; nulla perſona audeat uel præſumat apportare uel conducere aquã ab aliqua parte cauſa mittendi in aliqua uegete uini quod uendať & uendi debeat ad minutũ. Et quicunq; inuentus fuerit apportare uel apportaſſe, ligeť ad catenã cõmunis, & ibi ſtet ligatus per unã diẽ & poſtea fuſtigeť per ciuitatem. Et præſumať apportans aquã apportare cauſa imittendi in uinũ prędictũ ſi apportauerit in barile uel barilibus ad aliquã tabernã. Et tabernarius præſumatur aquã imiſiſſe in uino prædicto, ſi uiſus fuerit de nocte clauſis hoſtiis tabernæ aquã habere uel tenere in taberna prædicta in dictis uaſibus. ¶Sed teneanť dicti tabernarii & hoſpitatores dictũ uinũ dare & uendere purũ ſine aliqua alia admixtione, & cũ menſuris iuſtis & æquatis & bullatis bulla cõmunis Eſii per ſuperſtites bullaꝝ uſq; ad ſummũ. Quas mẽſuras.ſ. petictũ, mediũ petictũ, foliettas, & picciolas bullatas bulla cõmunis habere debeãt, & tenere in eoꝝ tabernis & locis in quibus eſt uinũ quod uendiť per eoſdem, & retinere poſſint in dictis tabernis & locis in quibus uendiť uinũ, alias menſuras & uaſa, licet nõ bullatas, in quibus ut ſupra dent uinũ hominibus & perſonis, dũmodo illę menſuræ & uaſa ſint maioris tenutæ & capacitatis q̃ ſit petictũ iuſtũ. Poſſint etiã habere uaſa quæ uoluerint pro aqua retinenda dũmodo ſint maiora peticto. Et q; dicta uaſa in die uel in ſero anteq; imittant uel reponant in tabernis in platea ſeu ſtrata euacuare teneanť. Qui uero dictas menſuras dicto modo non habuerit uel alias menſuras & uaſa in dictis tabernis uel locis habere repertus fuerit, uel tenere, ut ſupra dictũ eſt, compellanť incontinẽti ſine aliqua condẽnatione pro qualibet mẽſura & qualibet uice ponere in cippũ cõmunis Eſii.x. lib.deñ. ſine aliqua remiſſione. ¶Præterea nõ poſſint uel debeãt dicti tabernarii uel albergatores uendere uinũ ad minutũ, niſi pro eo precio quo eis bullatũ fuerit & ordinatũ per ſuperſtites cõmunis Eſii uel alios officiales ad quos prædicta ſpectãt. ¶Et nullus uendẽs oleũ uel carnes ſalitas ad minutũ debeat uendere carnes ſcrophæ pro porco maſculo, uel oleũ forte ſiue acutũ pro dulci, uel unũ uinũ pro alio, & qui contrafecerit condemneť pro quolibet & uice qualibet, in.C.ſol.deñ. & credať ſacramento accuſatoris, ſi bonæ cõditionis fuerit, alias nõ, cũ dicto unius teſtis. ¶Et præfati olei uẽditores habere debeãt quartũ, mediũ quartũ, foliettã & picciolã, cũ quibus uendant oleũ & dictas mẽſuras iuſtas approbatas & bullatas bulla cõmunis Eſii. Et non liceat eis habere tenere uel uti in eoꝝ ſtationibus aliis mẽſuris. ¶Qui uero cõtrafecerit uẽdẽdo cũ aliis menſuris, uel tenẽdo alias mẽſuras q̃ dictũ ſit, puniať in.x.ſol.deñ. pro quolibet & qualibet uice. Et dñs Poteſtas cõpellere debeat dictos uenditores, & eoꝝ quẽlibet, ut habeant & teneãt cõmunis mẽſuras, & qui repertus fuerit non habere, ſoluat pro bãno.xx. ſol. deñ. pro quolibet & qualibet uice & qualibet mẽſura. Præterea non debeant dicti uenditores nec aliquis eoꝝ per ſe uel aliquã interpoſitã perſonã modo aliquo ponere uel mittere in oleo quod uendunt & uendãt & uendere debent aquam uel mel uel aliquem aliũ liquorem nec dolũ uel fraudẽ cõmittere in eorum arte, & qui inuentus fuerit contrafacere uel feciſſe, puniri debeat & condemna-

ri in.C.ſol.deñ.pro quolibet & uice qualibet. ¶Et adhoc ut omnia & ſingula melius & ef
ficacius obſeruentur per dictos albergatores & tabernarios & dictos uenditores olei &
carniũ ſalitarũ debeat prædicta procurare ſingulis ebdomadis miles dñi Poteſtatis & offi
ciales dicti cõmunis, & per ſecretos denunciatores & accuſatores eligendo tam de terri-
genis q̃ de forenſibus per dñm Poteſtatem & officiales cõmunis, quorum militis & offi-
cialium dicti cõis credi debeat cum uno teſte iurato. Aliorũ uero ſecretorꝝ denunciatorũ
credi debeat ſacramento cũ uno teſte iurato in omnibus ſupradictis caſibus. Et ſi dictus
miles in prædictis fuerit negligens condẽnari debeat in. xxv. lib. deñ. pro qualibet uice.
¶Præterea non liceat dictis hoſpitatoribus uel tabernariis & triccolis ſeu reuenditoribus
emere uel emi facere per aliquam interpoſitam perſonam de quartis uaccinarũ carniũ po
ſterioribus, nec piſces marinos, nec carnes ſiluestres, nec pullos, nec caſeũ, nec oua, nec anſe
res in ciuitate uel diſtrictu Eſii, & qui contrafecerit in aliquo de ſupradictis capitulis ſol-
uere teneatur pro banno pro qualibet uice.x.ſol. ¶Inſuper non poſſint nec debeant dicti
tabernarii & hoſpitatores dare comedere uel bibere alicui de Eſio minori.xv.annorum in
eorum tabernis uel hoſpitiis, & qui contrafecerit ſoluat pro banno.x. ſol. deñ. Et quilibet
poſſit & teneatur accuſare, medietas cuius banni ſit cõmunis, & alia accuſatoris. Et Pote-
ſtas teneatur hoc facere procuratori per dictos ſuperſtites ſiue officiales poſitos ſuper
prædictis, quorum dictis credatur ſine aliquo ſacramento.

## ¶De triccolis & qualiter eorum artem debent exercere. Rub. V.

STatuimus & ordinamus, q dictæ triccolæ & triccoli ſtent & ſtare teneantur cum eo
rum rebus uenalibus in platea cõmunis Eſii ante palatium cõmunis ſeparati ab aliis
perſonis quę ueniunt ad uendendũ ſuas res, & non miſceantur cũ eis ex una parte deſignã
da per militem Poteſtatis, niſi proprias apothecas habuerint, quia tunc in propriis ſtare li
ceat. Et ſi aliquis triccolus uel triccola extra locũ uel terminos eis aſſignatos ſtare reper-
tus fuerit, incontinenti ſoluere compellatˀ ſine aliqua condemnatione anteq̃ ſecedant de
palatio.x.ſol.pro qualibet uice, & quilibet poſſit accuſare. ¶Præterea nõ poſſit aliquis tric
colus uel triccola aliquo tempore uel hora emere uel emi facere per ſe uel aliquam inter
poſitam perſonam in ciuitate Eſii, nec extra prope dictam ciuitatem a tribus miliaribus
in die fori, In aliis uero diebus ante horam tertiæ non poſſint emere oua, pullos, colũbos,
caſeum, pernices, phaſianos, qualeas, turtures, anates, anſeres, turdos, merulas, lepores, uel
alia uolatilia, nec poma, nec aliquas alias res comeſtibiles pertinentes ad artem triccolarię,
ſub pœna & banno.x.lib.pro quolibet & qualibet uice. Et quilibet poſſit & teneatˀ accuſa
re contrafacientes & credatˀ ſacramento accuſatoris, & habere debeat accuſator partẽ præ
dictam. Quam pœnam officialis extraordinariorũ in continenti ſine aliqua condemna-
tione de facto contra facientes anteq̃ exire permittat de palatio exigere teneatˀ, & in cip-
pũ cõmunis dictas ponere pœnas. Saluo q dicti triccoli & triccolæ poſſint emere poma
exiſtentia ſuper arboribus infra confines prædictos ſine pœna. ¶Hoc addito q in die fo
ri tam triccoli q̃ reuenditores & hoſpites non poſſint quoquo modo emere uictualia tam
a ciuibus q̃ comitatiuis q̃ forenſibus apportãtibus res & uictualia ad ciuitatem Eſii intus
uel extra ciuitatem, pœna ementibus.x.lib. de facto incurrenda & cõmuni applicanda &
perditione rerũ emptarũ pariter in cõe deuoluenda, & inuentori officiali detur quinta por
tio pro quolibet & qualibet uice, ſi cum effectu in cõmune pœnam uenire fecerit & creda
tur accuſatori cũ uno teſte & iuramento, & habeat pariter unam partem eius quod in cõ
mune uenire fecerit ſua delatione. In aliis uero diebus ſeruetˀ præſens & alia ſtatuta. Et ap
pellatione uictualiarũ ueniant omnia comeſtibilia. ¶Addentes inſuper q dies fori ſit li-
ber ab omni gabella duana & onere tam ementibus q̃ uendentibus ciuibus comitatiuis
& forenſibus,



& forenſibus, exceptis gabellis menſurarũ & paſſus lini & lanæ, & tracta frumenti & alio
rum bladorũ. ¶Ac etiam non poſſint nec debeant dicti triccoli & triccolæ uel aliquis eo-
rum nec etiam aliqua alia perſona occulte accipere uel tenere in eorꝝ domibus uel pane-
riis uel banchis uel apotecis uel in aliquo alio loco, pernices, anatras, anſeres, qualeas, tur-
tures, nec aliquas aues uel aliqua comeſtibilia ad triccolariam pertinentia nec dictas res
palam uendere. Et qui contrafecerit ſoluere cogatur in continenti ſine aliqua condemna-
tione anteq̃ ſecedat de palatio pro qualibet uice.xx.ſol. niſi dominis rerũ præfatarũ & eo-
rũ famulis quibus prædictas res tenere & uendere liceat. ¶Inſuper dictus dominus Po-
teſtas & eius miles & officialis teneantˀ & debeãt uinculo ſacramẽti duabus uicibus uel
tribus in ebdomada, prædicta omnia & ſingula procurare & inquirere contra dictos tric
colos & triccolas ne eis uetita faciant & mittere de familiaribus ipſorꝝ ad domũ triccola-
rũ & triccolorũ & ipſas rimari facere ſi aliquid uetitũ habere reperti uel repertę fuerint il-
lud facere uendi pro cõmuni. Et nihilominus eas uel eos, & eorũ quẽlibet compellat ad
ſoluendũ cõmuni pœnã prædictam. ¶Teneantˀ etiam dictus dñs Poteſtas & officialis
extraordinariorꝝ iuxta diſtinctionem præfatam ponere ſecretarios accuſatores & denun
ciatores qui dictos triccolos & triccolas debeant denunciare eis, quãdo faciunt uetita uel
exercent quorꝝ ſecretariorũ ſacramento credatˀ contra dictos triccolos & triccolas, & ha-
bere debeat tertiam partem eius banni quod ſoluent dicti triccoli & triccolæ, & cõmune
duas partes, & teneatˀ credentia de prædictis. Teneãtˀ etiam & debeant de omni putredi-
ne & concimine mundatam tenere uiam, pœna quinq; ſol. ¶Præterea non poſſint neq;
debeant dicti triccoli uel triccolæ, nec etiam paniuendulæ, neq; aliquæ aliæ perſonæ ſtare
uel tenere in dicta platea cõmunis crinos gabias uel aliquas alias res quando campanæ
cõmunis pulſantur ad martellum occaſione alicuius rumoris pœna.C. ſol. pro quolibet
& qualibet uice. De quibus omnibus ſupradictis dominus Poteſtas & officialis tenean-
tur facere executionem de facto ſine aliqua fideiuſſione anteq̃ recedant de palatio, conſti-
to ſupradictos triccolos & triccolas deliquiſſe, ut ſupra.

## ¶De paniuendulis & eorũ arte, & qualiter eorũ artẽ debeant exercere. Rub. VI.

STatuimus & ordinamus, q paniuenduli.i.panem facientes ad uendendum, teneantˀ
continue panem facere ad uendendũ bene coctũ & ſtudiatũ ad pondus eis datũ per
officiales cõmunis Eſii uel dandũ ponderatũ cũ ſtatera bullata bulla cõmunis, & aliter nõ
debeant uendere. ¶Et teneantˀ paniuenduli & uolentes facere panem uenalẽ ſe facere ſcri
bi ſingulis annis per notariũ dñi Poteſtatis, in uno quinterno cõmunis, in quo omnes ſint
ſcripti qui ſemper debeat eſſe apud ſcrinium dicti cõmunis. Et ſi aliquis paniuendulus in
aliquo de prædictis contrafecerit ſoluat pro bãno pro quolibet & qualibet uice.xx. ſol.
¶Et poſſint dicti paniuenduli ſtare ad uendendũ panem per ciuitatem Eſii ubicunq; eis
placuerit, dũmodo faciant & uendant panem ut dictũ eſt. Et debeat quilibet paniuendu-
lus habere panem bullatũ bulla cõmunis Eſii, & ſupra paneriũ panis, unam toballiam al-
bam & pulcram, cũ qua teneant coopertũ panem, & unũ baculũ in manu cũ quo tangat
panem. Et uolentes emere cũ dicto baculo tangere poſſint, pœna & bãno cuilibet tangen
ti cũ manibus, & ipſis paniuendulis ſi dictum baculũ & toballiam non habuerint, quinq;
ſol.pro qualibet uice. Et prædicta omnia procurentˀ per officialem extraordinariorꝝ ſotiũ
dñi Poteſtatis & etiam alios officiales cõmunis Eſii. Et ſi aliquem inuenerit contrafacere
in prædictis uel aliquo prædictorũ de facto ſine aliqua condemnatione ſoluere compel-
lant pœnas prædictas. Et ſi dictus officialis ſiue miles uel Notarius fuerint negligẽtes in
aliquo prædictorꝝ, condemnari debeant per ſyndicatores in.xx.lib.deñ.tempore ſyndica-
tus. ¶Inſuper q dictus miles & Notarius teneantˀ bis in ebdomada ire & rimari p dictã

ciuitatem ſi dicti paniuenduli habent & tenent de eorum pane in eorum banchis & cani
ſtris ad ſufficientiam, & ipſum panem ponderari facere & uidere ſi eſt iuſti ponderis ſecun
dum modum & formam eis datum & aſſignatum per dictos officiales & ciues deputa-
tos ad modum panis dandi ordinandum & aſſettandum. Et ſiquid inuenerint non iuſti
ponderis, ipſum rumpere & incidere & dare pauperibus & captiuis qui ſunt in carceribus
cõmunis Eſii. Et ſoluere debeat contrafaciens, cuius panes erant pro quolibet pane duos
deñ. ſtatim ſine aliqua condemnatione & ſit præciſum. Qui ciues & deputati ſuper mo-
do & aſſetto prædicto eligantur per dominos Priores & concilium credentiæ ciuitatis &
comitatus prout & quando eis uidebitur officio ipſo duraturo prout fuerit ordinatum
& modus & aſſettum fiat tempore cuiuſlibet Prioratus ſecundũ currentẽ frumẽti ualorẽ.

## ¶ De laboratoribus terrarum, & qualiter eas debeant laborare. Rub. VII.

STatuimus & ordinamus, ꝙ quilibet laborator terrarum, qui acceperit & conduxerit
ad laborandum terram a quocunq; exiſtente in ciuitate & diſtrictu Eſii ab aliqua per
ſona, teneať ipſam terram bene & legaliter ſulcare & laborare & colere ſingulis bonis &
cõgruis temporibus prout quilibet bonus congruus & ſollicitus laborator facere debet,
rumpendo, frangendo, remenando, & ſeminando eãq; de bono & puro frumento, & om-
nes ſegetes quę erunt in dicta terra mundare debeat & purgare teneať quotiens opus fue
rit de malis herbis, ſub pœna. xl. ſol. deñ. Et nihilominus teneať dño poſſeſſionis ad emen
dationem damni & intereſſe. ¶ Et iudex maleficiorũ cõmunis Eſii teneať compellere la-
boratores, omni iuris ordine, & ſolennitate omiſſis dictum laboratorem ad ſoluẽdum ip-
ſi locatori ipſos. xl. ſol. deñ. & ſatiſfaciendum ſuũ damnum & intereſſe pro qualibet torna
tura terræ, infra. x. dies cõnumerandos a die cõdemnationis faciendæ de laboratore prædi
cto. Et dictus locator ſiue dñs rei locatæ tenere debeat fructus in ſe, ſiqui erunt in ipſa ter-
ra, & ſi non erunt damnum ſit & eſſe debeat in arbitrio dñi terræ prædictæ, uel dimidium
fructuũ in ea exiſtẽtiũ uel extimationẽ prædictã retinere. ¶ Teneať etiã quilibet labora
tor poſſeſſiones alterius primo laborare conductas q̃ ſuas proprias & fructus ex eis pri-
mo recolligere q̃ fructus poſſeſſionũ eorũ & partem contingentem eis locatoribus aſſi-
gnare. Et ſi aliquis laborator ſeu conductor contrafecerit, puniať pro quolibet & quali-
bet uice & qualibet tornatura terræ in. xl. ſol. deñ. Et tantũdem teneať dare dño poſſeſſio
nis prædictæ pro emendatione damni ſui ſi iurare uoluerit in tantũ damnificatum fuiſſe
propter prædicta dũtamen ipſi laboratori remaneant omnes fructus prædicti. ¶ Præte-
rea teneať quilibet laborator primo omnes terras per eũ conductas ad laborandũ labo-
rare & colere, ut dictũ eſt anteq̃ locet & uendat operas boũ uel ſuas aut alienas poſſeſſio-
nes laboret, quoniã qui eſt in tempore potior eſt in iure. Et qui contrafecerit condemnari
debeat per dñm Poteſtatẽ pro quolibet & qualibet uice, in. xx. ſol. Et de hoc credať ſacra
mento eius qui dictas poſſeſſiones locauit dicto locatori, qui alienas poſſeſſiones condu
xit ad laborandũ, ſiue exinde factũ fuerit inſtrumentũ ſiue non. ¶ Ante tempus uero con
ductionis completum pendentibus fructibus in dictis poſſeſſionibus, ſi amplius eas no-
luerit laborare, denunciare domino ſiue locatori ipſarum teneatur ꝙ de cætero eas non in
tendit laborare. Alioquin uideatur & intelligatur autoritate præſentis ſtatuti ipſas poſſeſ-
ſiones reconduxiſſe pro tanto tempore ſecundum ꝙ primo conduxerat & eodem modo
locatori teneatur, ac ſi uere & per inſtrumentum reconduxiſſet, & ſimiliter locator tenea-
tur denunciare conductori ſi uelit a locatione diſcedere alias &c̃. ¶ Teneatur etiam quili-
bet laborator qui alienas poſſeſſiones acceperit ad laborandum tempore meſſium cũ fru
ctus ſecantur uel carpuntur, ſi domino poſſeſſionis placuerit qui eam locauerit diuidere
& partiri coua & faſciculos fructuũ & ſegetum prædictorum & de eis facere duas partes
uel



uel tres prout habuerit & dare electionem eis qui eis locauerint uel ſuo nuncio, uel ipſius
heredibus capiendi & accipiendi quam eis de dictis partibus placuerit. ¶ Teneatur præ-
terea quilibet laborator ſi uoluerit metere, omni die facere metas & cõnumerare ipſa co-
ua ſeu faſciculos quos fecerit meti & ſecari illa die in præſentia locatoris uel ſui nuncii, ita
ꝙ coua ſeu faſciculi non remaneant de nocte per campum. ¶ Inſuper teneať quilibet la-
borator, cum uoluerit portare coua uel faſciculos ad aream cauſa triturandi, uel blada de
area extrahere, uel ipſa coua de metis non amouere uel caricare, nec eas triturare, niſi lo-
cator & dominus poſſeſſionis prædictæ uel eius nuntius fuerit præſens, uel niſi fue-
rit de uoluntate locatoris, ſeu domini uel heredum ipſius. Et ſi aliquis laborator con
trarium fecerit in aliquo de prædictis caſibus condemnari debeat communi Eſii, per
dominum Poteſtatem pro quolibet & qualibet uice, in. C. ſol. Et nihilominus locatori
uel ſuis heredibus ad emendationem damnorum & intereſſe ipſius, declarandum ſacra-
mento ipſius locatoris uel heredum eiuſdem. ¶ Vlterius teneatur quilibet laborator, cum
uoluerit extrahere frumentum ſiue alia blada de area illud uel illa extrahere cum menſu-
ris, & partem contingentem de dictis poſſeſſionibus frumenti uel alterius bladi portare
ad domum locatoris uel ſuorum heredum ſine aliquo cauallatico uel mercede. ¶ Inſuper
non poſſit uel debeat aliquis laborator uel conductor alicuius poſſeſſionis, ad laboran-
dum petere ab aliquo domino uel locatore poſſeſſionis aliquod inſtrumentum cauſa la-
borandi in poſſeſſionibus prædictis, nec de fructibus eorum accipere, niſi prout ſuperius
dictum eſt. ¶ Et ſi dominus uel locator aliquarum poſſeſſionum contra formam pręſen
tis ſtatuti, uel alicuius capituli pactus fuerit cum conductore ipſarum ꝙ aliter laboretur,
uel aliter fiat de fructibus q̃ in præſenti ſtatuto contineatur talia pacta uel conuentiones
uel ſtipulationes aut promiſſiones ipſo iure non teneant quantũcunq; renunciatum fuerit
beneficiis ipſius ſtatuti. Sed ſint omnia ipſius laboratoris bona autoritate præſentis ſta-
tuti domino ſiue locatori dictarum poſſeſſionum & heredibus ipſius pro conſeruatione
omnium prædictorum tacite obligata. ¶ Addentes ꝙ arbores in ipſis poſſeſſionibus exi
ſtentes congruis temporibus uangare & cultiuare debeant ipſi laboratores, pœna quinq;
ſol. pro quolibet & qualibet arbore & uice qualibet qua contrafactum fuerit. Et nihilo-
minus damnum & intereſſe ipſi locatori emendet ſuo ſacramento exiſtimandum. ¶ Ac
etiam expreſſe mandantes ꝙ nulli ſtatuto in uolumine ſtatutorum Eſii poſito per deſue
tudinem ualeat derogari ſed ſemper in ſuo robore duret & durare debeat omnimode.

## ¶ De laboratoribus uinearum & cãnetorum. Rub. VIII.

STatutum & ordinatum eſt, ꝙ quilibet qui conduxerit aliquam uineam uel cãnetum
ad laborandum ab aliquo, ipſam teneatur bene laborare, & bonis & congruis tempo
ribus. ſ. putare, ficcare, leuare cum cannis uel palis, ligare, & palmare, propaginare, & inui-
ſcare, & ipſam uineam & cãnetum bene uangare, & ſappare congruis temporibus & clau
ſa tenere. Et prædicta laboreria facere teneatur anteq̃ illa faciat in ſuis uineis uel cannetis.
¶ Teneatur etiã quilibet laborator qui conduxerit aliquam uineam uel cãnetum ad la-
borandum ipſam ad uoluntatem locatoris & ipſius heredum uindemiare & uuas colli-
gere, & medietatem uini puri & aquaticii locatori dare, aut illam partem de qua concor-
des erunt ad inuicem. Et canales & capitellos ad dictam uineam portari facere expenſis
conductoris & locatoris. uidelicet. pro medietate utriuſq;. Et uinum expenſis ipſius con
ductoris ad domum ſeu canneuam locatoris portare uel portari facere infra ſecundam
diem poſtq̃ fuerunt canales plenæ, ſaluo ſi pactum aliter erit inter ipſos. Quod ſi aliquis
laborator prædicta omnia & ſingula laboreria facere ceſſauerit uel recuſauerit, condẽna-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

ri debeat pro quolibet & qualibet uice, & quolibet laborerio non ſic facto in quinq; ſol.
pro quolibet uangatore uineæ, & quolibet uangatore canneti, & in emendatione damni
domino ſiue locatori, uel hęredibus ipſius ſecundum ꝙ declarabitur ſacramento ipſius lo
catoris, taxatione prius facta per iudicem ſeu Poteſtatem Eſii. Et nihilominus habere de
beat dominus ſiue locator medietatem uini exiſtentis in uinea prædicta. ¶Hoc addito,
ꝙ ſi laborator non ligonizauerit uineam conductam debito & congruo tempore, ſecun-
dum laudabilem conſuetudinem. uidelicet. per totum menſem Iunii, quantumcunq; cæ
tera laboreria bene fecerit. Idem laborator non habeat neq; habere debeat niſi tertiam
partem uini uel minorem, ſi intereſſe domini uel damnum maius erit. Et ꝙ pro prædi-
ctis omnia bona ipſius laboratoris & hęredis ipſius dicto locatori & hęredibus ipſius
ſint & eſſe intelligantur huius ſtatuti autoritate obligata, pro eo toto quod debetur lo-
catori. ¶Præterea non poſſit nec debeat aliquis laborator qui aliquam uineam uel cāne-
tum conduxerit alteri laboratori irrequiſito domino ad laborandum locare nec etiam
aliquid ſeminare in uacua uinea uel paſſuris poſſit ſine expreſſa licentia domini uel loca-
toris poſſeſſionis. Et ſi contrafecerit condemnari debeat per dominum Poteſtatem Eſii,
pro qualibet uice, in. xl. ſol. & locatio prædicta non teneat. ¶Vlterius teneatur & de-
beat quilibet laborator canneti alterius cannas incidere & faſces de eis facere in præſentia
locatoris uel hęredum ipſius uel ſui nuncii, & ſi aliter fecerit, condemnari debeat pro qua
libet uice & quolibet prædictorum cōmuni Eſii per dominum Poteſtatem in. xx. ſol. deñ.
Et nihilominus ad reſtitutionem damni domino ſiue locatori, de quo damno ſtari de-
beat & credi ſacramento ipſius locatoris. ¶Inſuper teneatur quilibet laborator uineæ
uel canneti, ſi amplius in conductione perſiſtere noluerit, dicere & proteſtari domino
uel locatori uel ſuis hęredibus per tres menſes ante, ſe de cætero ultra ſuæ conductionis
tempus nolle uineam uel cannetum prædictum laborare. Quod ſi facere ceſſauerit, præ
ſumatur autoritate præſentis ſtatuti ipſum laboratorem uineæ uel canneti pro tanto tem
pore quanto prius conduxerat reconduxiſſe, & perinde habeatur ac ſi expreſſe recondu-
xiſſet, & idem habeat locum in locatore, & non poſſit modo aliquo uel ingenio per pa-
ctum etiam expreſſum, huic ſtatuto uel alicui capitulo ipſius per dominum uel locato-
rem alicuius uineæ uel canneti renunciari ꝙ aliter laboretur uel fiat de ipſius uel ipſorum
fructibus q̄ ſupradictum eſt. Et ſi contrarium fieret ipſo iure non teneat pactum uel re-
nunciatio, etiam ſi in ſtipulationem fuerit deductum. ¶Ac etiam ſtatuimus & ordina-
mus, ꝙ nullus habitator uel diſtrictualis Eſii audeat uel præſumat conducere ad labo-
randum aliquas poſſeſſiones cuiuſcunq; perſonæ poſitas in diſtrictu ciuitatis Eſii, quæ
non ſint tales perſonæ, quæ ad plenam iuriſditionem ſubiaceant noſtro cōmuni, aut de
ipſis poſſeſſionibus non ſoluantur gabellæ ſiue onera, ſeu datiuæ, & ſalaria dicto cōmuni
Eſii & Poteſtati ciuitatis Eſii, niſi prius ſatiſdet & fideiuſſores præſtet ille talis conductor
maſſario cōmunis Eſii de ſoluendo cōmuni omnes & ſingulas collectas & datiuas im-
ponendas per dictum cōmune pro extimo dictæ poſſeſſionis poſitæ in diſtrictu ciuitatis
Eſii, & toto tempore quo laborabit & tenebit eam. Et ſi aliquis contrafecerit, conducen-
do aliquam poſſeſſionem poſitam infra diſtrictum Eſii ad laborandum uel ad laboritiū
accipiendo aliquam poſſeſſionem, non reſpondendo ad plenam iuriſditionem dicto cō-
muni non præſtita ſatiſdatione prædicta, condemnari debeat cōmuni prædicto per do-
minum Poteſtatem in. xxv. lib. deñ. pro quolibet & qualibet uice, & quilibet poſſit accu-
ſare, cuius condemnationis medietas ſit cōmunis, & alia accuſatoris. Et nihilominus pro
extimo dictæ poſſeſſionis quouſq; laborabit eam, dicto cōmuni ſoluere compellatur om
nes & ſingulas collectas & onera ſubire, ſaluis pactis ipſorum contrahentium habitis in-
ter ipſos contrahentes, quæ pacta præiudicent inter eos & ſeruentur. Non tamen præ-
iudicent in aliquo cōmuni quantum ad prædicta. Et hoc ſtatutum non intelligatur de
poſſeſſionibus



poſſeſſionibus eccleſiarum & clericorum & aliarum perſonarum exceptarum de iure cō-
muni. Nec poſſint dicti laboratores de conductis uineis uuas accipere ante uindemiam
cum calathis, ſimiliter nec alia poma, utputa perſica & ficus ſine domini licentia, ſi arbo
res dictarum ficuum cultiuauerunt & laborauerunt, alias autem nihil habeant. Nec etiā
uuas tempore uindemiarum aſportare cauſa ſuſpendendi uel conſeruandi, niſi domini li
centia præcedente. Siquis autem contrafecerit puniatur uice qualibet in. x. ſol. Et nihilo-
minus domino damnum reſarcire teneatur ſacramento ipſius domini exiſtimando.

¶Quod quilibet in ciuitate Eſii & comitatu hortum facere teneatur. Rub. IX.

STatuimus & ordinamus, ꝙ quilibet ciuis & comitatiuus Eſii, qui habitat in ciuitate
uel comitatu eiuſdem teneatur omni anno facere uel fieri facere tantum hortum,
quantum ſufficiat duobus uangatoribus una die ad fodiendum ſiue ad uangandum ad
minus, pœna. xl. ſol. pro quolibet contrafaciente. Et de prædictis teneatur inquirere Pote
ſtas ciuitatis Eſii & eius officialis extraordinariorum ad minus bis in anno. uidelicet. de
menſe Aprilis, & de menſe Septembris. Poſſit etiam & debeat inquirere de prædictis No
tarius damnorum datorum, & repertos culpabiles de prædictis punire in p̄dicta pœna.

¶De beccariis & qualiter eorum artem debeant exercere. Rub. X.

STatuimus & ordinamus, ꝙ omnes beccarii ciuitatis Eſii, & qui dictam artem exer-
cent, & in futurum exercebunt in dicta ciuitate teneantur & debeant continue, ſecun
dum quod tempora requirunt, facere & habere in eorum bancis & beccariis carnes caſtra
tinas pecudinas, bouinas, hœdinas, & agninas, & porcinas, & alias carnes abundanter &
ſufficienter, ita ꝙ omnibus uolentibus de aliquibus ex eis ab ipſis emere poſſint. Et teneā
tur omnes & ſinguli beccarii prædicti eligere omni anno ſemel coram Poteſtate, uel iudi
ce maleficiorum cōmunis Eſii, utrum uelint facere carnes caſtratinas & porcinas, de ca-
ſtronibus & porcis maſculis, uel de pecudibus, capris, montonibus, beccis, uel de ſcrophis
caſtratis uel non caſtratis, uel de uerribus ſic ſcribere uel ſcribi facere per Notarium domi
ni Poteſtatis quas carnes eligunt uelle facere de prædictis. Et illi qui eligunt ſe uelle face-
re carnes caſtratinas & de porcis uel caſtratis maſculis per ſe ſeparatim & diuiſim ſtare de
beant ab illis qui eligent facere carnes hircorum, montonorum, caprarum, uerrium, &
ſcropharum caſtratarum uel non, & pecudum, & in diuerſis locis prout eis aſſignata fue-
rint per officialem domini Poteſtatis. ¶Et nullus qui eligat facere carnes caſtratinas &
porcinas de animalibus maſculis debeat modo aliquo per ſe uel alios emere aliquam pe-
cudem, uel beccum, montonem, capram, uerrem, uel ſcropham caſtratam uel non caſtra-
tam, cauſa uendendi in beccaria, nec carnes aliquas de prædictis ſuas uel alienas in ſua
banca uel beccaria uendere uel tenere, nec ſocietatem facere cum aliquo, qui elegerit face-
re carnes prædictas. Et ſi aliquis de prædictis beccariis inuentus fuerit in aliquo de præ-
dictis contrafacere compelli debeat per dominum Poteſtatem uel eius Vicarium omni
iuris ordine prætermiſſo de facto ſine aliqua condemnatione ponere in cippum cōmu-
nis. xl. ſol. deñ. pro qualibet uice. Et quilibet poſſit accuſare & habeat medietatem dicti
banni, & credatur ſacramento accuſatoris cum uno teſte iurato. ¶Teneatur etiam qui-
libet beccarius continuo facere carnes quas elegerit uelle facere & in abundantia & ſuffi-
cientia. Et quicunq; beccarius ceſſauerit ab officio beccariæ per octo dies continue, niſi
fuerit abſens a ciuitate Eſii uel aliquo iuſto impedimento detentus non poſſit dictam ar-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

tem deinde ad tres annos exercere ſine licentia Poteſtatis & Priorum ciuitatis Eſii, & ſoluere teneatur pro banno cōmuni Eſii.xl.ſol.deñ.pro qualibet die qua carnes non fecerit. Et quilibet poſſit accuſare contrafacientes & habere debeat medietatem banni. ¶Teneantur etiam omnes & ſinguli beccarii omnes carnes cuiuſcunq; conditionis exiſtant, quolibet tempore uendere & dare omnibus & ſingulis ab eis emere uolentibus ad libram, mediam libram, & minus & plus ſecundum ꝙ ipſis uolentibus placuerit pro precio quod ordinabitur per cōmune Eſii, & eiſdem aſſignabitur per militem domini Poteſtatis & officiales dicti cōmunis, & uendere debeant ad libram duodecim unciarum & non cum minori. Et debeant dicti beccarii habere & tenere in eorum banchis & beccariis bilancias ſeu ſtatheras iuſtas & æquales bullatas, bulla cōmunis Eſii & libras & medias libras, & uncias eodem modo bullatas bulla cōmunis Eſii & nullas alias. Et ſiquis inuentus fuerit uendere cum ſupradictis bilancis & ſtatheris minus iuſtis & non ſic bullatis, & cum eis carnes uendere, uel aliqua ipſarum, puniatur pro qualibet uice & quolibet pondere in.xx.ſol. Qui uero repertus fuerit uendere maiori precio uel minori pondere q̄ fuerit ſignatum & ordinatum per officialem domini Poteſtatis, uel officiales cōmunis, uel q̄ fuerit ordinatum per dictum cōmune, puniri debeat pro quolibet & qualibet uice in tribus libris deñ. Et quilibet poſſit accuſare, & credatur ſacramento eius qui dixerit ſe emiſſe ab aliquo maiori precio uel minori pondere, tam beccario q̄ uenditori prædicto. Quas quantitates ab ipſis contrafacientibus dominus Poteſtas exigere teneatur incontinenti de facto ſine aliqua condemnatione uel iuris ſolennitate ſeruata, & eos poni facere debeat in cippum cōmunis. ¶Debeant etiam tenere dicti beccarii æqualiter bilancias, cum quibus ponderent carnes, appenſas ſupra eorum bancis, ita ꝙ non pendant magis ab uno latere q̄ ab altero. Et ꝙ ementes carnes poſſint uidere ipſas bilancias uel ſtatheras, cum carnes ponderantur aliquo obſtaculo non obſtante. Et ſi prædicta non ſeruauerint, puniantur contrafacientes in.xx.ſol. pro qualibet uice. ¶Teneantur etiam prædicti beccarii de dictis carnibus & quibuſlibet earum dare & uendere omnibus hominibus & mulieribus ab eis emere uolentibus & petentibus in eam quantitatem quam petierint in locis in quibus uoluerint ipſi emētes, & primo dare primo petenti q̄ aliis & ponderare dictas carnes cum bilancis uſq; ad quantitatem.xii.lib.carnium, & abinde ſupra poſſint ponderare cum ſtathera. ¶Nec etiam dicti beccarii uendere debeant cum aliis carnibus ad peſam ſiue pondus ungulas neq; teſtas porcorum & caſtratorum uel aliorum animalium, neq; collum boum uel interiora ſiue inteſtina dictorum animaliū ſed ipſas teſtas ungulas & collum boum & inteſtina ſeparatim & diuiſim ob aliis carnibus uendere debeant. Et qui contrafecerit in prædictis uel aliquo prædictorum ſoluere debeat cōmuni pro quolibet & qualibet uice, tres libras deñ. ſine aliqua condemnatione & illos ponere in zoccum cōmunis cogantur de facto. Et quilibet poſſit accuſare & credatur ſacramento accuſatoris de omnibus & prædictis, & debeat habere accuſator tertiam partem dicti banni. ¶Præterea teneantur occidere & occidi facere omnia animalia in beccariis & in præſentia officialium, & putredinem faciant portari extra portam dictæ ciuitatis, ita ꝙ dicta beccaria remaneat ſine putredine. Et dicti beccarii non præſumant inflare nec inflari facere uel permittere aliquibus ut inflent beſtias excoriandas cum ipſas uolunt excoriare. Nec debeant impinguare renes ſiue rognones nec aliquam partem aliarum beſtiarum cum pinguedine ſiue adipe alterius beſtiæ, nec etiam reueſtire pellibus aliquas beſtias poſtq̄ ſunt ſcoriatæ nec interficere, nec interfici facere aliquas beſtias, niſi cum eas uoluerint ſcorticare, & ipſis ſcorticatis uel combuſtis pilis earum debeant ponere in beccariam ad carnaria dictæ beccariæ, ut omnes uidere poſſint, & porcos, caſtrones & omnia alia animalia præterq̄ hœdos & agnos debeant per medium ſcindere & ſquartare, & debeant dimittere & tenere ſigna ſiue menzabulum caſtratorum &

porcorum



porcorum maſculorum iuncta cum quartis poſterioribus beſtiarum, & capita ipſarum dimittere ad quartos anteriores donec uendantur. ¶Teneantur etiam omnes ſcrophas quas interfecerint pilare & non urere, & porcos maſculos urent adhoc ut carnes porcorum maſculorum & ſcropharum cognoſcantur. ¶Præterea non debeant dicti beccarii nec aliquis eorum unas carnes pro aliis dare, ſed prout ſunt dicant ipſas eſſe, & uendant, & non aliter, & qui inuentus fuerit contrafacere in aliquo de ſupradictis capitulis, & quolibet ipſorum, puniri debeat pro quolibet & qualibet uice per dominum Poteſtatem uel eius Vicarium in tribus lib. deñ. quos incontinenti exigere ab eis debeat de facto nulla condemnatione facta & omni ſolennitate omiſſa. Quod ſi dictus dominus Poteſtas & eius officialis non fecerit uel non exegerit, duplici pœna tempore ſyndicatus puniatur. Et de prædictis credatur ſacramento accuſatoris. Et quilibet poſſit accuſare & habere debeat tertiam partem banni. Et huic ſtatuto deſuetudo ſeu in contrarium deſuetudo obſtare non poſſit. ¶Teneantur etiam dicti beccarii & quilibet eorum cum uoluerint occidere uel occidi facere aliquas beſtias, anteq̄ occidant uel occidi faciant eas oſtendere ſupraſtantibus uel officialibus dicti communis, ut eas uideant ſi ſunt ſanæ, morbidæ, uel infirmæ, uel lentæ. ¶Et ꝙ nullus beſtias infirmas uel morboſas uendere debeat in aliqua beccaria ciuitatis Eſii, nec etiam aliquas carnes putridas uel febroſas, ſed illas tales carnes & beſtias teneantur uendere & occidere extra portas ciuitatis, ſi permiſſum fuerit per officiales communis. Et qui contrafecerit in aliquo de prædictis, cogi debeat ad ſolutionem communi Eſii per dominum Poteſtatem uel eius Vicarium de facto ſine aliqua condemnatione & omni iuris ordine prætermiſſo centum ſol.pro quolibet & qualibet uice. Et quilibet poſſit accuſare & credatur ſacramento accuſatoris cum uno alio teſte iurato, & habere debeat tertiam partem pœnæ, ſiue banni. Et miles Poteſtatis & alii officiales dictas carnes putridas morboſas uel infirmas, ſi inuenerint in aliqua banca ſiue beccaria, teneantur facere proiici extra portas ciuitatis, ita ꝙ de eis nullus uendere uel emere poſſit. ¶Teneantur etiam dicti beccarii dare libram carnium caprioli cum eas uendunt arbitrio domini Poteſtatis uel eius officialis & ſupraſtantium omnibus uolentibus eas emere. Et libram carnium porci ſaluatici & ceruii dicto modo uendant, pœna & banno quatraginta ſol. pro quolibet & qualibet uice. Et quilibet poſſit accuſare, & habere debeat medietatem banni. ¶Præterea non poſſint uel debeant dicti beccarii portare carnes de una banca in aliam, & qui contrafecerit ſoluat pro banno communi Eſii quinq; libras deñ. & quilibet poſſit accuſare & habere debeat tertiam partem banni. ¶Nec etiam poſſint uel debeant dicti beccarii facere aliquam conuenticulam uel ſocietatem de exercendo dictam artem niſi tres ſimul, pœna & banno pro quolibet contrafaciente & qualibet uice decem lib. deñ. & quilibet poſſit accuſare contrafacientes. ¶Teneantur etiam dicti beccarii tenere omnes beccarias & plateas ante dictas beccarias politas mundas & purgatas, & remundatas omni ſanguine luto & fimo & imunditia uel putredine. ¶Et nullam putredinem uel ſanguinem uel aliqua interiora alicuius beſtiæ in dicta beccaria nec in aliquibus plateis uel locis ciuitatis proiicere audeant uel debeant, ſed ſanguinem & putredines prædictas debeant colligere in maſtellis & facere portari in ſero extra ciuitatem, nec proiiciant prope muros ſeu portas dicti communis. Et qui contrafecerit ſoluat bannum pro quolibet & qualibet uice quatraginta ſol.deñ. & quilibet poſſit accuſare. ¶Nec etiam liceat dictis beccariis uel alicui alteri perſonæ in ciuitate Eſii putredinem facere ſub dicta iam pœna. ¶Teneantur etiam dicti beccarii tenere omnes eorum canes & urſos & omnes alias ſilueſtres beſtias ligatos & ligatas, ita & taliter ꝙ damnum alicui non faciant & iniuriam. ¶Teneantur etiam dicti beccarii a mane ſummo ſtare & morari uſq; ad tertiam, & poſt nonam uſq; ad ueſperas cappellarum, & plus ad dictam artem beccariæ

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

exercendam in locis deputatis per cōmune Esii & non alibi, pœna & banno. xl. sol. pro quolibet & qualibet uice. ¶ Teneantur etiam dicti beccarii fideiussores, præstare de. xxv. lib. pro quolibet massario cōmunis Esii, de eorum arte bene & legaliter exercenda. Et si dicti beccarii uel aliquis eorum inuenti fuerint dolum uel fraudem in dicta arte cōmittere, puniri debeant in pœnis supradictis. ¶ Teneantur etiam dominus Poteſtas & duo officiales cōmunis Esii uel eorum locumtenentes in conſilio ſapientum uel generali ciuitatis Esii ſaltem ſemel in menſe proponere & reformare qualiter & pro quanto dicti beccarii dare & uendere debeant dictas carnes, ſub pœna dicto domino Poteſtati. x. lib. pro quolibet menſe. Et quicquid reformatum fuerit in dicto conſilio facere per dictos beccarios obſeruari. ¶ Poſſit etiam dictus Poteſtas cum uiderit & crediderit expedire, ponere & ordinare certos homines de ciuitate Esii accuſatores qui dictos beccarios facientes artem eorum in aliquo contra formam ſtatutorum dicti cōmunis accuſare teneantur & eis concedere tertiam partem banni de eorum accuſationibus, & eis credere prout uiderit conuenire arbitrio ipſius domini Poteſtatis. ¶ Hoc etiam ſemper intellecto q̧ dominus Poteſtas uel eius Vicarius dictos beccarios, & eorum quemlibet debeant & poſſint compellere in perſona & rebus remediis iuris ſoluere omnes illas quantitates & ſingula banna in quibus cōmiſerint de facto ſine aliqua condemnatione uel ſententia, & omni iuris ordine & ſolennitatibus prætermiſſis, & ipſas quantitates poni facere in cippum communis. ¶ Et ut prædicta melius obſeruentur, teneatur officialis domini Poteſtatis uinculo ſacramenti, & pœna. x. lib. deñ. de ſuo ſalario in ſingulis diebus ſeptimanæ in quibus carnes uenduntur ire ad beccarias, & uidere & indagare ſi dicti beccarii de carnibus ſecundum tempora faciunt abundanter, & ſi uendunt ſecundum modum ordinatum, & obſeruant omnia quæ in præſenti ſtatuto continentur. Et ſi inuenerit aliquos contrafacientes in aliquo de prædictis illos referre domino Poteſtati uel eius Vicario, cuius officialis dicto ſtetur & credatur ſine aliqua alia probatione, & dominus Poteſtas illos punire teneatur ſecundum formam dictorum ſtatutorum.

¶ De mercatoribus pannorum lini lanæ, & cuiuſcunq; generis mercantiæ, & de campſoribus fœneratoribus mutuantibus monetas. Rub. XI.

Statuimus & ordinamus, q̧ mercatores pannorum lanæ & lini & cuiuſlibet alterius generis negociationis teneantur & debeant & maxime in die fori tenere eorum & cuiuſcunq; eorum ſtationes apertas & uendere cambiare & ponderare & mutuare quibuſlibet uolentibus. Hoc ſane intellecto q̧ in nullo caſu aliquod capitulum ſtatuti uendicet ſibi locum ubi uſura exerceri permitteretur. ¶ Retinere & habere paſſus debeant cum quibus panni menſurentur, bilancias, ſtatheras, & pondera, cum quibus ponderentur floreni & aliæ monetæ, ac etiam alia pondera neceſſaria. Quæ menſuræ & pondera ſint iuſtæ & æqua æquatæ, ac etiam æquata, cum menſuris & ponderibus cōmunis & bonam monetā de auro & argēto grand: & paruā dare & ſoluere omnibus ab eis ementibus & cambiantibus eorum monetam, pœna. C. ſol. pro qualibet uice qua fuerit contrafactum & pro eo ualore quod ualet. ¶ Nec liceat dictam monetam mutari minui uel augeri in precio ſine licentia dominorum Priorum Poteſtatis & eius Vicarii, & conſilii generalis dictæ ciuitatis, pœna centum ſol. pro quolibet & qualibet uice. ¶ Bonam autem monetam non liceat dictis mercatoribus campſoribus nec aliquibus aliis perſonis, ſiue fuerit de moneta groſſa, de argento uel auro, ſiue minuta eam refutare uel recuſare, ſed eam accipere ſecundum ualorem ipſius, ſub pœna centum ſol. pro qualibet & qualibet uice. Et credatur ſacramento accuſatoris. Et poſſint dicti

mercatores



mercatores pannorum & campſores in eorum bancis ante eorum ſtationem & domos libere ſine aliquo datio ſoluendo cōmuni retinere ſicut nunc habent. Poſſint etiam cogi omnes & ſinguli mercatores campſores ſeu mutuatores per dominum Poteſtatem & ſuos officiales coram quibus aliqua queſtio uerteretur de aliquibus rebus uel quantitatibus datis uel receptis per eos ab aliquibus uel per aliquos oſtendere & edere libros & codices ſuarum rationum. Quibus credi debeat contra eos, non tamen contra alios pro eis. Ad quam editionem faciendam cogi debeant modis omnibus, quibus dictis Poteſtati & officialibus uidebitur conuenire, ut magis ueritas eluceſcat.

¶ De officio ſuperſtitum & procuratorum beccariorum ciuitatis Esii. Rub. XII.

Statuimus & ordinamus, q̧ omnes ſuperſtites beccariorum teneantur ſub ſacramento & pœna incurrenda, procurare & uidere ſingulis diebus unus eorum uel ambo, ſi beccarii ciuitatis Esii faciunt & obſeruant omnia & ſingula quæ in eorum arte debent obſeruare, & quæ continentur in ſtatutis cōmunis Esii loquentibus de eorum arte & officio, & debeant habere expenſis cōmunis, bilancias, libras, medias libras, & uncias de ferro rectas & legales, ac etiam ſtatheras bullatas bulla cōmunis Esii, & menſurare uidere & adæquare bilanciis, ſtatheris & penſis, cum quibus dicti beccarii in beccariis uendunt carnes ad uidendum utrum bilanciæ ſtatheræ & pondera dictorum beccariorum ſint iuſtæ & iuſta. Et ſi quos beccarios inuenerit facere contra formam ſtatutorum prædictorum in aliquo capitulo uel non habere iuſta pondera uel non bullata, ut tenentur ipſos domino Poteſtati & eius Vicario & officialibus eius denunciare teneantur & debeant, de quibus omnibus ſtari debeat & credi dicto præfatorum ſuperſtitum & officialium. Et dictus Poteſtas dictos beccarios denunciatos per dictos ſuperſtites debeat condemnare & exigere ſecundum formam ſtatutorum prædictorum, & ab eis banna & condemnationes exigere, & medietatem dictorum bannorum & condemnationum concedere & dari facere dictis ſuperſtitibus. ¶ Teneantur etiam & debeant dicti ſuperſtites in locis in quibus eis magis uidebitur conuenire, ponere & tenere in diuerſis locis poni facere bilancias iuſtas & ſtatheras & iuſtas libras, medias libras, & uncias apud hominem legalem de dictis locis ſeu contratis eligendum per dictum dominum Poteſtatem & dictos duos officiales cōmunis uel eorum locumtenentes, cuius officium duret per tres menſes. Qui legalis homo debeat eſſe & teneatur apportantes carnes a beccariis uocare ante loca prædicta. Et etiam apportantes abſq; eo q̧ uocentur ab ipſis teneantur apportare dictas carnes in locis in quibus ſunt dictæ bilanciæ uel ſtatheræ & eas ponderare & ponderari facere cum dictis bilanciis ſiue ſtatheris, ac etiam Notarius extraordinariorum domini Poteſtatis prædicta pondera exquirere poſſit & teneatur an ſint iuſta uel non. Et ſi quam fraudem inuenerit habeat tertiam partem pœnæ. Ad hoc etiam prædicta fieri mandamus, ut ſciatur an dicti beccarii dictas carnes iuſtis ponderibus ponderent & dent. Et ſi inuenerint dictas carnes minus iuſte ponderatas & minus etiam q̄ debeant ipſos beccarios qui prædictas carnes uendiderint uel dederint, debeant denunciare domino Poteſtati, & de minoritate dictarum carnium credatur dicto cuiuſlibet dictorum legalium uirorum & officialium. Et de beccariis qui dederint dictas carnes credatur illi qui dixerit ſe emiſſe a tali beccario. Et dominus Poteſtas ſiue eius Vicarius & officialis teneatur compellere dictos beccarios culpabiles inuentos, & eorum quemlibet pro qualibet uice & qualibet uncia carnium minus inuenta uiginti ſolidorum denariorum anteq̄ ſecedant de palatio communis Esii ſoluere faciant, cuius banni medietatem dari faciant incontinenti accuſatori, & aliam dimidiam facere poni in cippum communis, & habe-

re debeant dicti legales homines pro quolibet in fine ſui officii.xl.ſol.deñ.pro ſuo labore, & medietatem omnium bannorum,quæ exiguntur a dictis beccariis occaſione denunciationum quas fecerint de eis. ¶Teneantur etiam dicti ſuperſtites beccariorum cum dicti beccarii faciunt carnes bouinas,una cum officiali domini Poteſtatis uidere & extimare bona fide & ſine fraude dictas carnes,& pro quo precio dare poſſint libram dictarum carnium & inquirere a dictis beccariis pro quanto precio emerunt boues & uaccas, de quibus dictæ carnes tunc factæ ſunt, & quanto precio coria eorum uendiderunt, & pro quo interiora, & ſic omnibus compenſatis debeant dictas carnes ſignare pro quanto debeat dari libra per dictos beccarios. Et dicti beccarii teneantur dictas carnes dare & uendere omnibus uolentibus eas emere pro eo precio pro quo dicti officiales & ſuperſtites dixerint & ſignauerint uel maior pars ipſorum,& non ultra,ſub pœnis in ſtatuto contentis. ¶Nec poſſint dicti beccarii ſignis,quibus dictæ carnes ſignabuntur pro uendendo aliquo modo addere aliqua alia ſigna ultra prædicta. Et qui contrafecerit, puniatur pro qualibet uice & quolibet in tribus lib. deñ. pro quolibet ſigno. Et ꝙ de prædictis ſtari & credi debeat dicto præfati militis uel ſuperſtitum prædictorum uel duorum ex eis. Et dicti beccarii teneantur quouſq; uendiderint dictas carnes ſignatas ſemper conſeruare gambettum ſiue alium locum, in quo dictæ carnes eſſent ſignatæ, ita quouſq; ad finem uenditionis dictarum carnium oſtendere poſſint & debeant omnibus uidere uolentibus, ſub pœna prædicta. Et ſi dicti ſuperſtites, uel dicti boni homines legales in eorum officiis reperti fuerint negligentes, uel dolum uel fraudem cõmitterent, puniri debeant & condemnari cõmuni Eſii pro quolibet & qualibet uice in. xl. ſol. deñ. ¶Teneantur etiam dicti ſuperſtites bis qualibet ſeptimana facere remoueri & mundari omni putredine expenſis beccariorum omnes & ſingulas beccarias Ciuitatis Eſii, & præcipere beccariis ꝙ eas faciant remoueri, ꝙ ſi non fecerint, puniantur dicti beccarii, qui in dictis beccariis beccariam exercebunt pro quolibet & qualibet uice in. xx. ſol. deñ. Quos ab ipſis dominus Poteſtas exigere teneatur de facto, nulla alia condemnatione de eis facta uel ſcribenda.

¶De uenditione ſyluestrium animalium,& precio eorũdem. Rub. XIII.

STatuimus & ordinamus, ꝙ dicti beccarii & quilibet alius uendens carnes animalium ſylueſtrium, uendant ad libram & pondus, pro precio taxando per officialem domini Poteſtatis, & per duos bonos uiros, pœna contrafacienti. C. ſol. Et ꝙ nullus audeat uel præſumat portare uel portari facere uel ducere extra territorium aliquas aues domeſticas, uel ſylueſtres, uel aliqua alia animalia, ſine licentia expreſſa domini Poteſtatis, ſub pœna. xxv. lib. & amiſſione beſtiæ ſuper qua portantur dictæ aues ſiue animalia.

¶De pœna tenentium animalia ferocia & non ligata. Rub. XIIII.

STatuimus & ordinamus, ꝙ omnes beccarii & quilibet alius, qui uoluerit retinere beſtias ſylueſtres & feroces natura, & pariter canem ferocem & mordacem, teneantur ipſas tenere continue ligatas uel clauſas, ita ꝙ non poſſint alicui damnum inferre, pœna & banno. C. ſol. deñ. Et nihilominus dominus talis quadrupedis teneatur reſarcire omne damnum paſſo. Et cuilibet liceat dicta animalia pro ſua defenſione impune occidere.

¶De mariſchalco



¶De mariſchalco qui indouauerit equum, uel aliam beſtiam quam ferrauerit, teneatur eum uel eam ſuis ſumptibus medicare. Rub. XV.

STatuimus & ordinamus, ꝙ ſi aliquis mariſchalcus ferrando aliquam beſtiam ipſam indouauerit, teneatur & debeat ipſam ſuis ſumptibus medicare, & ad damnum & intereſſe eius, cuius beſtiam indouauerit.

¶De ſpeciariis & aliis qui tenent cereos uel candelas ad uendendum, & qualiter eorum artem debent exercere. Rub. XVI.

STatuimus & ordinamus, ꝙ omnes & ſinguli ſpeciarii, & qui tenẽt candelas & cęreos ad uendendum, & qui dictam artem exercent, teneant & debeant dictam artem bene & legaliter exercere, & de bonis rebus & ſpeciebus dare iuſto precio, & cum iuſtis ponderibus & menſuris, & non dare unam ſpeciem uel rem pro altera. Et qui contrafecerit puniatur pro qualibet uice in. C. ſol. deñ. Et cum cęra de qua faciunt candelas, fabam, ſeuum uel aliquod aliud non miſcere. Et ꝙ in dictis candelis cęreis colatis uel factis ad manus debeant ponere ſtuppinos, & imittere de bombice tantum, & non de alio, ſub pœna. x. lib. deñ. pro quolibet & qualibet uice. Et quilibet poſſit accuſare contrafacientes & habere debeat medietatem dicti banni. Et ꝙ dicti ſpeciarii, nec alius qui dictam artem exercebit, debeat imponere uel imittere impiperata nec in confectis zaffaramen balneatum uel mollificatum. Et qui contrafecerit, puniatur pro quolibet & qualibet uice in. C. ſol. Et quilibet debeat contrafacientes accuſare, & habere debeat medietatem banni. Et ad prædicta probanda ſufficiat dictum unius teſtis, qui ſcit & fuerit de arte prædicta, & conſueuerit dictã artem operari. ¶Et ꝙ dicti ſpeciarii & quilibet alius, qui uoluerit dictam artem exercere, teneatur medicinas & confectiones bonas & legales & ſine malitia facere, & dolũ uel fraudem in eis non cõmittere, ſub pœna. x. lib. deñ. & plus arbitrio Poteſtatis, conſiderata qualitate facti, & conditione perſonæ. Et procurentur & reuideantur per Poteſtatem & eius officiales ſingulis menſibus, ſub pœna. x. lib. deñ. de ſuo ſalario. ¶Teneantur etiam uẽdere ſirupum pro eo precio quod ordinabitur per infraſcriptos ſuperſtites, ſub pœna xx. ſol. pro quolibet & qualibet uice. Et quilibet poſſit denunciare & accuſare & credatur ſacramento denunciatoris uel accuſatoris, & habeat medietatem banni. ¶Et quilibet ſpeciarius, qui dictam artem exercebit in ciuitate & comitatu Eſii, teneat & debeat ſingulis annis ſemel corporaliter ſacramentum præſtare coram iudice Poteſtatis ciuitatis Eſii, & fideiuſſores præſtare in maſſaria cõmunis de dicta arte bene & legaliter exercenda. ¶Et ad prædicta procuranda eligantur per dominum Poteſtatem & duos Priores, duo boni & experti homines de ciuitate ſi ſunt uel foris ſi uiſum fuerit, quorum officium duret per tẽpus trium menſium, qui debeant continue intereſſe & procurare ꝙ prædicta obſeruentur. Et qui dent modum & formam dictis ſpeciariis pro quanto dare debeant cęram laboratam. uidelicet. libram & unciam ſirupi & medicinarum. Et ſiquos contrafacere inuenerit denunciare debeant domino Poteſtati & credatur eorum dictis de quolibet prædictorum cum dicto unius teſtis, & habere debeant tertiam partem omnium condemnationum quæ fierent de accuſis & denunciationibus eorum. Et ſi fuerint negligentes uel dolum ſeu fraudem cõmitterent in dicto officio exercendo, condemnentur pro quolibet & qualibet uice in. x. lib. deñ. Et nihilominus teneatur dominus Poteſtas per inquiſitionem procedere contra dictos ſpeciarios & dictam artem exercentes & repertos culpabiles in prædictis pœnis punire & condemnare pœnis ſupraſcriptis. Et ſi dictus Poteſtas negligens fuerit tam in eligendo dictos homines ꝗ etiam in aliis ſupradictis, condemnetur pro qualibet uice in. xx. lib. deñ.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

## ℭQuando ſtari debeat relationi officialis extarordinariorum & aliorum officia-lium domini Poteſtatis & quando non. Rub. XVII.

STatuimus & ordinamus, ꝙ circa inuentiones poderū non bullatorū, & circa fraudē
cōmiſſam in dando minora pondera uel etiam in dando de carnibus unius generis
ad carnes alterius & reliquis ſpectantibus ad officiū officialis dñi Poteſtatis credat ſim-
plici relationi ipſius officialis fiendæ per eū dño Poteſtati uel eius Vicario ſcribēdę p No
tarium dñi Poteſtatis, præter circa inflationes beſtiarum & circa cognitionem carniū mi
nus legitimarum, ſeu etiam circa cognitionem caſtratoꝝ & merchiatoꝝ. Et quia cum ip
ſi ut plurimum talia non cognoſcunt & decipiunt in iſtis, ꝙ in his non credat officiali
extraordinarioꝝ, nec alicui alteri officiali dñi Poteſtatis tantum, ſed demū ſi idem cum eo
per ſacramentum dixerint duo uel unus ex officialibus deputatis ad ipſas beccarias.

## ℭDe calceolariis, pellicciariis, & chartolariis qualr̃ eoꝝ artē debeāt exercere. R. XVIII.

STatuimus & ordinamus, ꝙ omnes & ſinguli calceolarii, pellicciarii, & chartolarii, &
quilibet qui artem aliquam de dictis artibus exercebit in ciuitate Eſii & eius comita-
tu debeant dictas artes & qualibet aliam quam exercere uoluerit facere & exercere bona
fide, omni malitia & fraude remotis. Et ꝙ omnes prædicti calceo arii, & etiam conciato-
res coriaminis cuiuſcūq; conditionis exiſtant ſingulis annis ſacramenta præſtare debeant
coram dño Poteſtate uel eius Vicario de dicta arte bene & legaliter facienda & exercen-
da. Et ꝙ dicta coriamina non conciabunt uel aptabunt cū ſepo alicuius beſtiæ, nec ſepū
ponent aliquo modo in eis ſed ſolū cū aſſungia porci. Et qui contrafecerit uel fieri fecerit,
condemnari debeat pro qualibet pelle & qualibet groppa, ſpallari uel flancali in. xl. ſol.
Et quilibet poſſit accuſare & habere medietatem bāni, & alia medietas deueniat in cōmu
ne. ℭPræterea non debeant neq; poſſint aliqui calceolarii uel qui dictam artem exercent
emere, uel in eorū ſtationibus uel domibus, uel in aliquo habere uel tenere aliqua conci-
mina cuiuſcūq; conditionis ſint, quæ ſint concia uel aptata cū ſepo aliquo. Et qui contra
fecerit condemnet cōmuni Eſii pro quolibet & qualibet uice in. C. ſol. deñ. & quilibet poſ
ſit accuſare & habere debeat medietatem condemnationis. ℭTeneant etiam dicti calceo
larii ſignare & uendere ſolas & morollare ad modū & forū ciuitatis Eſii & non aliter, pœ
na & bāno pro quolibet & qualibet uice. xl. ſol. ℭPræterea non poſſint uel debeant dicti
calceolarii, uel pellicciarii facere nec fieri facere aliquam conciam uel molſam, in qua pone
tur ſtercus caninus, uel ubi mitterent uel cōburent pes, oſſa, uel cornua beſtiarū mortua
rū in ciuitate, & maxime in domibus in quibus habitant, ſub pœna trium lib. pro quoli-
bet & qualibet uice. ℭPræterea non poſſint dicti calceolarii, chartolarii uel pellicciarii in
plateis uel andronis dictę ciuitatis pelles crudas extendere, pilare, uel ſcoriare, nec aliquas
alias pelles in molſam uel conciā tenere uel affaitare, nec ad ſerū trahere, nec aliquam aliā
conciā pelliū uel coriaminis in aliqua parte ciuitatis Eſii facere præterq̃ poſſint dare ſal
pellibus, & qui contrafecerit ſoluat pro quolibet & qualibet uice. xx. ſol. deñ. & quilibet
poſſit accuſare & habere debeat medietatē bāni. ℭPræterea nō poſſint uel debeant dicti
calceolarii, neq; pellicciarii, neq; chartolarii proiicere in plateis dictæ ciuitatis, nec alibi in-
tra ciuitatē aliquā putredinē, ſiue aquā putrefactā, nec infundere aquā molſæ, calzinæ uel
cineris alicuius intincte. Et qui contrafecerit pro quolibet & qualibet uice condemnet in.
xl. ſol. deñ. Et quilibet poſſit accuſare & credatur ſacramento accuſatoris. Licitum tamen
ſit dictis calceolariis, & pilliciariis ante eorum ſtationes tenere ſine pœna & banno, & ſine
aliquo datio, remotis omnibus aliis aſſibus & impedimentis unum diſcum ſiue banchū
amplum duobus pedibus ſemiſſalibus tantum & non ultra.

ℭDe pœna



## ℭDe pœna artificum laborantium & tenentium apothecas apertas poſt ſo-num campanæ. Rub. XIX.

STatuimus & ordinamus, ꝙ nullus artifex, aromatarius ſeu triccolus audeat uel præ-
ſumat laborare uel apothecas apertas tenere in ciuitate Eſii poſt ſonū campanæ cō-
munis quę, conſueuit pulſari die ſabbati circa uigeſimā ſecundam horā ob reuerentiā diei
Dominici ſecuturi, pœna quinq; ſol. pro quolibet & uice qualibet qua fuerit contrafactū.

## ℭDe magiſtris mānariæ & murorum, & de aliis operariis & laboratoribus terra-rum, & eorum ſalario. Rub. XX.

STatuimus & ordinamus, ꝙ omnes magiſtri mānariæ & murorum & cooperientes
domos gualpharii manigii ſeu manuales uel ſeruitores dictorū magiſtrorum, & om
nes laboratores terrarū & aliorū manualiū, quando eorū operas diurnas locare uoluerint
teneant & debeant ad primum ſonū campanæ cōmunis, quæ pulſat de die de mane pro
pter diem, teneant ire ad plateam fori uel aliis locis conſuetis ciuitatis Eſii & ibi ſe cōgre
gare & operas locare cuiq; uolenti eos conducere & eſſe concordes cum eis, ita & taliter,
ꝙ quando ſecunda uice dicta campana cōmunis quæ pulſari debeat per familiam dñi Po
teſtatis propter cauſam prædictam ante ſolis ortū dicti magiſtri & laboratores omnes lo
catas habeant ſuas operas, & incontinenti pulſata dicta campana exire debeant & recede
re de dicta platea, & de aliis locis in quibus ſe congregauerint, & ad loca in quibus labora
re debent ſine aliquo interuallo ire cū omnibus ſcteleis neceſſariis ad dictum opus, & qui
cunq; de dictis magiſtris ſeu operariis, poſt dictū ſecundū ſonū campanæ in aliquo de di
ctis locis repertus fuerit non locaſſe operas ſuas, ſi requiſitus fuerit ſoluere debeat ſine ali-
qua condemnatione de eis fienda pro quolibet quinq; ſol. quos denarios cogi debeat in
continenti ponere in cippū cōmunis Eſii ſine aliqua remiſſione. Et miles dñi Poteſtatis te
neat & debeat ſingulis diebus in mane quibus laborat cum aliquibus beruariis ire ad di-
cta loca in quibus dicti magiſtri & operarii ſe adunant & quoſcunq; ibi inuenerit de eiſdē
poſt ſonū campanæ ſtare, ſiue locauerint ſiue non locauerint ſuas operas eos capi faciat &
ducere ad palatium dicti cōmunis & de ipſo non permittat diſcedere, donec dictam quan
titatem ſoluant & ꝙ ſi aliquis magiſter uel alter de laboratoribus prædictis requiſitus fue
rit ab aliquo ut interſit alicui laborerio, & non habuerit iuſtum impedimentū in propria
perſona, uel quia alii primo promiſerunt laborare & recuſauerint laborare pro eo qui eū
requiſiuerit, ſoluant pro bāno, & qualibet uice. v. ſol. Et ſequenti die cogat eſſe laborerio
prædicto, ſi illi cuius fuerit placebit, & illud ſemper bona fide facere teneat. ℭPræterea te
neat quilibet magiſter & quilibet de prædictis laboratoribus uel operariis poſtq̃ incepe-
rit laborare in aliquo opere uel laborerio alicuius, illud continuato tempore ſine interual
lo complere & operari cum eo, nec ad aliquod aliud laboreriū ire, donec primū laboreriū
compleuerint, dūtamen ille cuius eſt primū laboreriū neceſſario pro complendo dicto pri
mo laborerio, dictis magiſtris uel operariis uel laboratoribus adminiſtret. Magiſtri ue-
ro uel laboratores, & alii operarii de prædictis qui contrafecerint condemnari debeāt pro
quolibet & qualibet uice per dominū Poteſtatem Eſii in. x. ſol. deñ. Et nihilominus teneā
tur ad complendū laboreria prædicta. ℭSalaria uero & mercedes dictorū magiſtrorū &
manualium operantium dictam artem ſeu dictas artes habere debentiū infraſcripto mo
do taxentur, uidelicet. Quilibet magiſter ſiue fuerit magiſter mānuariæ uel murorū qui
locauit ſuas diurnas operas a Kalendis Octobris uſq; ad cathedram ſancti Petri pro quo
libet & qualibet die accipere poſſint quattuor boñ. & non ultra. A cathedra uero ſancti
Petri uſq; ad medium menſem Maii quinq; boñ. accipere poſſint. A medio uero Maii

O

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

uſq; ad Kalendas Octob. ſeptem boñ. habere poſſint & non plures. Manuales uero dictorũ magiſtrorũ dictis temporibus tertiam partẽ minus q̃ magiſtri habere debeant & non plus dictis temporibus. ¶ Laboratores uero terrarũ uinearũ & aliarũ poſſeſſionũ & collectores oliuarũ a Kalendis Nouembris uſq; ad cathedram ſancti Petri non poſſint accipere ultra quinq; ſol. pro quolibet & qualibet uice. A cathedra uero ſancti Petri uſq; ad medium mẽſem Maii nõ poſſint accipere ultra quattuor boñ. A medio menſe Maii uſq; ad Kalendas Auguſti nõ poſſint accipere ultra ſeptem boñ. A Kalendis Auguſti uſq; ad Kalendas Nouembris non poſſint accipere ultra quattuor boñ. pro quolibet & qualibet die. Siquis autem contrafecerit tam ipſe dans ultra dicta determinata precia q̃ accipiens, puniat' pro quolibet & qualibet uice, pœna. x. ſol. Et ꝙ omnes conſueti ire ad precium, teneant' qualibet die uenire ad ſonum campanæ diei, ubi fuerit deputatum, & ibi ſtare & nõ alibi ire cum conducentibus eos ſub dicta pœna. Et non poſſint ſtare in platea, imo teneant' ſtatim recedere cum uolentibus eos conducere ſub dicta pœna de facto exigẽda. Et teneantur recedere ante ſonum campanæ, quæ pulſatur per familiam dñi Poteſtatis hac de cauſa & ſub dicta pœna. Et de prædictis & quolibet prædictorum credatur ſacramento accuſatoris uel denunciatoris, ſi fuerit homo bonæ famæ, & teneatur ſecretum & habere debeat medietatem condemnationis ſeu pœnæ. ¶ Vindemiatores ſeu collectores uuarum maiores quindecim annis non poſſint accipere ultra quattuor ſol. pro quolibet & qualibet die. Minores autẽ quindecim annis tres ſol. & nõ ultra, ſub pœna p̃dicta.

¶ De pondere & menſura. Rub. XXI.

STatuimus & ordinamus, ꝙ folietta ſit & eſſe debeat duarum librarum olei, & mezetta ſiue picciola ſit & eſſe debeat unius libræ, & boccale ſiue medium ſit & eſſe debeat ponderis quattuor librarum, & petictum ſit & eſſe debeat octo librarum. Et rubbum pẽnæ ſit & eſſe debeat triginta duarum lib.

¶ De pœna ludentium ad ludum azardi ſeu taxillorum, uel ad aliquem ludum prohibitum. Rub. XXII.

STatuimus & ordinamus, ꝙ nullus in dicta ciuitate & eius comitatu & diſtrictu, poſſit nec debeat ludere ad taxillos, aleas uel chartas aliquo tempore, pœna. x. lib. deñ. de facto auferẽ. Et ꝙ dicta pœna in eccleſiis duplicetur. ¶ Item nullus poſſit ludere ad iactulam ſiue lapidem in ſtratis publicis, & in plateis. Et ſimiliter non poſſit iaculari uel proiicere lanceando in dictis ſtratis & plateis iuxta ciuitatem prædictam caualuptam, dardum, neq; aliud haſtile ferratum, ad pœnam. C. ſol. pro quolibet contrafaciente, & qualibet uice. ¶ Hoc addito ſupradictis, ꝙ tenens receptans aut patiens luſores & ludum fieri in domibus propriæ habitationis qualibet uice in duplum quantitatis prædictæ puniat' niſi talis, in cuius loco aliquo prædictorum prædicta cõmitterentur notificauerit ſtatim noſtro Poteſtati anteq̃ ludus ſit expeditus, quo caſu non teneat' ad pœnam. ¶ Præſtans uero ad aliquem ludum de prædictis aliquam monetam uel pecuniæ quantitatem uel aliquod pignus, puniatur pro quolibet & qualibet uice, in. xx. ſol. deñ. & quod præſtauerit omnino perdat, nec ſuper hiis audiatur in iure. ¶ Tabulerium lumen, uel taxillos, uel aliquid ſimile ad aliquid prædictorum mutuans, cõmodans uel etiam dans per ſe uel aliũ in. xx. ſol. deñ. pro quolibet & qualibet uice puniatur. ¶ Volumus etiam ꝙ de prædictis & quolibet prædictorom quilibet poſſit accuſare, denunciare, & referre, & ſi uoluerit eius nomen ſecretum tenebitur, dũmodo nomen accuſatoris & in hoc ſtatuto & aliis ſit notum & dicatur dominis Prioribus, ut cognoſcatur ne unus & idem ſit accuſator & teſtis.

Et ſi luſerit



Et ſi luſerit uel aliquid cõmiſerit ad ipſum ludum notificatum, non teneatur ad aliquam pœnam ſiquidem retulerit uel notificauerit eadem die & ſolus anteq̃ ad notitiam Poteſtatis aliter peruenerit. ¶ Et de talibus delictis & quolibet eorum ſtetur ſacramento & dicto referentis cum uno teſte fidedigno & bonæ famæ. Et quilibet accuſans ſeu denuncians habeat quartam partem pœnæ, etiam ſi officialis inuenerit ludentes in ludo ſimiliter quartam habeat. ¶ Et omnes & ſingulæ dictæ pœnæ ſoluantur & exigantur de facto ſine omni proceſſu & ſolennitate iuris.

¶ De porcis tenendis & quomodo. Rub. XXIII.

STatuimus & ordinamus, ꝙ ſi aliquis uoluerit tenere porcos uel ſcrophas in ciuitate Eſii, debeat illos & illas taliter tenere ꝙ non uadãt per plateas & ſtratas ciuitatis Eſii. Et qui contrafecerit ſoluat pro banno. x ſol. deñ. pro qualibet uice uſualis monetæ. Et quilibet poſſit accuſare, cuius banni medietas ſit cõmunis, & alia accuſatoris, & eius ſacramento ſtari debeat & credi. ¶ Et teneatur dominus Poteſtas in qualibet contrata facere iurare unum uel duos homines de ipſis contratis, & ab ipſis exigere fideiuſſores de centũ ſol. dictæ monetæ, ꝙ ipſi omnes de eorum contratis contrafacientes denunciabunt uel accuſabunt. Et ſi prædicti duo homines electi per Poteſtatem inuenti fuerint negligentes in non accuſando condemnari debeant pro quolibet & qualibet uice in. x. ſol. deñ. Et hoc ſtatutum non uendicet ſibi locum in illis porcis qui ducerentur extra ciuitatem, uel de ipſa ciuitate & burgis ad mercatum uel alium locum. Nec etiam intelligatur de porcis ſancti Antonii. ¶ Addentes ꝙ dicta animalia reperta in canaua uini, uel in domibus aliarum priuatarum, quoquo modo damnum dantia poſſint percuti & impune occidi.

¶ De putredine non facienda in ciuitate, & per plateas ipſius, & de lignis, & de aliis imbrigamentis in dictis uiis non tenendis Rub. XXIIII.

STatutum & ordinatum eſt, ꝙ nemo audeat proiicere uel proiici facere uel permittere ꝙ proiiciatur de domibus ipſorum in plateis & aliis itineribus ciuitatis Eſii, nec in cimiteriis eccleſiarum, nec in foſſatis ciuitatis, nec etiam in aliquo euacuamento ſiue terreno alicuius poſito in ciuitate, nec in fonte, nec prope ipſum fontem, nec in portis ciuitatis uel iuxta eas ad decem cãnas exceptis locis deputatis & deputandis per ipſam aquam putredinis uel molſæ uel conciæ, nec aliquam turpitudinem ſpazzaturam, ĩmunditiam, lætamen uel aliquid turpe. Et ſiquis contra prædicta uel aliquod prædictorum repertus fuerit facere, cõdemnetur cõmuni Eſii, pro quolibet & qualibet uice in. xl. ſol. Et ſi dicta aqua uel aliud turpe fędauerit aliqua incurrat dictam pœnam. Et nihilominus proiectũ uel appoſitum teneatur tollere & leuare. Et quilibet poſſit accuſare & credatur ſacramento accuſatoris. Et nullus mittat linum ad macerandum in granna, pœna prædicta pro quolibet & qualibet uice qua cõtrafecerit, cuius pœnæ quarta pars eius quod in cõmune cũ effectu uenire fecerit ſit officialis inuentoris ſeu delatoris de facto exigenda & ſine ſolẽnitate.

¶ De ſcaffis & cloacis ita tenendis ꝙ non decurrant in plateas publicas communis Eſii. Rub. XXV.

STatuimus & ordinamus, ꝙ quilibet qui habet cloacas, ſcaffas, ſeu aquarolas, neceſſarias ſuper uel iuxta uias publicas, teneatur eas ita tenere ꝙ nõ decurrant in plateas & uias publicas, & qui cõtrafecerit ſoluat pro bãno uice qualibet. xl. ſol. Et nihilominus p̃dicta obſeruare cogatur, cuius banni medietas ſit cõmunis, & alia accuſatoris uel officialis



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

inuenientis. ¶Hoc tamen intellecto ꝗ nulli liceat tenere uel habere neceſſarias, aquarolas, uel latrinas, nec aliquam putredinem proiicere ſuper terreno, uico uel androno, ut exeat in curiā terrenū uel porticū alterius, ita ꝗ uicinus proximus patiatur damnum uel fętorem, ſine ipſius uicini uel domini uoluntate, & qui contrafecerit ſoluat pro banno uice qualibet pœnam prædictam, & a prædictis diſcedere cogatur.

¶De pœna tenentium coria in plateis ciuitatis Eſii, & de pœna tenentium pecudes, capras, ſtabulum, fęciam, guadum in loco prædicto, & de pœna illorum qui aliquas beſtias mortuas prope ciuitatē proiiciunt. Rub. XXVI.

STatutum & ordinatum eſt, ꝗ nulla perſona audeat uel præſumat tenere in aliqua platea dictæ ciuitatis coria extenſa aliquorum animalium. Et qui contrafecerit ſoluat pro banno uice qualibet quinq; ſol. pro quolibet corio magno duos ſol. pro quolibet paruo triginta deñ. qualibet uice. Præterea prouiſum eſt, ꝗ nulla perſona poſſit uel debeat proiicere uel proiici facere aliqua animalia magna uel parua mortua in aliqua parte ciuitatis nec etiam in foſſatis cōmunis, ſed illa portent ſeu portari faciant longe a dicta ciuitate ſaltem per unam baliſtatam dūmodo non proiiciat in uiis uel itineribus, nec tantū prope dictam ciuitatem & uias ꝗ putredo poſſit de dictis locis ſentiri. Et qui contrafecerit tam mittens q̄ portans, condemnetur pro quolibet & qualibet uice in. xx. ſol. Et quilibet ipſorum in omnibus & ſingulis caſibus ſupradictis poſſit denunciare & accuſare, & credatur ſacramento denunciatoris uel accuſatoris, præterq̄ denunciatori uel accuſatori de proiectione uel exportatione animalium portatorum uel deiectorum in prædictis locis prohibitis, qui debeant ſaltem per unum teſtem probare.

¶De domibus terrenis & hortis uicinis clauſis tenendis. Rub. XXVII.

STatuimus & ordinamus, ꝗ quilibet qui habuerint uel habent domum terrenam uel hortū iuxta domū terrenam uel hortum alterius, ꝗ dictam domum terrenam & hortū ita tenere clauſam & clauſum debeāt, ꝗ uicinus eius proximus dicta de cauſa non patiatur damnum. Quod ſi non fecerint damnum illud emēdare teneantur. Et nihilominus in. x. ſol. condemnētur, & ad claudendum domum terrenam & hortum prædictum, ut ſuperius dictum eſt compellatur.

¶De pannis & aliis turpibus non lauandis apud fontes ciuitatis. Rub. XXVIII.

STatuimus & ordinamus, ꝗ nulla perſona audeat uel præſumat lauare pannos & coria uel interiora animalium, nec aliquam putredinem facere uel proiicere uel proiici facere uel fieri permittere de eorum domibus per aliquos putredinem iuxta fontes ciuitatis & comitatus Eſii per unam perticam ſiue cannam. Et qui contrafecerit lauando pannos uel aliquod de prædictis contra prædicta, faciendo iuxta dictos fontes & in ipſis fontibus, ſoluat communi Eſii pro quolibet & qualibet uice. xx. ſol. de quibus non habeat beneficium niſi uſq; ad dimidium. Et quilibet poſſit accuſare & denunciare prædictos contrafacientes, quorum denunciatorum & accuſatorum ſacramentis credatur, & habere debeant medietatem condemnationum quæ fierent pro eorum accuſis uel denunciationibus, & alia medietas eſſe debeat communis, & officialis inueniens habeat quartam partem eius quod in commune uenire cum effectu fecerit. Item fontes præfati intelligantur omnes qui murati ſunt, tam intus q̄ foris ciuitatem etiam in uillis & comitatu.

¶Vt cuilibet



¶Vt cuilibet liceat per cuius poſſeſſionem uia pergit eam exinde mutare, & de banno eius qui poſtea utitur antiqua uia. Rub. XXIX.

STatuimus & ordinamus, ꝗ liceat unicuiq; de ciuitate & diſtrictu Eſii per cuius poſſeſſionem pergit uia ſiue procedit uia uel ſemita eam extrahere de ſua poſſeſſione uel mutare, dūmodo ipſam uiam uel ſemitam dirigat & cōmutet congrue bene & æque per aliam partem ſuæ poſſeſſionis prout ſibi melius placuerit. Modo tamen & ordine infraſcripto, ſed ſi contradictor aliquis appareat prius q̄ procedatur ad mutationem uiæ cognoſci debeat per Poteſtatem uel eius Vicarium, an ille habeat iuſtam cauſam contradicendi, tunc debeat Poteſtas tranſmittere ſuperſtites uiarum, ut prædicta reſpiciant & determinent & eorum determinationi ſtetur omnino, ubi uero contradictor non appareret ſeu non inueniretur habere iuſtam cauſam contradicendi, tunc dominus poſſeſſionis poſſit mutare uiam uocatis prius quattuor de proximioribus uicinis, & uocato ſyndico ſeu Vicario contratæ, ut prædictæ mutationi debeant intereſſe omnino, & fiat de conſenſu & præſentia ſuperſtitum uiarum & pontium uel ſaltem unius ex eis. Et ſi omnes prædicti uocati uel maior pars ipſorum conſenſerit ualeat & teneat dicta mutatio alias non. Et qui contra prædictam formam mutauerit condemnetur in. C. ſol. & nihilominus teneatur eam in ſtatum priſtinum reducere. ¶Si uero prædictam formam ſeruauerint, & uiam mutauerint, tunc quicunq; prima uia uel ſemita uteretur eundo per eam, puniatur in. xx. ſol. deñ. pro qualibet uice & ſtetur ſacramento accuſatoris.

¶Quod nullus audeat in ciuitate Eſii operari artem coriolæ ſeu puluerellæ, uel ſcutellæ cum taxillis. Rub. XXX.

STatuimus & ordinamus, ꝗ nullus poſſit uel debeat operari nec operari facere artem corriolæ, uel puluerellæ, uel ſcutellæ cum taxillis in ciuitate Eſii uel diſtrictu eius, pœna & banno. xl. ſol. deñ. uſualis monetæ pro quolibet perdenti & qualibet uice. Et nihilominus qui tali arte uicit reſtituat.

¶Quod nullus audeat portare pullos uel oua & graſſiam aliq̄ extra ciuitatem, nec etiam agnos uel hędos, & de pœna contrafacientium. Rub. XXXI.

STatuimus & ordinamus, ꝗ nullus ciuis uel forenſis audeat uel præſumat portare extra ciuitatem Eſii, pullos, anſeres, agnos, ſeu hędos, caſeum ſeu oua, ſine licentia domini Poteſtatis & dominorum Priorum. Et qui contrafecerit ſoluat nomine pœnæ. xx. ſol. deñ. & perdat dicta uictualia, & quilibet poſſit eos accuſare, medietas cuius banni & uictualium ſit cōmunis, & alia accuſatoris ſiue officialis & ſacramento credatur accuſatoris cum uno teſte, dum tamen portantes prædicta ad forum ad uendendum, poſſint reportare & libere ſine pœna & ſine aliqua licentia.

¶Quod nullus molendinarius accipiat pro ſalma grani uel alterius bladi ultra unum quartarolum grani pro macinatura. Rub. XXXII.

STatuimus & ordinamus, ꝗ nullus molendinarius ciuitatis & comitatus Eſii accipere debeat pro macinatura ſalmę grani uel alterius generis bladi, quæ ſit de quattuor quartis, niſi unum quartirolum grani, & ſi plus uel minus eſſet ſalma accipiat plus & minus pro rata. Et quicunq; molendinarius contrafecerit, puniatur in. C. ſol. pro quolibet & qualibet uice. ¶Item ꝗ dicti molendinarii uel farinelli non poſſint accipere aliquid fari‑

næ a macinantibus, pœna .x. lib. deñ. pro quolibet & qualibet uice qua contrafactum fuerit, & credatur damnum paſſo cum iuramento, & de facto exigatur per Poteſtatem eiuſq; officiales puniendos de facto eadem pœna tempore ſyndicatus ſi negligentes fuerint, & accuſatori uel delatori credatur & habeat quartam partem pœnæ. Et q; ubi opus fuerit bapti molas, teneantur molere de frumento molendini cõmunis uel conductoris unam cuppam grani, ita q; omnes anguli ſi qui forent reimpleantur expenſis molendini, & ut alii molere uolentes habeant ius ſine diminutione. Item teneantur reddere farinam in eo pondere cuius fuerit frumentum, pœna .x. lib.

¶ Quod hoſpites non uendant præbendas, niſi prout infraſcriptum eſt. Rub. XXXIII.

VT hoſpitatorum malitiis obuietur, & uiatoribus neceſſaria non denegentur ſtatuendo ordinamus ut hoſpitatores non poſſint alicui eorum hoſpitatorum uendere præbendam hordei ultra modum eis datum per deputandos per dominum Poteſtatem & Priores ciuitatis Eſii computato fœno, ſiue palea, uel alio ſtramine ſufficienter dato pro die & nocte, & pro paratura tobaleæ, uaſorum, & etiam lecto domini & famuli, ſi famulum habuerit pedeſtrem. Si uero fuerit ſpelta non poſſit uendere ultra modum prædictum computata etiam palea ſiue fœno, uel alio ſtramine & lecto, ut ſuperius eſt expreſſum. Et præbendas facere debeãt, tam de hordeo q̃ de ſpelta ſex raſas de cuppa culma & currenti, & ſic menſuras habere debeant bullatas de bulla cõmunis Eſii. Et de hoc inquiratur per officiales domini Poteſtatis. Si uero hoſpes noluerit præbendas accipere ab hoſpitatore, tunc pro ſtallatico accipere non poſſint ultra modum declaratum per ſuperſtites, pro quolibet equo inter diem & noctem. Si uero non pernoctaret, ſed ſolum ſtaret per totam diem, uel ſaltem per maiorem partem poſſint recipere ſolũmodo id quod dictum fuerit & ordinatum & non ultra. Et ſi repetti fuerint contra prædicta facere in aliquo prædictorum & non obſeruare ut ſtatutum & ordinatum eis fuerit puniatur contra faciens uice qualibet in .xl. ſol. ¶ Statuentes etiam q; nullus hoſpitator poſſit hoſpites renuere, ſed teneatur ipſos receptare quõlibet ſi ſtare uoluerint & cõmode hoſpitari, donec ſui hoſpitii ſuppetunt facultates. Et ſi aliquem renuerit, uel cũ uetauerit hoſpitari, niſi ex rationabili cauſa, quæ an ſit iuſta relinquatur arbitrio dominorum Priorum puniatur pro quolibet cui contradixerit in .xx. ſol. deñ. Et officialis inueniens exequens cum effectu habeat quartam partem pœnarum prædictarum.

¶ De pœna uendentis incenſum & thus contrafactum. Rub. XXXIIII.

NVllus audeat uel præſumat uendere incenſum ſiue thus contrafactum, ſed thus purum & non maliciatum, pœna contrafacienti .xx. ſol. iniuncta. Et quilibet poſſit contrafacientes accuſare & denunciare, & habeat medietatem banni.

¶ De lateribus & cuppis. Rub. XXXV.

STatuimus & ordinamus, q; fornacciarii teneantur facere lateres & cuppos ſecundũ modum & formam ſculptam & deſignatam in lapidibus uiuis affixis in pariete muri noſtri palatii, ac retinere formas iuſtas & bullatas, ſub pœna .x. librarum noſtro communi applicandarum pro qualibet uice.

Explicit Liber Quartus.



# LIBER QVINTVS DAMNORVM DATORVM, SEV QVASI MALEFICIORVM.

¶ De officio & iuriſditione officialis damnorum datorum ciuitatis & comitatus Eſii. Rubrica I.

OFFICIALIS ad officium damnorum datorum deputatus in ciuitate Eſii uel eius comitatu & diſtrictu ipſo iure & de facto habeat & habere intelligatur plenam iuriſditionem cognoſcendi, puniendi, examinandi, & decidendi inſuper & de omnibus & ſingulis damnis quę dari contigit perſonaliter uel cum beſtiis a quacũq; perſona uel beſtia in re uel poſſeſſione aliena, iuxta formam ſtatutorum pertinentium ad officium eius, & in præſenti quinto libro inſertorum. ¶ Habeat etiam iuriſditionem, curam, & ſollicitudinem faciendi, reparari aptari, & ſi opus fuerit de nouo formari & fieri, ac etiam manuteneri & gubernari per homines ciuitatis & comitatus Eſii, fontes, pontes, & uias per omnia & ſingula opportuna, dũtamen de bonis & hauere cõmunis, ultra .C. ſol. deñ. pro qualibet ædificatione ſeu reparatione abſq; ſpeciali deliberatione conſilii generalis expendere & expendi facere non poſſit, & dũtamen ardua negocia ædificationis uel reparationis, multas & longas operas exigentia ſimili modo non aliter expediat q̃ cum deliberatione dicti conſilii. Et in prædictis omnibus & ſingulis dependentibus ab eiſdem, habeat autoritatem & poteſtatem præcipiendi & perſonaliter cogendi, & banniri faciendi pœnas & banna imponendi, mulctandi, & exigẽdi prout uiderit expedire, dũtamen ex arbitrio ſui pœnam ultra .xx. ſol. pro quolibet & qualibet uice imponere non poſſit, nec etiam exigere & illam in cõmune deuenire faciat, ſub pœna fraudantis hauere cõmunis. Et in caſibus expreſſis in ſtatuto, pœnam ſtatuti non excedat. Et ſi exceſſerit uel maiorem pœnam impoſuerit q̃ dictum eſt ipſo iure ſit nulla. ¶ Addentes q; dictus officialis d. d. etiam capitanei & officialis comitatus non poſſint uel eorum aliquis poſſit in ſe aſſumere aliq̃ aliam iuriſditionem uel exercere in ciuilibus cauſis, uel in criminalibus, uel mixtis ultra eorum iuriſditionem a ſtatuto eis conceſſam, nec pœnas ſibi qualibet de cauſa applicare ultra partem eis a ſtatutis conceſſam etiam contra non proſequentes appellationem aliquid exigere, ſub pœna centum libris de facto incurrenda, & contra eos per Poteſtatem eiuſq; curiam exigenda etiam eorum officio durante.

¶ De introitibus damnorum legendis in conſilio & qualiter recondantur. Rub. II.

IN aliquo loco tuto & idoneo per Confalonerium & Priores deputetur unus cippus aut capſetta, cuius cippi aut capſettæ una clauis teneatur per dominos Priores in capſetta ſigillorũ, & alia per camerarium eorũ. In qua capſetta ſeu cippo mittantur omnes & ſingulæ pœnæ & condẽnationes dãnorũ pro cõi in p̃ſentia officialis, & eius qui ſoluerit, necnõ unius teſtis bonæ famæ, cuius nomẽ cõſcribatur in ipſo introitu in libro ipſius officialis. Et de ipſis introitibus fiat unus liber per

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

ipſum officialem ubi per ordinem deſcribanť, & ſcripti in fine cuiuſlibet menſis legantur per ipſum officialem cum uera ſumma ipſoꝝ in conſilio generali ſiue credentiæ ubi generale non fieret anteꝗ ipſa capſetta uel cippus aperiať. Et poſtꝗ aperta ſeu apertus fuerit, pecunia ibi reperta perueniat ad manus camerarii & diligenter ſcribať ad eius introitum. ℂAddentes ꝙ pœnę ipſę omnes & ſingula ſoluanť per bullettam ſcriptam manu officialis, d. d. & ſubſcriptam manu cancellarii, ita ut fraus omnis tollať & iura cōis ſint ſalua.

ℂQualiter procedatur in damnis datis, Rub. III.

POſſit & debeat dictus officialis in & ſuper damnis datis procedere cognoſcere & punire, per inquiſitionem, denunciationem, accuſationem, & ſimplicem querelam, & etiam ſine aliquo motore ex mero officio per inuentionem ſuam, necnon ad relationē cuſtodis priuati, & pœnas & banna imponere & exigere per ſententiam, & in cōmune noſtrum facere peruenire ſummarie, & de plano ſine iudicii ſtrepitu & figura, dūtamen legitimę defenſiones & uerę non prohibitę uel non reiciendę per formam alicuius ſtatuti ſeu ordinamenti noſtri cōmunis ſaltem ſummarie, audianť & admittanť. Et dūmodo de dãno ſemper conſtet aliquo infraſcriptoꝝ modoꝝ, infra in ordinamento ſub Rub. de probationibus damnoꝝ, uel aliter ubi alio modo per aliquod particulare ſtatutum prouideretť &c̃. Et quicquid inde aliquo dictoꝝ modoꝝ actum fuerit ſiue factum per dictũ officialem, ualeat & teneat plene, non obſtante iure cōtrario. Et una uia procedendi electa ad aliam nihilominus poſſit redire. ℂExcipimus autē clauſulam & arbitriũ procedendi ex mero officio per inquiſitionem uel inuentionem ſine promotore & procedendi ad relationem cuſtodis priuati caſus infraſcriptos, uidelicet. Quoties damnum aliquod fuerit datum per aliꝗ beſtiam bouinam, cauallinam, aſininam, mulinam, uel pecudinam, aut porcinam, uel coꝝ generꝝ in terra ſoda aut ſtopiaria, uel maceſata, aut campeſtra non ſeminata, aut etiam in terra pratiua poſtꝗ eo anno fœnum fuerit inde ſecatum & ſublatum uſq; ad Kalendas Septembris, Excepta beſtia porcina ꝙ in pratis omni tempore fodiat ex mero officio procedi uolumus & puniri, uel in terra buſcoſa uel ſyluata aut in aliqua alia. Itē de ſolo tranſitu uel ingreſſu perſonali pedes aut eques per poſſeſſionem alterius non ortalem, uinealem, uel cãnetalem, uel non ſeminatam aliquo genere bladi uel leguminis, uidelicet, ſi tranſitus uel ingreſſus terrę ſeminatę factus fuerit ante Kalendas Maii. Item de lignis aut herbis ſylueſtribus quæ portarenť per operarios ſiue laboratores diurnos uſq; per unum faſcem uel couũ ligatum portabilem in collo uirili, die & loco quo laborauerit. In quibus exceptuatis caſibus tantum per accuſationem, denunciationem uel querelam procedi uolumus & non aliter. ℂAddiicimus huic ordinamento, ꝙ in damnis datis uel dandis unica ſola citatio ſufficiat ad excuſandum, adeo ꝙ ſi ſemel citatus per publicũ baiulum cōmunis Eſii uel ipſius officialis contra quem procedereť occaſione alicuius damni, non comparuerit legitime & idonee in termino citationis præfixo, tunc elapſo die termini habeatur & reputetur contumax ipſo iure, & poſſit & debeat puniri & condemnari per omnia & tanꝗ uere confeſſus & conuictus, ac pro conuicto & confeſſo habeatur, & eius condemnatio ſeu pœnæ impoſitio ualeat & ſit firma cum inde ſecutis & ſecuturis, iure contrario non obſtante, dum tamen ſecundum formam ſtatutorum ciuitatis Eſii citetur. Et prædicta locum habeant ubi pœna ueniret imponenda ſecundum formam ſtatutorum, a decem lib. incluſiue infra. Si uero pœna ueniret imponenda maior a decē libris ſupra, talis citatus & contumax ponať in banno per bãnitores cōmunis, in quo bãno aſſignetur ei terminus quatuor dierum, infra quem terminum ſi comparuerit audiatur. Alioquin condemnetur per officialem ſecũdũ formam ſtatutorum eo ulterius non citato. Si uero comparuerit & negabit in quolibet caſu prædictorum, aſſignetur ſibi terminus per dictum officialem quinq; dierum ad eius defenſionem faciendam, & ſimiliter accuſatori ad accuſationem probandam, quo termino elapſo publicetur proceſſus & teſtes, & ſtatuatur terminus trium dierum ad accipiendum copiam proceſſus, & teſtium ad opponendum. Eo elapſo officialis procedat ad condemnationem uel abſolutionem etiam partibus ulterius non citatis. ℂIn inuentionibus uero de quibus pœna ueniret imponenda, a centum ſol. infra dictus officialis procedere poſſit etiam dicta forma non ſeruata, prout ei uiſum fuerit conuenire, iuſticiam tamen faciat, dūmodo de omni condemnatione per eum facienda appareat de ſolutione, prout ſupra in ſtatuto de introitibus damnorum legendis continetur. Et in quolibet prædictorum caſuum poſſit procedi quolibet tempore etiam quacunq; de cauſa feriato.



ℂDe accuſationibus damnorum datorum. Rub. IIII.

ACcuſare poſſit & admittatur etiam filiuſfamilias non contradicente patre, & etiam mulier, nec non & minor qui ſit ætatis ſaltem decem annorum tam colonus & partiarius ꝗ dominus poſſeſſionis, dum tamen ex accuſatione coloni etiam dominus percipiat partem emendationis damni. Et in concurſu dominus admittatur potius ꝗ colonus, ſalua colono parte ſua refectionis damni. Colonus uero ſiue laborator dominum poſſeſſionis ſeu patronum accuſare non poſſit, niſi de graui damno & enormi, ex quo læſus ſiue damnificatus extitit colonus pro parte ſua ad minus in. C. ſol. deñ. Poſſit tamen pro damno dato ciuiliter agere, ſeu emendationem conſequi a patrono. Et etiam admittatur accuſans de damno illato in re cōmuni quilibet conſors ſeu partem habens in ipſa re damnificata, non obſtante contradictione alterius partem uel ius habentis. Et ſemper is potior habeatur & admittatur ad accuſandum qui primo preuenerit conquerendo uel denunciando de damno, dum tamen de nullo damno quantum ad pęnam amplius ꝗ ſemel queratur, ſalua ſemper cuilibet conſorti, ſeu in partem damnificato parte emendationis damni pro rata. Et idem iuris fiat & obſeruetur in cæteris damnum paſſis & quorum intereſt. Admittentes etiam nihilominus ad accuſandum omnes alios & ſingulos non prohibitos a iure cōmuni. ℂAccuſari autem poſſit & de iure inquiri, & puniri quilibet maior octo annis. Item filius & filia etiam ſine conſenſu patris, & contradictione patris non obſtante. Et alius quilibet de damno culpabilis, per ſe uel eius animal, qui de iure cōmuni accuſari non prohibetur. ℂPræterea ad repulſam friuolarum exceptionum, quæ plerunq; obuenirent in damnorum cauſis ualeat & recipiatur etiam accuſatio generalis, & inepta, & in ſe continens ſimul & ſemel diuerſa facta & concluſiones ſeu diuerſas actiones uel continens eaſdem perſonas pro reis ac etiam pro teſtibus contra alios. Et alia quęcunq; accuſatio, denunciatio, uel querela. Non obſtante aliqua deformitate uel repugnantia conceptionis ipſius formæ, dum tamen aliquis intellectus concludens & damni qualitatem demoſtrans appareat reſultare. ℂTeneatur quoq; dictus officialis propria ſua manu in actis ſuis ad petitionem petentis in ſcriptis redigere quãlibet accuſationem denunciationem ſeu ſimplicem querelam dicentis damnum in re uel poſſeſſione propria uel conducta datum fore. Et ſuper dicta ſcriptura tanꝗ ſuper accuſatione poſſit & debeat procedi & pœnas exigi ac emendatio damni tanꝗ ſuper accuſatione legitime formata. ℂOfficialis contrafaciens & prædicta ſcribere uel etiam admittere recuſans, puniatur uice qualibet & pro quolibet in centum ſol. deñ. noſtro communi applicañ. ℂAdmittatur etiam & reputetur legitimus & idoneus ad accuſandum de damno, ſeu ad denunciandum familiaris ſiue famulus alienus, qui comparens coram officiali iurauerit ſe habere in mandatis a domino quòd accuſet uel denunciet, & ſuper tali denuncia, ſeu accuſa, aut querela procedatur, & pro-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

cedi poſſit & ualeat pleno iure, niſi dominus expreſſe contradixerit ante executionem ipſam ſuper proceſſu, dum tamen emendatio damni ſemper concipiatur & fiat in perſona domini. ¶Item quo ad cauſam damni dicti reputetur idoneus ad accuſandum ſeu denunciandum is qui tempore damni facti ſeu illam tenuerit & poſſederit rem damnificatam ut dominus non obſtantibus ꝙ alius re ipſa ius aliquod habeat uel prætendat. Talis tamen accuſatio ſeu denunciatio cum inde ſecutis nullum præiudicium parere poſſit alteri ius habenti quo ad alia. Prædictis addentes ꝙ nullus poſſit aliquem accuſare ſuo ſacramento, niſi de damno ſibi dato tantum. Et ſi aliquem accuſare uoluerit de damno alteri dato, teneatur ipſum damnum probare per teſtes legitime, alias eius accuſatio nullatenus admittatur. Item ſi aliquis uel aliqua accuſatus fuerit ab aliquo de damnis datis. Et accuſatus poſtea uoluerit reaccuſare accuſatorem, uel aliquem de ſua familia infra unum menſem ſemper teneatur reaccuſare & probare poſt ſuam reaccuſationem per duos bonos & idoneos teſtes, aut per confeſſionem primi accuſatoris. Et ſi reaccuſator ſiue redenunciator ſuam reaccuſationem probare non poterit, ut dictum eſt, eius reaccuſatio non ualeat, & puniatur in. x. ſol. deñ. paruorum, & deueniat in communi prædicto, & condemnetur ad refectionem expenſarum ipſi accuſato uel denunciato.

¶De probatione damnorum datorum. Rub. V.

NE probationum anguſtia ſequatur impunitas, quæ ſecreto frequentius inferuntur ampliantes probationum materiam prouidemus, ꝙ infraſcriptæ probationes & altera ipſarum in ſuis caſibus locum habeant, ualeant & ſufficiant pleno iure. ¶Primo quidem inuentio damni facta per officialem qui in actis ſuis ſcripſerit ſe aliquam perſonam uel beſtiam inueniſſe damnum dare tali die uel nocte in tali loco habere decernimus probationis plenam efficaciam & effectum abſq; inuentionis probatione. Et hoc uſq; ad quātitatem. C. ſol. deñ. dūmodo de damno appareat. Abinde uero ſupra debeat & de damno apparere, & animalia in damno reperta ſecum ducere. ¶Item pro plena probatione haberi uolumus & admitti relationem baiuli dicti officialis qui ex cōmiſſione ipſius ad petitionem alicuius conquerentis ad locum damni acceſſerit, & ibi uidiſſe ſeu inueniſſe retulerit perſonam uel beſtiam damnum dantem huiuſmodi querimonia cōmiſſione & relatione redacta in actis. ¶Item relatio cuſtodis priuati adhæc deputati & relati iuxta formam inferius traditam, qui ſuo ſacramento etiam de nouo præſtando retulerit ſe uidiſſe damnum aliquod dari uel fieri in uinea uel canneto horto arbore fructifera, uel pomis ad hominis uſum conſuetis, habeat inſtar & effectum plenę probationis, & ualeat uſq; in quantitatem pœnæ. xx. ſol. deñ. & in ipſa quantitate. xx. ſol. pro quolibet damno & qualibet die ex ſimplici relatione prædicta poſſit pœna imponi, & idem in blado, lino, & legumine, pratis non ſecatis, in campis ghiffatis uel bannitis pro fœno, nec non omni tempore in paleare fœni uel paleæ obſeruare a Kalendis Martii in poſterum. In maiori uero quantitate, pœna imponi non poſſit ex tali relatione & ſacramento de damno dato in aliqua prædictarum rerum, niſi cum dicto unius teſtis idonei per quod una cum relatione prædicta poſſit & debeat plena & perfecta impoſitio pœnæ ſequi iuxta facti qualitatem & formam ordinamenti de ipſo damno loquentis. ¶De aliis autem damnis, ideſt in aliis rebus datis nulla pœna ex tali relatione cuſtodis imponi uel ſequi poſſit. Volumus tamen ꝙ liceat & poſſit probari contrarium eius quod retulerit cuſtos uel quilibet alius officialis in totum uel in partem ſaltem per duos teſtes, quo caſu teneatur cuſtos & officialis ad pœnam & ad emendationem, & non perſona uel beſtia denunciata per eum. ¶Item ſacramentum cuiuſlibet domini uel poſſeſſoris ſeu etiam coloni aut laboratoris rei damnificatæ conquerentis iurantis

iurantis per ſe uel aliquem ſuum familiarem aut nuncium, uidiſſe uel inueniſſe bonæ conditionis uitæ & famæ, in re uel poſſeſſione damnum aliquod dare perſonaliter uel cum beſtia. Ipſa quidem querela cum iuramento redacta in actis ſimili modo habeatur & reputetur plena probatio uſq; in quantitatem pœnæ. xl. ſol. dūmodo nemo eodem menſe, eundem hominem, de eodem uel ſimili damno amplius q̄ ſemel hoc ſacramentum ſuę inuentionis audiatur accuſans, poſſit autem ut ſupra reprobari contrarium. ¶Dictum quoq; unius teſtis bonæ famæ idoneæ teſtificationis de uiſu alicuius damni uſq; in quantitatem pœnæ quattuor lib. deñ. & in tantūdem damni emendatione, pro quolibet damno ualeat & ſufficiat tanq̄ plena probatio, cum iuramento tamen, dūmodo teſtis non ſit minoris ętatis quattuordecim annorum in maſculo, & fœmina duodecim. ¶Præterea familiaris & domeſticus uſq; in quantitatem pœnæ. xx. ſol. deñ. incluſiue pro quolibet banno & quolibet delinquente. Quoniam inter alias probationum ſpecies non minima noſcitur eſſe confeſſio quæ conſueuit etiam indulgentiam promereri. Iccirco ſponte confitenti damnum in ſua prima confeſſione, adeo ꝙ ex ea ſola confeſſione pœnæ impoſitio ſequi poſſit, quarta pars pœnæ ſiue condemnationis remittatur eidem. ¶Vltimo non minorem obtinere uolumus probationis effectum, imo potius contumacia ſemel citati, ad excuſandum de damno ſecundum formam ordinamenti poſiti ſub Rub. Qualiter procedatur in damnis &c. Prohibemus tamen ne contumax confeſſionis beneficium conſequatur q̄uis dictum ſit pro confeſſo haberi.

¶De priuatis cuſtodibus habendis & eligendis, & de relationibus & pœnis eorum. Rub. VI.

STatuimus & ordinamus, ꝙ in ciuitate & comitatu Eſii ſint & eſſe debeant cuſtodes ſeu gualdarii. uidelicet. Duodecim in ciuitate Eſii, & quattuor in quolibet caſtro, qui ſint boni homines graues & fideles, & quilibet ætatis ad minus triginta annorum, & poſſideant in ciuitate Eſii uel eius diſtrictu bona imobilia appreciata in cataſto cōmunis ad minus ualentia triginta lib. deñ. qui eligantur in ciuitate per dominum Confaloncrium & Priores, & officialem damnorum datorum in loco ſecreto. Et comitatu per dictum officialem, & quattuor dictorum caſtrorum eodem modo. Qui officialis in principio ſui regiminis ſtatim requirat ipſos Confalonerium & Priores ſuper prædictis & nomina dictorum cuſtodum, qui nominati fuerunt per eoſdem diligenter conſcribat eoſq; ſingulariter & ſeorſum faciat euocari, & ſigillatim eorum conſcribat nomina, & recipiat ad corporalia iuramenta ſtipulationeſq; de attendendo diligenter ad damna, & ipſa penitus referendo officiali damnorum datorum, quorum relatione dictus officialis debeat denunciatos condemnare uſq; ad quantitatem. xx. ſol. incluſiue & habeant quartam partem condemnationum eorum quæ deuenire fecerint in cōmuni & nomen eorum tenebitur in ſecretum. Et damna quæ inuenerint infra octo dies denunciare teneantur comparendo quolibet die dominico coram ſupradicto officiali, pœna quinq; ſol. pro qualibet uice qua contrafactum fuerit. Eorum autem cuſtodum nullum cogat officialis realiter uel perſonaliter ad aliquod dicendum uel faciendum poſtq̄ comparuerit, ut dicant ſcire aut uidiſſe damnum dari uel fieri aut non. Ita ꝙ facta relatione per ſacramentum ſolum deū habeant ultorem. Saluo quando referendo aliquem denunciaſſet, & contrarium probaretur, ut in præcedenti ordinamento. De prædictis autem omnibus officiales faciant ſpecialem librum ſeriatim diſtinctum, & continentem dictas electiones, ſtipulationes, & iuramenta, ac etiam relationes ſingulas ſupradictas. Quorum cuſtodum officium duret continuo per ſex menſes. Quibus tranſactis alii ſimiles habeantur, pœna. x. lib. officiali ſi negligens fuerit in prædictis.

### ℭQualiter in damnis datis damnum datum debeat emendari. Rub. VII.

STatuimus & ordinamus, ꝙ in omnibus & ſingulis damnis datis tam perſonaliter ꝙ̄ cum beſtiis in libro damnoꝝ datoꝝ expreſſis damnum datum debeat emendari ſecundū extimationem faciendā per duos extimatores per cōmune electos ſeu eligēdos ad damna extimanda, qui fideliter & legaliter eoꝝ officiū debeant exercere, per eos in principio ſui officii præſtito iuramento, de bene & fideliter, & iuſta bonam conſcientiam corū officiū exercendo, remotis ab eis odio, amore, timore, prece, & precio, & omni alia humana gratia. Et ſi dicti extimatores aliquid damnum aut in minima quantitate ubi damnū eſſet magnū, aut in maxima ubi paruū ultra modum damnū paſſo offenderent, ꝙ tunc liceat damnū paſſis ad dominos Priores uel quattuor caſtroꝝ recurſum habere qui tertiū debeant eligere extimatorem, ſecundū cuius relationem, & primo præſtito iuramento dictū damnū debeat extimari & pro exiſtimato haberi. Et ſi dicti duo primi extimatores diſcordarent adinuicē, ꝙ tunc ſimiliter dicto modo dictus tertius per dominos Priores uel quattuor debeat adhiberi, & illius extimatio ualeat, cū quo tertius electus cōcordabit. Et ꝗcquid dicto ordine fuerit extimatū ualeat & teneat, ꝙ ſi ſecus fiat extimatio ſit ipſo iure nulla.

### ℭDe licentia domini poſſeſſoris qualiter excuſſet uel non. Rub. VIII.

LIcentia data uel danda per dominū uel poſſeſſorem loci, uel per colonū cottimanū uel per tutorem uel tutricem aut etiam curatorem alicuius necnon adultū, aut per prælatum, rectorem, uel capellanū alicuius eccleſiæ uel loci, ſeu etiam per œconomū, aut curatorem bonoꝝ, ſiue in ſcriptis, in præſentia tamen duoꝝ teſtiū uel unius idonei ad minus quandocūq; ante ipſum damnū illatū ualeat & ſufficiat ad excuſationem & impunitatem pleno iure. Item in præſentia domini uel poſſeſſoris, ſeu coloni uel alterius prædictoꝝ qui loco & tempore damni dati præſens extitit, ſimili modo ad impunitatem ſufficiat ſine alia licentia. Et de tali præſentia ſtet̃ ſacramento ipſius domini ſeu poſſeſſoris & ſimiliū. ℭProcuratoris licentia de hoc non habentis ſpeciale mandatū aut conſortis ſeu partem habentis in re cōmuni pro indiuiſo licentia non excuſet, ut releuet ullo modo ſine uolūtate domini ſeu conſortis. ℭAlioꝝ autem licentia ueluti famuloꝝ laboratoꝝ in re domini, aut factoris, aut filiiſfamilias in re patris uiuentis, & ſimilium perſonarū patrocinari ſeu releuare non uolumus ullo modo. ℭPræterea de damno illato in uinea nō uindemiata dum ſunt uuæ, uidelicet, cū beſtiis aut in orto, & idem in inciſione arboꝝ & apertura domus uel caſſinaꝝ, aut etiam de damno collectionis oliuaꝝ ſeu acceptionis lignorū de cataſta, ſeu fœni & paleæ de paleari uel de ruptura & excluſione alicuius loci clauſi, ſeu acceptionis cānaꝝ de cāneto uel uinea, uel uindemiationis uuaꝝ alterius uel acceptionis ferramentorū, aut ſetelliorū demetitura & exportatione cuiuſcunq; generis bladi collectionis & exportationis pomorū in quantitate unius quartutii, uel abinde ſupra metitura uineorū ultra unam braciatam repletio foſſati uel fracturæ pontis licentiam generaliter & non expreſſe datam patrocinari prodeſſe ad excuſationem non uolumus ullo modo, ſed ſpecialiter & expreſſa licentia in qualibet prædictorū caſuū potius requirat̃. ℭItē uolumus ꝙ officialis ex officii debito teneatur ſcribere licentias prædictas quæ in ſua præſentia concederent̃, & eas per ordinē denotare in aliquo ſuo libro ad petitionem concedētis uel recipientis, ita ꝙ bene appareant, pœna. x. ſol. de ſuo ſalario pro qualibet uice.

### ℭPater pro filio & dominus pro ſeruo in damnis datis qualiter teneatur. Rub. IX.

PAterſamilias pro filiofamilias ad ſoluendum tam pœnam ꝙ̄ damni emendationem uſq; ad legitimam filiiſfamilias teneat̃ & nō ultra. ℭDominus autem ſeu patronus





pro famulo ſiue ſeruiente de damno teneatur ad emendationem & pœnam, ſiquidem ipſe mandauerit damnum fieri, uel ei præſens fuerit loco & tempore damni, uel etiam ratum habuerit ex poſt facto, aut lucrum inde perceperit. Alioquin non niſi pro quantitate ſalarii nondum uere & non ficte ſoluti teneantur expenſis. ſ. famuli ſiue ſeruientis.

### ℭDe abolitione & receſſione proceſſus. Rub. X.

SIcuti diuerſa ſunt damna, ita diuerſis opportet cenſuris tractari plus enim aliud ueniæ promeretur aliud plurimum ſeueritatis requirit. Iccirco diſponimus, ꝙ de damno perſonali ſiue manuali dato, uel dando in orto, uinea, canneto, blado, legumine, prato fœnario, ſeu herba cuſtodita. uidelicet. in duobus proxime caſibus a Kalēdis Martii uſq; poſt fœnum ſecatum & ſublatum, aut etiam in canapa, milio, panico, lino, uinearola, arbore domeſtica fructifera, uel in pomis, oliuarum anteꝗ collecta extiterint ab eo cui pertinerent, ſeu de ligno apto ad ædificium, aut etiam in aliis pomis aptis ad uſum hominis. ℭItem de damno illato per aliquam beſtiam in blado, legumine, uel lino a Kalendis Martii in poſterum uel in uinea, canneto, aut orto, quocunq; tempore, ſeu etiam in pomis, oliuarum anteꝗ eo anno ut dictum eſt collecta extiterit, & in prædictis reducatur

pariter quocunq; modo proceſſum eſſet, uel procederet̃ nulla receſſatio uel abolitio fieri poſſit, & facta non ualeat ullo modo. In aliis autem damnis diuerſis & caſibus infra quinq; dies poſt citationem uel excuſationem ad petitionem eius pro quo uel ad eius querelam quocunq; modo proceſſum eſſet uel procederetur, poſſit & debeat receſſatio ſeu abolitio fieri & admitti dum tamen perſona cuius fauore & utilitate fieret, ſoluat in communi ante ipſam abolitionem uel in ipſa cum effectu uero numerationis quinq; ſol. dēn. pro quolibet damno ſiue proceſſu.

### ℭDe præſcriptione proceſſus damnorum. Rub. XI.

VOlumus ꝙ de damnis perſonaliter uel cum beſtiis datis uel dandis ultra ſeu poſt menſes duos a die illati uel facti damni minime procedatur. Et ſi quocunq; modo procederetur uel foret proceſſum irritus ſit proceſſus & non ualeat ipſo iure. ℭInſuper addimus ꝙ officialis teneatur & debeat quemlibet proceſſum damnorum inceptum ſeu incipiendum expedire & finire infra unum menſem a die initiati proceſſus computandū. Cōtrafaciens officialis in. xx. ſol. dēn. uice qualibet puniatur noſtro cōmuni applicandis.

### ℭDe damnis occulte datis. Rub. XII.

STatutum & ordinatum eſt, ꝙ quotienſcunq; in ciuitate & comitatu Eſii contigerit damnum dari in poſſeſſione ſiue rebus alicuius ſeu aliquorum, & malefactorem ſeu qui damnum dederit haberi non poterit & penitus ignoretur, ꝙ Poteſtas & officialis damnorum datorum ad petitionem ſubſtinentis damnum inquiſitionem facere teneatur inter homines & perſonas contratæ in qua damnum datum dicitur qui ſint proximiores dicto damno & ſint ad minus numero quinq; homines ſeu perſonæ. Et ſi inter dictos homines fuerit repertus malefactor ſeu qui damnum dederit, tunc ille malefactor puniatur ſecundum formam capitulorum loquentium de damnis datis. Si autem malefactor haberi non poterit nec inueniri ſiue damnum dans. tunc ſi in dicta contrata ubi fuerit damnum datum fuerit ſolitum eſſe cuſtodes animalium boum, iumentorum, pecudum, ſeu aliorum animalium tempore damni, tunc dicti cuſtodes uocentur. Et ſi inter ipſos fuerit repertus damnum dans, tunc ille qui damnum dederit, teneatur & puniatur ſecundū for-

mam capitulorũ de tali damno dato loquẽtium. ¶Si autem inter ipſos non fuerit reper
tus qui damnum dederit, nec ipſi, cuſtodes quantũcũq; ſumma fuerit damnũ emẽdare de
beant & ad emendationem damni paſſo teneant. Et nihilominus cõmuni Eſii condemnẽ
tur in. xx. ſol. inter omnes. ¶Si autem in dicta contrata cuſtodes prædicti non fuerint, tũc
dñs Poteſtas inquiſitione facta ut ſupra, primo conuocatis decem hominibus & perſonis
uicinis & proximioribus dicto damno. Et intelligant uicini eſſe proximiores illi qui con
uerſant in loco uel prope locum ubi factũ eſt damnum tempore damni dati. Et ipſos ho
mines & perſonas cogere & condemnare damnum paſſo ad extimationem damni quan-
tęcunq; fuerit ſummę ſiue extimationis, & nihilominus condemnare eos cõmuni Eſii in.
xx. ſol. pro uice qualibet teneatur inter omnes. Et hoc capitulum habeat locum ſi de die,
& idem modus quantum ad extimationem & refectionem damni ſeruetur in maleficiis,
ubi debet fieri reſtitutio rei alicuius, ſi malefactor haberi & inueniri non poterit, neq; ſciri
qui maleficium cõmiſerit ſeu fecerit prædicta reſtitutio fieri debet.

## ¶De damno perſonaliter dato in horto. Rub. XIII.

DAns uel faciens damnum in horto uel giardino intra ciuitatẽ Eſii rumpendo clu
ſimen ipſius in aliqua parte, uel intrando aliũde ſine licentia domini. Et inde colli-
gendo & portando agrumen olera uel herbã uel poma in triginta ſol. deñ. uice qualibet
& quolibet puniat, & excludens tantum non colligens, neq; exportans in. x. ſol. deñ. pro
quolibet & uice qualibet puniatur. ¶Fodiens uero ſeu carpens inde aliquam plantam ar
borem uel incidens aliquam uitem uel arborem, in. xxv. lib. deñ. pro quolibet & uice qua-
libet puniatur. In hortis uero extra ciuitatẽ uel in comitatu & diſtrictu Eſii dans uel fa-
ciens damnum perſonaliter intrando & colligendo poma, herbas, uel olera, aut aliquod
genus agruminis. Interq; etiam rape, radices, & paſtonachę intelligãtur in. xx. ſol. deñ. pro
quolibet & uice qualibet puniatur. ¶Sed ſi intrauerit tantum uel tranſitum inde fecerit
nihil colligendo uel aſportando, in. x. ſol. deñ. pro quolibet & uice qualibet puniatur. In-
cidens uero uel carpens inde aliquam plantam arborem uitem uel ramum arboris fructi
ferę in. x. lib. deñ. pro quolibet & uice qualibet puniatur. Colligens uero & exportans ole
ra herbas & agrumina de campo uel uinea aliena uel alio loco nõ hortali, in. x. ſol. pro quo
libet & uice qualibet puniatur. Quas condemnationes uel aliquam ipſarum non ſoluẽs
infra tres dies a die præcepti de ſoluendo facti per officialem dummodo præceptum fue-
rit poſt tempus quo licuit appellare, detineatur coactus in palatio communis, donec di-
ctam pœnam ſoluerit cum effectu.

## ¶De damno perſonaliter dato in uinea, blado legumine uel cãneto. Rub. XIIII.

VItem aliquam incidens a pede in aliena uinea abſq; licentia domini pro quolibet &
qualibet uice, in. L. ſol. deñ. puniat, uſq; in tres uites incluſiue. Abinde ſupra ſpectet
ad officiũ Poteſtatis & ſuæ curiæ. ¶Sed ſi non a pede, ſed alio modo inciderit, ſi palmitẽ
uel ſarmentũ inciderit, ſoluat cõmuni. x. ſol. pro quolibet & qualibet uice. ¶Item q; nulla
perſona audeat uel præſumat ſine licentia domini officialis damnorum uendere uel tenere
ad uendendum uuas acerbas uel maturas a Kalendis Iulii uſq; ad Kalendas Octobris.
Et qui contrafecerit ſoluat cõmuni Eſii duodecim deñ. pro quolibet grappo, & quilibet
poſſit accuſare & credatur eius ſacramento uſq; ad quantitatem decẽ grapporum. Abin-
de ſupra probetur legitime & habeat accuſator medietatem dicti bãni. Excepto q; de per
gula licitum ſit cuilibet deferre & uendere abſq; pœna. ¶Item q; nullus ciuis comitatiuus
uel forenſis maſculus uel fœmina debeat apportare ab eorum uinea uel alicuius a Kalen-





dis menſis Auguſti uſq; ad feſtũ ſanctæ Mariæ de menſe Septembris ſine licentia officia
lis damnorum ad ciuitatem Eſii, uel ad caſtra ultra tres grappos uuæ, & qui cõtrafecerit pro
qualibet uice & quolibet grappo ſoluat nomine pœnę duos ſol. pro quolibet. ¶Item qui
cunq; colligerit uuas de pergulis alienis ſiue in ciuitate Eſii, ſiue in burgis uel in comitatu
ſeu in hortis ſtãtibus, puniatur uice qualibet in. L. ſol. deñ. quilibet contrafaciens. ¶Faciẽs
tranſitũ perſonaliter uel ingreſſum per alterius uineam nihil exportans, in quinq; ſol. deñ.
puniatur. ¶Colligens uuas in uinea aliena abſq; licentia poſſeſſoris pro quolibet grappo
in quinq; ſol. deñ. puniatur. ¶Prohibentes ad cautelam q; morantes ad uindemiandum
in uinea aliena etiam cũ licentia domini non poſſint ferre uel incidere pendulas uuarum, nec
etiam grappos ultra duos pro quolibet die portare, contrafaciens puniatur pro quolibet
grappo in quinq; ſol. ¶Accipiens uel exportans ab aliena uinea palos quoſcunq;, aut etiã
uites ſiue palmites ſeu ſarmenta in. xl. ſol. deñ. pro quolibet & uice qualibet puniatur. Se-
cans herbam in uinea aliena, in quinq; ſol. puniatur pro quolibet & uice qualibet. ¶Me-
tens aliquod genus bladi uſq; per unum couũ, & abinde infra in. xx. ſol. deñ. pro quolibet
& uice qualibet puniatur. ¶Accipiens autem uel metens aliquod genus bladi alieni non
cum licentia domini, ab uno couo ſupra in decẽ libris deñ. pro quolibet & uice qualibet
puniatur. ¶Metens herbas in blado alieno pro quolibet & uice qualibet puniatur in. x.
ſol. Et hæc omnia quæ dicta ſunt in blado, ſeu de blado locum habeant in quolibet gene
re leguminis uel frumenti uel metens accipiens uel exportans iuſta prædicta ſimili-
tudinarie puniatur. ¶Prohibentes expreſſe, q; laboratores operarii, & meſſores aut aliæ
quęcunq; extraneæ perſonæ, præter perſonam domini uel poſſeſſoris & eorum familiariũ
non audeant ullo modo uel cauſa colligere aliquas ſpicas uel quantitatem aliquam fru-
menti ſiue bladi exiſtẽtis in campo uel poſſeſſione alicuius, nec exportare ipſas uſquequo
uniuerſa ſeges & quantitas bladi exiſtentis in ipſo campo & de ipſo non fuerit in unum
compoſita & congregata in meta ſiue barchone, ſed cum licentia domini uel poſſeſſoris
uel præſentia eorũdem ſine contradictione. Contrafaciens puniatur pro quolibet & quali
bet uice in. xx. ſol. deñ. Et ſuper hoc teneatur & debeat officialis damnorum facere ſpecia-
lem inquiſitionẽ eundo per loca opportuna ad inueniendum contrafacientes, pœna tri-
ginta ſol. officiali contrafacienti noſtro cõmuni applicandorum. ¶Cannetum alienum dam
nificans perſonaliter cauando ocinos uel cannas incidendo pro quolibet & qualibet uice
in. xl. ſol. deñ. puniatur. ¶Faciens uero frondes canneti & exportans in. x. ſol. pro quoli-
bet faſce & uice qualibet puniatur. ¶Accipiens cãnas de cataſta uel aliunde ubi cãnæ in-
ciſæ fuerint congregatæ, in. C. ſol. deñ. pro quolibet & uice qualibet condemnetur. ¶Me
tens herbas in canneto uel cannetum alienum aliter damnificans in quinq; ſol. deñ. uice
qualibet puniatur. ¶Per aliam uero poſſeſſionem alterius perſonaliter tranſiens ſeu ip-
ſam ingrediens nihil colligendo uel exportando in duos ſol. deñ pro quolibet & uice qua
libet puniatur, excepto cauſa uenationis uel aucupationis, ex qua poſſit libere fieri perſo-
nalis ingreſſus ſiue tranſitus per poſſeſſionem alterius, niſi per bladum a Kalendis Apri-
lis in poſterum uſquequo bladum eſt in campo, & per hortũ etiã ex cauſa prædicta nullo
modo tranſitus fiat ſub pœna prædicta. ¶Hic poſtremo adiicimus, ut ſiqua perſona alie
num bladum legumen uel ſemen & ſimile iam trituratum & battutum ſiue triſcatum, uel
a paleis excuſſum de alterius ara, uel loco non cum uoluntate domini acceperit uel expor
tauerit quantũcũq; uſq; per unum quartutium paruum ad menſuram antiquam noſtri
cõmunis, qualibet uice puniatur a centum ſol. in decẽ lib. arbitrio & diſcretione officialis
& ultra in quantum uideretur Confalonerio & Prioribus noſtri populi. ¶Pro quantita-
te uero maiori dicto quartutio puniatur per curiam noſtri Poteſtatis uel iudicis uelut
pro uero furti maleficio maioribus & acrioribus pœnis, iuxta perſonarum & facti quali-
tatem. Et in omnibus ſupradictis caſibus damnum paſſo emendetur.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

¶De inciſione oliuarum & aliarum arborum fructiferarum. Rub. XV.

INcidens arborem oliuæ a pede, uidelicet. a ramis infra, in quindecim lib. deñ. pro quolibet & uice qualibet & pedali quolibet puniatur. Et de hoc ſtetur ſacramento accuſatoris cum dicto unius teſtis bonæ famæ. ¶Ramum uero incidens dictæ arboris uel rumpens in lib. quinq; deñ. puniatur uice qualibet & pro quolibet. ¶Fraſcam dictæ arboris incidens uel rumpens, in. xl. ſol. deñ. puniatur pro quolibet & qualibet uice. ¶Arborem piri, mali, ficus, nucis, amigdolæ, amoniacis, ceraſi, perſici, guiſſini, mali coptonii, mali granati, pruni, quercus, ilicis, & cerri glandiferentis exiſtentis in campo, ſorbi exiſtentis in cāpo, & ſimilium arboris fructiferarum exiſtentium in campum laboratiuis incidens a pede, uidelicet. a ramis infra, in. x. lib. deñ. uice qualibet puniatur. ¶Ramum uero incidens uel rumpens huiuſmodi arborum uel alicuius earum, in triginta ſol. deñ. pro quolibet & uice qualibet puniatur, Fraſcam uero dictarum arborum incidens uel rumpens, in. x. ſol. deñ. pro quolibet & uice qualibet puniatur. ¶Siquis autem aliquam ex ſupradictis arboribus excoriauerit in pedali, ita q̧ ex tali excoriatione arbor deſiccetur, puniatur ea pœna qua puniretur ſi totaliter incidiſſet. Si autem non deſiccetur puniatur in dimidia pœna. ¶Incidens uero a pede quercum, uel iſchiam, aut cerrum in ſylua exiſtentes glandiferentes, & ad ædificium aptas, in quattuor lib. deñ. puniatur pro qualibet arbore pro quolibet & uice qualibet. ¶Siquis autem ſcapecciauerit ſeu ramos inciderit alicuius quercus uel iſchiæ glandiferentium pro quolibet ramo puniatur in quinq; ſol. deñ. pro quolibet & uice qualibet. ¶Hic adde capitula incidentium in ſyluis cuſtoditis.

¶De pœna incidentium arbores ſylueſtres & non fructiferas. Rub. XVI.

ARborem non fructiferam ad ædificium aptam ualoris. xx. ſol. uel infra, incidens a pede alibi q̄ in ſylua exiſtentem, in. xxv. ſol. deñ. puniatur. Si autem fuerit maioris ualoris in fructiferam arborem ad ædificium aptam incidens, in. L. ſol. deñ. puniatur ¶Alia uero ligna ad ædificium non apta, in ſylua incidens in. xx. ſol. deñ. pro quolibet & uice qualibet puniat̃. ¶Arborē ſalicis uincarolæ a pede incidēs in tribus lib. deñ. pro quolibet & uice qualibet puniatur. ¶Incidens uero ramum dictæ arboris uel metens a decem uincis ſupra pro quolibet & uice qualibet puniatur in triginta ſol. deñ. uſq; ad unum faſcium. ab uno faſcio ſupra in. C. ſol. pro quolibet & uice qualibet puniatur. ¶A decem uincis infra incidens uincum ad pœnam non teneatur, niſi a domino uel poſſeſſore fuerit prohibitus uel etiam accuſatus. Si accuſatus uel prohibitus fuerit in quinq; ſol. deñ. puniatur pro quolibet & qualibet uice. ¶Item adde pariter pœnas incidentium arbores in ſyluis communis cuſtoditas.

¶De damno perſonaliter dato in pomis. Rub. XVII.

BAttens ſeu cadere faciens poma malorum ſeu pirorum in poſſeſſionibus cultiuatis beſtiis bouinis, cauallinis, porcinis uel aliis in. C. ſol. deñ. pro quolibet & uice qualibet puniatur, quo ad ſilueſtria poma, quo ad domeſtica in lib. x. deñ. ¶Alia uero poma. uidelicet. ficus, nuces & ſimilia quaſſans uel cadere faciens beſtiis in. xl. ſol. deñ. pro quolibet & uice qualibet puniatur. ¶Colligens uero manualiter poma, piri, mali, perſici, nucis, maligrani, uel mali coptoni ipſa exportans, in. xxv. ſol. deñ. uice qualibet puniatur, ¶Colligens dicta poma uel aliquod ipſorum cōmedens ibidem ad pedem arboris in. x. ſol. deñ. puniatur. Et prædicta omnia locum habeant in arboribus domeſticis. In arboribus uero non domeſticis ſupradictis modis damnificans, puniatur in quarta parte ſu-

prædictarum



prædictarum pœnarum in ſuis caſibus loquentium. ¶Colligens autem & exportans alia poma uel amygdala, ficus antifolia, ſuccina, ceraſia, uiſcina amoniaces, ſorba & hiis ſimilia in. xx. ſol. deñ. uice qualibet puniatur. ¶Cōmedens autem ipſa poma ibidem ad pedē arboris uel aliquod ipſorum, in quinq; ſol. deñ. uice qualibet puniatur. ¶Colligens oliuas de arboribus alienis uel de terra ſubter arborem anteq̄ ſint collectę per dominum uel poſſeſſorē aut oliuas collectas accipiens, puniatur ut de uero maleficio furti per curiam Poteſtatis, Saluo ſiquidem accuſator uel perſona damnificata maluerit procedi per dictum officialem, quo caſu poſſit & debeat pœna imponi pro quolibet delinquente & qualibet uice a decem libris deñ. uſq; ad. xxv. lib. arbitrio & diſcretione officialis damnorum iuxta perſonæ & negocii qualitatem. ¶Poſtq̄ uero oliuarum poma fuerint per aliquem dominum poſſeſſorem aut eorum nuncios de aliqua poſſeſſione collecta, colligens reſidua poma oliuarum de dictis locis iam collectis quæ conſueuerunt ſcultitium appellari in tribus lib. deñ. puniatur pro quolibet & uice qualibet.

¶De pœna accipientis alienum fœnum, uel paleas, uel herbas pratiuas ſiue guardatas, uites, fraſchas, uel alia ligna inciſa. Rub. XVIII.

DE domo extra ciuitatem uel caſtra uel caſſinam alterius accipiens & exportans fœnum, uel paleas, uites, fraſchas, uel ligna ſi cum ſomerio uel beſtia in. x. lib. pro quolibet & uice qualibet puniatur. Sine ſomerio accipiens & exportans in collo, in. C. ſol. pro quolibet & uice qualibet puniatur. ¶De paleare uel muchio aut cataſta alibi q̄ in dictis locis exiſtente extra ciuitatem & caſtra accipiens uel exportans fęnum, paleas, uites, uel ligna cum ſomerio in. L. ſol. deñ. pro quolibet & uice qualibet puniatur, ſine ſomerio in. xx. ſol. deñ. pro quolibet & uice qualibet puniatur. Et ſi aliquis haberet fœnum uel paleas qui eſſet infamatus uel denunciatus per dominum domus uel eius cuius palee uel fęnum fuerint, & non poterit probare unde habuerit ipſum fœnum uel paleas, id habeatur pro probatione contra eum. Et etiam ad probationem prædictorum cōmiſſorum de nocte ſufficiat fama probata per tres uel quattuor teſtes bonæ famæ. ¶De terris cōmunis pro prato poſſit cuſtodem fieri uſq; ad unam ſalmam in ſemine & in loco apto, ad fęnum autem de dictis terris poſſit tantum uſq; ad quattuor cuppas & in loco apto pariter ad fœnum & pro fœno & non aliter. De terris autem priuatis pratum fieri. Ghiffari autem poſſit in locis aptis ad fœnum uel herbam uſq; ad unam ſalmam pro pare boum & quattuor beſtiis equinis & aliis ſimilibus. Et loca ghiffata debeant ſulco ſignari & cānis prout in præſenti ſtatuto ſancitum eſt. ¶Metens uel exportans herbam de prato alieno uel campo guardato ſeu ghiffato, ſi cum ſomerio in. xx. ſol. deñ. pro quolibet & uice qualibet puniatur, ſine ſomerio in. x. ſol. ¶Intelligatur herba ghiffata, ubi in campo fuerint hinc inde affixę arundines ad numerum quinq; arundinarum uel baculi cum herba ligata per aliquem dominum uel poſſeſſorem campi, cauſa herbam ſeu fœnum cuſtodiendi, de qua ghiffatura ſeu affixione arundinarum uel baculorum & cuſtodia fœni ſtetur & credatur dicto domini cum uno teſte bonæ famæ. Et ſiquis dictas ghiffaturas deſtruxerit puniatur in duplo eius quo puniretur. quilibet exportans herbas de prato cum ſomerio. ¶Accipiens autē aliquam dictarum rerum de domo uel horto uel alio loco intra ciuitatem & caſtra poſitarum puniatur in forma ueri maleficii de furto per officium Poteſtatis. ¶Pro fœno & paleis de paleare & domibus uel caſſinis, & de lignis ad ignem accataſtatis uel non, puniantur tociens quotiens pœna duorum ducatorum auri, & idem fiat contra auferentes paleas cannas ſeu palos de canneto uel uinea uel q̧ alibi habeantur & de damno credatur domini ſacramento, niſi dominus rei maluerit procedi per officialem. d. d. quo caſu puniatur in eadem pœna ſine infamia furti.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

¶De pœna incidentis uel roncantis ſepem alienam, uel frangentis pontem aut foſſatum replentis, aut aliquid proiicientis in poſſeſſione alterius. Rub. XIX.

INcidens ſeu roncans alterius ſepem uel inde accipiens ſpinas uel aliquid de cluſimine non de uoluntate domini uel poſſeſſoris nec de mandato alicuius officialis lib. quattuor deñ. pro quolibet & uice qualibet puniat᷑. ¶Frangens uel aliter impediens pontem uel aditum alienum aut foſſatum alicuius poſſeſſionis in aliqua parte replens uel explanans in. C. ſol. pro quolibet & uice qualibet puniatur. ¶Proiiciens in poſſeſſionem alterius aliquid turpe uel damnoſum in. xl. ſol. pro quolibet & uice qualibet puniatur. Et imiſſum uel proiectum & replectionem in omnibus prædictis cunctis tollere & mundare teneat᷑, & cōtra facientes quilibet officialis poſſit procedere, & habeat medietatē pęnæ.

¶De pœna accipientis lapides, lateres aut cuppos, ſeu ſtipulam euulſam, ſiue carpitā uel non de poſſeſſione alterius, uel herbam ligatam uel factam. Rub. XX.

ACcipiens de poſſeſſione alterius poſita in territorio uel deſtrictu ciuitatis Eſii extra ciuitatem uel caſtra aliquem laterem, lapidem aut cuppum non ædificatum, pro quolibet latere, lapide ſimili & cuppo, puniat᷑ pœna furti, ſi domino placuerit, alias per officialem. d. d. pœna, x. lib. pro qualibet uice & ad emendam damni in duplum. ¶Si ſtipulam euulſam ſeu carpitam uſq; in ſex mannillas abſtulerit in quinq; ſol. deñ. puniatur pro quolibet & uice qualibet. Abinde ſupra in uiginti ſol. puniatur pro quolibet. ¶Carpens ſtuplam de poſſeſſione alterius ſine licentia domini, in. xx. ſol. deñ. puniatur. ¶Accipiens herbam alterius non pratiuam a ſolo ſecatam uel ſeparatam, in. x. ſol. deñ. pro quolibet & uice qualibet puniantur. Ligatam uero herbam accipiens in quindecim ſol. deñ. pro quolibet & uice qualibet puniatur.

¶De uia & ſemita non facienda per poſſeſſionem alterius perſonaliter uel cum beſtiis. Rub. XXI.

STatuimus & ordinamus, ꝗ quicunq; fecerit uiam uel ſemitam per poſſeſſionem alterius uineatam, cannetatam, uel aliquo bladorum genere ſeminatam, uel hortiuā, aut aliter cultam, eundo per ſe uel cum aliquo animali per ipſam poſſeſſionem, quando ipſa poſſeſſio eſt iuxta aliquam uiam, ſoluat cōmuni Eſii pro banno pro qualibet uice. x. ſol. & credatur ſacramento domini poſſeſſionis uel cuiuſlibet ſui ſeruientis ſeu laboratoris. Et nihilominus cogatur ſoluere domino poſſeſſionis damnū ſiquod intulit pro qualibet uice. ¶Et tamen ſaluo ꝗ licitum ſit cuilibet qui habet poſſeſſionem aliquā ad quā non ſit uia ad eundum ad ſuas poſſeſſiones ire per poſſeſſiones alterius conuicinas dictę ſuæ poſſeſſioni quando incumbit neceſſitas laborandi uel recolligendi fructus, & tunc ducere ſomerium & boues ſecundum ꝗ res & tempus expoſcunt pro laboreriis faciendis uel pro fructibus recolligendis dūmodo hęc fiāt omni minori damno domini poſſeſſionis per quā itur. ¶Et ſi conquerat᷑ dominus poſſeſſionis de illo qui uadit ſuper ſuam poſſeſſionem, tunc dominus Poteſtas uel eius Vicarius teneatur cōmittere duobus bonis uiris de contrata in qua eſt poſſeſſio, ut illi limitent & deſignent locum per quem ille uadat, & modum etiam eundi. Et ſecundum quod illi boni uiri deſignauerint & determinauerint, ita teneatur uolens ire & obſeruare, & dominus poſſeſſionis pati, ſub pœna & banno. C. ſol. pro quolibet contrafacienti & qualibet uice. ¶Et eodem modo ſi aliquis oſtendat ſe debere habere uiam per poſſeſſionem alicuius, uel occaſione ſeruitutis, uel rationę conceſſionis uel reſeruationis factę ſimpliciter & indiſtinctę, tunc debeant eligi duo boni uiri

ni uiri



ni uiri per Poteſtatem uel eius Vicarium ad nominationem utriuſq; contendentium. Et illi duo boni uiri teneantur ire ad locum & determinare unde eatur, & limitare modum eundi ſecundum ꝗ uiderint conuenire recepto ab ipſis iuramento. Et uterq; teneatur obſeruare & pati determinata per eos, ſub pœna ſuperius memorata. ¶Hoc addito ꝗ ſiquis habuerit aliquam poſſeſſionem iuxta uias publicas, teneatur dictam uiam ita tenere quā tum trahitur ſeu protenditur ſua poſſeſſio, ꝗ omnes poſſint cum animalibus tranſire per dictam uiam Et ſi non fecerit quilibet poſſit per poſſeſſionem talis dictam uiam non tenentis cultam ire cum animalibus, & abſq; aliqua pœna.

¶De uia propria ita tenenda ꝗ non damnificet uicinę poſſeſſioni. Rub. XXII.

STatuimus & ordinamus, ꝗ quicunq; habet uiam propriam prope poſſeſſionem alicuius taliter retineat dictam uiam, ꝗ homines habentes iuxta dictam uiam poſſeſſiones damnum aliquod non ſubſtineant. Et ſi ſubſtinuerit damnum ad extimationem ſubſtinentis damnum faciendam eius ſacramento uſq; ad quantitatem. xx. ſolidorum reſtituant.

¶De pœna aucupantis cum cane in terris bladatis. Rub. XXIII.

STatuimus & ordinamus, ꝗ ſiquis cum cane pro capiendis qualeis aucupatus fuerit in aliquo campo frumenti ſeu grani a Kalendis Maii uſquequo dictum frumentum ſeu granum non fuerit meſſum ſeu falce ſecatum, condemnetur in. xx. ſol. uice qualibet & damnum patienti emēdet. ¶Aucupans uero in hordeo dictis temporibus in. x. ſol. puniatur. ¶In lino autem a Kalendis Aprilis uſquequo non fuerit euulſum, ſimiliter in. x. ſol. puniatur pro quolibet & uice qualibet. Et prædicta habeant locum etiam in uenatoribus, & per dicta tempora ſeruata ſemper modeſtia.

¶De pœna accuſati negantis poſſeſſionem eſſe accuſatoris, & de pœna accuſatoris non probantis poſſeſſionem eſſe ſuam. Rub. XXIIII.

SI accuſatus uel accuſati de aliquo damno dato tempore excuſationis negauerit poſſeſſionem eſſe accuſatoris uel accuſantis fraudulenter. Et accuſator uel accuſantes probauerint poſſeſſionem eſſe ſuam & ſe poſſediſſe tempore accuſationis. Accuſatus ſiue accuſati communi Eſii nomine banni decem libras ſoluere teneantur. Et ſi accuſator ſiue accuſantes non probauerint poſſeſſionem eſſe ſuam uel poſſediſſe tempore ſuæ accuſationis, de qua aliquem uel aliquos accuſaſſet condemnetur communi prædicto in ea pœna in qua accuſatus condemnari debuiſſet, ſi uerum eſſet illud de quo accuſaretur. Et talis accuſatus uel accuſati ab ipſa accuſa uel accuſationibus per ipſum accuſatorem uel accuſantem factis penitus abſoluatur. ¶Addentes ꝗ quo ad prædicta tantum etiam laboratores coloni filiifamilias & familiares habeantur loco poſſeſſoris in rebus de quibus accuſationes faciunt.

¶De pœna tenentis canem & damnum dantis. Rub. XXV.

STatuimus & ordinamus, ꝗ quicunq; tenuerit canem a Kalendis Auguſti uſq; ad feſtum omnium ſanctorum, canem teneat & tenere debeat ligatum uel cum uncino ad collum ire debeat. Et qui contrafecerit pro uice qualibet in. x. ſol. puniatur, exceptis cani-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

bus ad qualeas & lepores capiendum aptis & conſuetis, excepto tempore uuarum maturarum, quo tempore dicti etiã canes ad qualeas & lepores teneanť ad pœnam. xx. ſol. pro quolibet cane. Si autem canes damnum dederint in uineis dictis temporibus dominus canis in. x. ſol. uice qualibet puniatur. Si autem canes aliorum animalia momorderint ſeu damnificauerint dñs canis, in quinq; ſol. uice qualibet condemnetur, & damnũ paſſo emendet, ſecũdũ extimationem faciendam per duos cõmunes amicos uel bonos uiros.

¶De pœna forenſis damnum dantis cum animalibus. Rub. XXVI.

STatuimus & ordinamus, ꝙ ſiquis forenſis damnũ dederit in poſſeſſione alicuius in territorio Eſii cũ animalibus paſculando ſine licentia dominorũ Priorũ, ac ſatiſdederit de ſoluendo paſculũ ipſi dño Poteſtati & ſuis officialibus illam quantitatem pecuniæ quæ fuerit ordinata per conſiliũ ſeu ordinamentũ ciuitatis Eſii. Et ꝙ boues talium paſculantes & alia animalia ſic morantes poſſint a quolibet colligi, & duci coram domino officiali damnorũ ciuitatis Eſii, & habeat medietatem pœnæ infraſcriptę quã ſoluerit cõmuni, & nihilominus dominus boum & alioꝝ animaliũ cõi Eſii ſoluere teneať nomine pœnæ. xx. ſol. pro qualibet beſtia groſſa, & quinq; ſol. pro qualibet beſtia parua. Et nihilominus ſoluere teneať cõmuni pro paſculo pro qualibet beſtia & animali id quod fuerit ordinatũ per conſilium ciuitatis Eſii, uel in aliis ſtatutis diſpoſitũ. In quibus caſibus dictus forenſis ſoluat integram pœnam quolibet ceſſante beneficio, & tñ fraudis pœnæ ſubiaceat.

¶Quod laboratores non ferant de fructibus ſine uoluntate domini. Rub. XXVII.

NVllus laborator de poſſeſſionibus alienis, quas colunt ferat uuas uel alia poma, aut ligna ſeu cannas, aut palos ſine expreſſa licentia domini. Contrafaciens pro quolibet & uice qualibet in. xx. ſol. puniatur & damnum domino emendet.

¶De pœna officialis damnorum non ſeruantis ſtatuta. Rub. XXVIII.

OFficialis damnorum non obſeruans ſtatuta ad eius officium pertinentia in quolibet caſu, in quo alia pœna ſibi non foret impoſita in lib. x. deñ. de ſuo ſalario & damnum paſſis ſemper emendet.

¶De damno dato cum beſtiis in blado, legumine, & prato, terris ghiffatis uel banditis pro fœno. Rub. XXIX.

SI bufalus, bufala, bos, uacca, mulus, mula, equus, equa, porcus, ſeu ſcrofa, hyrcus, uel capra uel eorum generis animalium damnum dederit in blado non meſſo, lino, fabis, legumine, & his ſimilibus non carpitis, puniatur cuſtos uel dominus in defectum cuſtodis pro quolibet animali & qualibet uice a die quo prædicta ſeminantur uſq; ad Kalendas Martii in quinq; ſol. ¶A Kalendis uero Martii uſq; ad meſſem & uſq; ad tempus carpendi linum, fabam, & legumina, in ſol. x. puniatur pro uice qualibet & quolibet animali. ¶Si uero damnum dari contingat per aliquam ex ſupradictis beſtiis, in blado, lino, faba, uel legumine meſſo ſiue carpito ſed non compoſito uel cohadunato ſeu admuchiato in metam uel barconem, tunc pro quolibet animali ſoluatur & exigatur, pœna duodecim ſol. ¶Pro eo autem damno quod datum fuerit in admuchiato ſeu cohadunato compoſito ad aream uel ad alium locum deducto in metam uel barconem in blado, lino, faba, legumine uel ſimilibus pro quolibet ex ſupradictis aĩalibus & qualibet uice ſoluanť & exigãt

quindecim



quindecim ſol. ¶Pro damno autem dato per aliquam ex ſupradictis beſtiis in blado, faba, legumine, & ſimile ſe iam triturato, battuto, treſchato, ſeu excuſſo, aut uentolato, tunc pro quolibet ex ſupradictis animalibus & uice qualibet in. xx. ſol. cuſtos ſeu dominus in defectum cuſtodis puniatur. ¶Pro aſino uero in ſupradictis locis in dimidio ſupradictarum pœnarum cuſtos ſeu dominus condemnetur. ¶Pro qualibet pecude tempore quo blada ſeu legumina fuerint ſeminata uſq; ad ad Kalendas Martii in ſex deñ. pro qualibet & uice qualibet puniatur. ¶In omnibus autem aliis temporibus in duodecim deñ. condemnetur. ¶In pratis uero aut campis ghiffatis uel banditis pro fœno, ſi bufalus uel bufala, bos, uacca, equus equa, mulus, mula, porcus uel porca, aut eorum generis animal damnum dederit a Kalendis Martii uſquequo herba fuerit ſecata per totum menſem Iunii. Addentes ꝙ poſt dictum tempus quilibet impune in eis paſcere poſſit etiam quo ad dãnum, condemnetur cuſtos ſeu dominus in defectum cuſtodis in. x. ſol. pro quolibet animali & uice qualibet. Aſino uero in dictis locis dictis temporibus damnificante cuſtos ſeu dominus in quinq; ſol. uice qualibet & pro quolibet condemnetur. ¶Si uero pecus & capra in dictis locis dictis temporibus damnum dederit in ſol. duodecim deñ cuſtos ſeu dominus pro qualibet pecude ſeu capra uice qualibet condemnetur. ¶De damno autẽ ab animali porcino in pratis illato aliis temporibus pro quolibet porco & uice qualibet cauando in quinq; ſol. cuſtos ſeu dominus puniri mandamus prædictis aliis animalibus impunitis niſi dominus prohibuerit paſculari. ¶Addentes ſupradictis omnibus caſibus, ꝙ pro omnibus ſupradictis animalibus lactentibus lactentia autem intelligantur animalium minutorum menſium trium maiorum autem ſex menſium nulla pœna cõmuni ſoluatur, ſed damnum paſſo tantũmodo reſarciatur damnum. ¶Si uero bufalus, bufala, bos, uacca, equus, equa, mulus, mula, in paleare fœni paleæ uel muchio eorum exiſtenti in prato ſeu alio loco pro quolibet dictorum animalium in ſol. decem uice qualibet condemnetur cuſtos ſeu dominus, excepto equo uel equa, mulo uel mula pro quolibet ſol. ſex pœna ſoluatur & uice qualibet. ¶Addentes ꝙ dicta animalia groſſa exceptis aſinis. d. dantia in uineis poſtq̃ uuæ fuerint collectę uſq; ad Kalendas Martii, puniantur in. xx. ſol. pro quolibet eorum de die & in quattuor lib. pro quolibet de nocte, & hoc quia collectis uuis dicta animalia deſtruunt uineas paſcendo etiam ſtudioſe id fieri conſtat, & eadem pœna puniantur in poſſeſſionibus arboratis ſiue plantatis arborum.

¶De damno dato cum beſtiis in uinea, horto, uel canneto. Rub. XXX.

SI bufalus, bufala, bos, uacca, mulus, mula, equus, equa hyrcus, capra, aſinus, aſina, porcus, ſeu ſcrofa, uel aliquod dictorum animalium non lactentium damnum dederit in uinea alterius a Kalendis Martii uſq; ad Kalendas Maii, in. x. ſol. pro quolibet & uice qualibet cuſtos ſeu dominus puniatur. ¶Si uero aliquod prædictorum animalium damnum dederit a Kalendis Maii uſquequo uuæ non fuerint collectæ, ſi uuæ prædictæ non fuerint maturæ, in duodecim ſol. pro quolibet animali ut ſupra & uice qualibet puniatur cuſtos ſeu dominus, niſi pro hyrco uel animali caprino, pro quibus ſolidorum tantum decem pœna ſoluatur. Sed ſi uuæ erunt maturæ, tunc ſi bufalus uel bufala, bos uel uacca damnum dederit, in. xl. ſol. deñ. pro quolibet dictorum animalium uice qualibet condemnetur. ¶Si autem equus, equa, mulus, mula, porcus ſeu ſcrofa dicto tempore uuarum maturarum damnum dederit in uinea alterius, in uiginti ſol. pro quolibet animalium prædictorum & uice qualibet cuſtos ſeu dominus puniatur. ¶Pro aſino uero dicto tempore damnificante in dicto loco, in decem ſol. pœna condemnetur dominus ſeu cuſtos. ¶Pro quolibet uero hyrco ſeu animali caprino in dicto loco & tempore damnificante in decem ſol. uice qualibet con-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

demnetur. ¶In aliis uero temporibus pro quolibet bufalo, bufala, boue, uacca, equo, equa, mulo, mula, in quinq; ſol. cuſtos ſeu dominus condemnetur. ¶Pro aſino uero ſeu capra uel eorum generis animalium, in tres ſol. condemnetur cuſtos ſeu dominus ipſorũ. ¶Si autem bufalus, bufalas, bos, uacca, mulus, mula, equus, equa damnũ dederit in horto alterius, tẽpore quo olera uel agrumina ſeu melonos ſunt in hortis, in. xx. ſol. pro quolibet & uice qualibet puniatur cuſtos ſeu dominus ipſorum. ¶Sed ſi aſinus uel aſina, hyrcus uel capra damnum dederit in dicto loco & tempore pro quolibet & uice qualibet, in. x. ſol. cõdemnetur cuſtos uel dominus ipſorum. ¶Sinautem prædicta omnia & ſingula animalia damnum dederint in canneto a Kalendis Martij uſq; ad Kalendas Auguſti, in. x. ſol. cuſtos ſeu dominus condemnetur pro quolibet dictorum animalium & uice qualibet. ¶In aliis uero temporibus, in quinq; ſol. dũmodo prædicta omnia animalia quando ſunt lactentia non teneantur ad pœnam, ſed pro eis tantum emendetur damnum. ¶Addẽtes ꝗ dicta animalia groſſa exceptis aſinis damnũ dantia in uineis poſt collectas uuas uſq; ad Kalendas Martij, die puniatur pro quolibet in. xx. ſol. de nocte uero in lib. quattuor.

¶De damno dato cum beſtiis in arboribus fructiferis & pomis. Rub. XXXI.

SI bufalus, bufala, bos, uacca, equus, equa, mulus, mula, aſinus, aſina, hyrcus ſeu capra, uel eorum generis animal damnum dederit corrodendo in arboribus pomiferis & fructiferis in. x. ſol. pro quolibet dictorum animalium & uice qualibet cuſtos ſeu dominus in defectum cuſtodis puniatur. ¶In fractibus autem ſeu ſepibus corrodendo & deuaſtando in quinq; ſol. pro quolibet & uice qualibet dominus ſeu cuſtos condemnetur. ¶Si uero dicta animalia uincarolam corroſerint in. x. ſol. cuſtos ſeu dominus puniatur, pro qualibet uero capra, & porco, ſeu ſcrofa, uel aliquod eorum generis animal paſculante in oliueto ubi non ſunt collectæ oliuæ ſeu poma oliuarum a Kalendis Septembris uſq; ad medietatem menſis Februarii, in. x. ſol. pro quolibet & uice qualibet cuſtos ſeu dominus puniatur. ¶Si autem dicto loco & dicto tempore pecudes paſculauerint pro qualibet pecude in quinq; ſol. puniatur. ¶Si uero porcus uel ſcrofa, aut eorum generis animal damnum dederit in pomis, ficuum, nucum, pirorum, malorum uel glandis, in quinq; ſol. deñ. pro quolibet & uice qualibet puniatur, dummodo pro lactentibus beſtiis pœna non ſoluatur damnum tamen emendet.

¶De anſeribus, anatris, pullis gallinaciis damnum dantibus in uineis ortis & bladis. Rub. XXXII.

SI anſer damnum dederit in uineis plenis uuarum & hortis oleribus exiſtẽtibus in eis, in quinq; ſol. pro qualibet & uice qualibet puniatur dominus. Si autem in blado ſeu terra bladata cuiuſcunq; generis uel legumine, in ſol. uno pro qualibet & uice qualibet puniatur. ¶Pro anatra uero domeſtica, & quolibet pullo gallinacio in omnibus ſupradictis locis, in duodecim deñ. pro quolibet & qualibet uice condemnetur dominus ipſorum.

¶De damno dato cum beſtiis in campo maieſato, & fructibus arborum ſylueſtrium. Rub. XXXIII.

SI bos, uacca, equus, equa, aſinus, aſina, mulus, mula, & ſimilia damnum dederint paſculando uel calpiſtando in campo maieſato & in fructibus arborum exiſtentium in loco ſylueſtri, & ſimilibus locis, puniatur cuſtos uel dominus in defectum cuſtodis,



ſtodis, in duobus ſol. pro quolibet & uice qualibet, pro qualibet pecude & capra pro quolibet & uice qualibet in ſex deñ. Et prædicta locum habeant ſi patronis cuſtodire placuerit, quo caſu banniri debeant loca ipſa.

¶De impunitate damnum dantium cum beſtiis, de quibus collecta non ſoluitur. Rub. XXXIIII.

EXceptis poſſeſſionibus cameræ & Romañ. Eccleſiæ & aliarum eccleſiarum. Siquis cum aliqua beſtia damnum dederit in poſſeſſione aliqua, de qua eo anno collecta ſoluta non eſſet in cõmuni ad pœnam aliquam nullatenus teneatur. Et hoc ſtatutum locum non habeat in ſyluis & rebus cõmunis, nec ad damni emendationem.

¶De damno dato in poſſeſſione communis. Rub. XXXV.

PErſonaliter uel cũ beſtia inferens dãnũ in aliqua ſylua cõmunis uel alia poſſeſſione cõmunis, exceptis paſcuis cõſuetis, puniat̃ eadẽ pœna qua puniret̃ de dãno dato in poſſeſſione alterius, & in ſyluis Geugaliæ, boardi, & ſterpariæ, pœna quattuor duc. auri.

¶De pœna damnorum de nocte. Rub. XXXVI.

DE nocte uidelicet poſt occaſum ſolis uel ante ortum eius de mane damnum dans perſonaliter uel cum beſtiis, puniatur in duplo pœnarum in quibus puniretur de damno uel pro damno de die dato.

¶De pœnis & caſibus non ſpecificatis in ordinamentis. Rub. XXXVII.

IN caſibus & dãnis non ſpecificatis procedat officialis dãnoꝝ & puniat de ſimilibus ad ſimilia iuxta ordinamẽtum & caſum cui cõueniẽtius adaptat̃ arbitraria arbitrãda.

¶Qualiter liceat reducere beſtias repertas in damno. Rub. XXXVIII.

BEſtiam alienam in damno per dominum uel familiarem, aut per colonum ſeu laboratorem poſſeſſionis tribus uicibus uocato ſeu exclamato cuſtode ſeu domino ipſius beſtiæ repertæ, de cuius exclamatione ſtetur ſacramento ipſius inuentoris & ipſo cuſtode ſeu domino non accedente ad locum damni nec expellente ipſam beſtiam damnum dantem, liceat & licitum ſit domino poſſeſſionis uel familiari, necnon laboratori abſq; pœna & banno aliquo reducere & conducere coram officiali damnorum datorum ea die ad faciendum ipſius damnum puniri ſecundum formam ſtatutorum. De qua inuentione & conductione animalium ſtetur & credatur relationi ipſius damnum paſſi animalia conducentis dummodo de damno dato appareat. Et ſupradicta diſtinctio & forma locum habeat in beſtiis tam ciuium q̃ forenſium & comitatiuorum ciuitatis Eſii. ¶Et ſiquis impediret aliquem ducentem beſtias quas inueniſſet dantes damnum in poſſeſſione ſua, puniatur per officialem. d. d. pœna. xxv. lib. Et liceat unicuiq; accuſare & eius nomen tenebitur in ſecretum & habebit quartam partem eius pœnæ quam deuenire faciet in communi. ¶Addentes ꝗ ſi cuſtos uel dominus animalium accederet & diceret animalia ſua eſſe & uelle damnum emendare coram ſaltem uno teſte, non poſſit reducere imo teneatur illi reſtituere & dicto illius teſtis cum iuramento patroni ſtetur de inuentione & prehenſione. Si forte negari poſtea contigerit ea impediens reducere non gaudeat beneficio pacis.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

¶Qualiter primo cuſtos, deinde dominus animalis teneatur. Rub. XXXIX.

DE uno quoq; damno per beſtiam dato, primum teneatur cuſtos, & in ſubſidiũ dominus ſiue poſſeſſor, tam ad pœnam damni, q̃ ad emendationem. Beſtia tamẽ ſemper obnoxia ſit ſeu obligata, & eſſe intelligatur pro damno ſiue noxa, nec non pro pœna, ita ꝙ capi & retineri poſſit pro prædictis non reperto cuſtode uel domino.

¶De damno per beſtiarum tranſcurſum dato & impunitate ipſius. Rub. XL.

NOn nunq̃ beſtiæ de muſcarum aculeis & aliis de cauſis in ferocitate de more aufugiunt & tranſcurrunt inuitis cuſtodibus ſeu dominis earum, & ſic abſq; ipſorũ dolo & culpa damna contingunt. In quibus caſibus & quolibet eorum prohibemus, ne aliquis teneatur ad pœnam, niſi quouis modo culpabilis apparuerit, uel cauſam damni præſtiterit. Et ꝙ beſtia dicto modo aufugiens per tranſcurſum damnum dederit contra uoluntatem cuſtodis uel dñi ſtetur & credat' ſacramento id allegantis cuius interſit cũ dicto unius teſtis idonei & bonę famæ. Exceptis tauris indomitis, q nullo tp̃e teneant' ad pęnã.

¶De remiſſione damnorum datorum. Rub. XLI.

STatuimus & ordinamus, ꝙ in damnis datis admittatur & admitti debeat beneficiũ confeſſionis a centum ſol. infra per quod quarta pœnæ pars alicui accuſato, denunciato uel inquiſito, aut per officialem inuento remittatur. A centum uero ſol. ſupra habito beneficio confeſſionis pacis & concordiæ & ſolutionis infra terminum quinq; dierum tertiam tantum partem pœnę ſoluere compellatur aliis ſibi omnino remiſſis.

¶De parte danda officiali damnorum. Rub. XLII.

STatuimus & ordinamus, ꝙ officialis damnorum datorum admiſſis prius beneficiis admittendis ſecundum formam ſupradicti ſtatuti habeat & habere debeat ex ſuis tãtum inuentionibns quartam partem eius quod deuenire faciet in cõmuni & non ultra, pœna dupli eius quod exegerit ſi per ipſum fuerit cõtrafactum, & ſi quid plus quarta pro ſe retinuerit uel a partibus aliquid aliud extorſerit reſtituere teneatur in duplum ut ſupra. Et teneatur officialis damnorum ad petitionem cuiuſlibet de aliquo damno conquerentis inquiſitionem facere & ſuper accuſis & denunciis ſtatim procedere, ſub pœna in ſtatutis prefixa, ſi negligens fuerit in predictis, & nil aliud poſſit pro ipſa accuſatione, denunciatione, reductione, & caſſatione & aliis coram eo factis & faciendis petere uel exigere q̃ ſtue rit ſupra ſtatutum uel in futurum ſtatui contigerit pœna dupli reſtituendi ei a quo extorſerit ultra pœnam officialis non ſeruantis ſtatuta.

¶De pœna conducentium animalia reperta in territorio ciuitatis Eſii ducere extra territorium dictę ciuitatis. Rub. XLIII.

STatuimus & ordinamus, ꝙ ſi aliquis animalia reperta in territorio ciuitatis Eſii duxerit extra territorium dictę ciuitatis puniatur in forma ueri maleficii per Poteſtatem ciuitatis Eſii perinde ac ſi furto ſubtraxiſſet ſm formam ſtatuti poſiti ſub Rub. de furtis & furibus puniendis.

Explicit Liber Quintus.



# LIBER SEXTVS SVPER APPELLATIONIBVS COMMVNIS CIVITATIS ET COMITATVS ESII.

¶De offitio & iuriſditione iudicis appellationum Ciuitatis & comitatus Eſii. Rubrica I.

IVRI conſonum eſſe cenſentes, ut grauamina illata appellationis remedio & aliis modis per iudicem appellationis dictæ ciuitatis & comitatus recenſeantur & exgrauentur, ſtatuimus & ordinamus, ꝙ ad Cancellarium ſeu alium per concilium dictæ ciuitatis & comitatus deputandum poſſit & ualeat libere appellari a Poteſtate & eius iudice milite & aliis officialibus dictæ ciuitatis. Necnon a capitaneis ſeu uicariis cæteriſq; officialibus. Necnon ab arbitris & arbitratoribus reductio etiam ad arbitrium boni uiri peti & a quibuſcunq; grauaminibus & appręhenſionibus iudicialibus, & extra iudicialibus quibuſcunq; impedimentis uel obſtaculis de nullitate omnium prædictorum queri agi & in integrum reſtitutio poſtulari, quando de iure competit, dictuſq; Cancellarius & iudex appellationum prædictus ualeat de omnibus & ſingulis prædictis cognoſcere, ſententiare, & diffinire, & in eis & aliis contentis in hoc ſexto libro ſit, & eſſe intelligatur iudex & ordinarius cõpetens, ſaluis tamen & reſeruatis aliis ſtatutis infra conditis nõ obſtantibus iuribus conſtitutionibus & priuilegiis in cõtrariũ facieñ. quibuſcũq;.

¶Quod appellatio ſufficiat interponi coram iudice a quo uel ad quem, & de petitione appellatorum. Rub. II.

STatuimus & ordinamus, ꝙ omnis appellatio deuoluenda ad dictum Cancellarium & iudicem appellationum poſſit & ualeat interponi coram iudice arbitro arbitratore uel alio a quo appellaretur uel de nullitate diceretur, uel coram dicto iudice ad quem uel coram quocunq; eorum interpoſita fuerit ualeat & teneat, ac ſi interpoſita eſſet coram utroq; eorum, & ſimiliter coram altero eorum ſufficiat appellatos pluries etiam uno conteſtu petere & ille a quo petuntur teneatur incontinenti appellatos dare uel reſponſum dare appellanti ſine aliqua dilatione uel termino, & ſi aliquem terminum ſtatuerit ad accipiendum appellatos minime comparere teneatur, nec propter hoc aliquid ſic præiuditium generetur, & prædicta ſecundum formam huius ſtatuti firmitatem habeant, ac ſi omnes iuris & conſtitutionũ ſolennitates eſſent plenarie obſeruatę.

¶De appellatione uiua uoce facta. Rub. III.

STatuimus & ordinamus, ꝙ quãdo a Poteſtate ciuitatis Eſii eiuſq; officialibus & aliis officialibus dictæ ciuitatis & eius comitatus arbitris ſiue arbitratoribus prædictis cõtingit appellari ad dictum Cancellarium & iudicem appellationis dictæ ciuitatis a quibuſcunq; iudicialibus & extraiudicialibus ſententiis interlocutoriis uel diffinitiuis aut pręceptis ualeat appellatio etiam uiua uoce facta ſine aliqua ſcriptura quæ poſſit etiam pro-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

bari per teſtes. Nec requiratur de neceſſitate aliqua appellatorum petitio. Valeatq; & teneat talis appellatio, ac ſi interpoſita eſſet in ſcriptis. Et omnes cauſæ legitimę grauaminum & nullitatum eſſent inſertę, & ac ſi appellari petiti eſſent.

¶In quibus caſibus non liceat appellare reclamare uel ſupplicare. Rub. IIII.

VOlentes obuiare diffugiis & calumniis appellantium. Statuimus q nullus in notorus perfacti euidentiam, nulluſq; in iudiciis ſponte confeſſus & tormenta, nec poſſeſſionis, nec a ſyndicatu aliquo pręcepto uel proceſſu pręteſtu fortificationis ſeu reparationis, ac cuſtodię diurnę uel nocturnę dictæ ciuitatis uel eius comitatus ſeu occaſione alicuius impoſitionis uel exactionis talearum feudorum collectarum gabellarum ſeu pedagii & aliorum onerum realium uel perſonalium ſeu mixtorum per cõmune Eſii impoſitorum uel imponendorum & exigendorum, nec ab aliqua interlocutoria lata inter media cauſæ ante diffinitiuam ſententiam in ciuili uel criminali cauſa, uel quæ uim diffinitiuę haberet, nec aliquis contumax audiatur appellans, niſi primo refectis expenſis. Sed omne grauamen reſeruet in appellatione a diffinitiua autoritate præſentis ſtatuti, niſi notorie conſtaret de grauamine. Nec etiam in aliis caſibus a iure ciuili expreſſis & prohibitis ualeat quoquo modo appellationis uel reclamationis auxilium conuocare. Nec in aliquo caſuum prædictorum appellatio admittatur nec recipiatur, pœna utriq; officialiũ non ſeruantium ſtatuta. Iudex uero prædictus ad quem fuerit appellatum, talem appellationẽ aliquo modo nõ admittat nec recipiat. Et iudex a quo in aliquo non deferat, quin potius contra appellationem poſſit & debeat impune procedere ſuamq; ſententiam, & proceſſum, & actum a quo ſeu a qua extiterit appellatum in ciuili uel criminali cauſa perinde executioni debitę demandare, ac ſi appellatio talis interpoſita non fuiſſet.

¶Secundum quæ iura tam ciuiles q̄ criminales cauſæ terminentur. Rub. V.

STatuimus & ordinamus, q quotienſcunq; iura & ſtatuta ciuitatis Eſii, & eorum diſpoſitiones & conſtitutionum prouincię contrariæ ſeu diuerſe reperirentur. Seruetur primo ſtatutum dictæ ciuitatis Eſii. Secundo conſtitutiones. Tertio ius ciuile. Quarto ius canonicum & eodem ordine ſeruetur in caſibus, in quibus deficerent ſtatuta prædicta uel conſtitutiones ſalua diſtinctione, ut ſupra facta in libro ciuilium cauſarum.

¶De modo procedendi ſuper appellationibus. Rub. VI.

ADhoc ut ſit litium finis ipſęq; lites non fiant ĩmortales, necnon ut obuietur ſubterfugiis appellantium ſtatuimus tranſactis decem diebus a die ſententiæ diffinitiuę uel uim habentis diffinitiuę uel quinq; a die interlocutorię uel præcepti uel reductionis ad arbitrium boni uiri uel alterius grauaminis cuiuſcunq; & notitiæ ipſius ſententiæ ſeu grauaminis non ſit licitum uocem appellationis emittere nec de nullitate dicere, uel opponere, uel ſupplicare, uel petitionem reductionis ad arbitrium boni uiri petere poſtq̄ ſententia tranſiuit in rem iudicatã ¶Sed ſi infra dicta tempora appellaretur de nullitate diceretur ſeu petitio reductionis prædictæ peteretur, dictus iudex appellationis cõmunis, & hominum ciuitatis & comitatus Eſii poſſit & ualeat inhibere, & mandare Poteſtati, iudici, ſeu alteri officiali, ſeu arbitro, uel arbitratori, uel particularibus pſonis, quarũ intereſt quatenus pendente cauſa appellationis nullitatis ſeu reductionis, ulterius non procedat ad aliquem actum neq; executionem, ſub pœna & ad pœnam eius arbitrio auferendam. Si dictam inhibitionem & præceptum non ſeruauerit, dũmodo dicta pœna non excedat ſummam



ſummam. C. lib. deñ. de facto exigeñ. Itẽ dictus appellans & de nullitate agens ſeu reductionem petens teneatur & debeat infra dicta tempora decem dierum uel quinq; ubi ſupra dictum eſt, comparere coram iudice & facere partem citari & procedere in cauſa prędicta. ¶Vbi uero intra dicta tempora non procederent in cauſa ſententia ſiue laudũ contra eum lata præceptum uel cuiuſcunq; generis grauamen remaneat in ſui roboris firmitate, & ulterius non audiatur. Item q in dictis appellationibus nullitate & reductione poſſit & ualeat procedi abſq; libello litis conteſtatione iuramento calumniæ, & ſine alia ſolennitate & ordine iuris ſtatutorum, conſuetudinis, uel reformationis, & conſtitutionum. Item ſucceſſiue per ordinem debeant legitimare perſonæ litigantium ſi opus erit. ¶Itẽ ſucceſſiue ſeriatim dictus iudex det terminum octo dierum, & plus, & minus arbitrio ſuo ad iuſtificandum & impugnandum dictam ſententiam laudum uel aliud grauamen, & ad probandum & probatum habendum iura partium per teſtes uel inſtrumenta ſiue ſcripturas, & per omnem alium modum per quem melius uidebitur partibus poſſe probare, & probatum habere. ¶Subſequẽter dictus iudex ſtatuat terminũ ad allegandum quinq; dierum currentium, quibus dilationibus præfixis elapſis, dictus iudex procedat ad ſententiam finalem, & determinationem cauſæ ſeu litis prout ei uidebitur de iure faciendum partibus primo citatis uel monitis ad ſententiam audiendam. ¶Et ut imponamus finem litibus, ſtatuimus q ſi appellatio nullitas diffinitiua ſententia uel quæ uim diffinitiuę haberet dicta ſententia uel declaratio uel pronuntia, ſiue cauſa ſit ciuilis uel criminalis uel mixta proferri debeat infra ſpatium duorum menſium a die interpoſitę appellationis nullitatis numerandorũ. ¶Si uero eſſet interlocutoria ſiue ſententia arbitri uel arbitratoris reductio ſiue a quocunq; alio grauamine a quibus non ſit prohibitum appellare de iure cõmuni uel ex forma ſtatutorum ciuitatis Eſii expedire debeat infra ſpatium unius menſis, quibus etiam terminis, & dilationibus decurſis ſtatuimus q dictæ appellationis cauſæ nullitatis recurſus habeantur & ſint deſertæ abſq; alia iudicis pronunciatione uel ſententia ipſo iure, ſaluis ſemper & reſeruatis detractionibus dierum feriatorum, de quibus in eodem uolumine ſtatutorum dictæ ciuitatis latius continetur. Et prædicta nõ habeant locũ in reſtitutionibus in integrum quo ad ipſarum initium, ſed tantũ locũ habeãt in ipſarum proceſſu & terminatione a die petitionis reſtitutionis petitæ. Deo gratias.

Explicit Liber Sextus.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

# DE ORDINAMENTIS PERTINENTIBVS AD PASCVA COMMVNIS ESII.

Et primo.

## De pœna foreníium incidentium arbores ſeu ligna in ſyluis communis Eſii. Rubrica I.

STATVIMVS & ordinamus, q̃ nullus forenſis cuiuſcunq; conditionis ac ſtatus extiterit, qui in noſtra ciuitate uel comitatu non habitauerit, audeat uel præſumat in territorio ciuitatis Eſii abſq; licentia concilii generalis incidere ſeu incidi facere ſcapecciare ſeu alio modo incidere uel ſecare aliquod lignum ſeu arborem pro aliquo ædificio, domo, ſeu caſſina, ſeu aliqua ligna pro igne, uel inciſa & trunca extrahere ſine dicta licentia. Siquis autem inuentus fuerit ſeu denunciatus incidere ſeu incidiſſe modis quibus ſupra, uel extrahere ſeu extraxiſſe, condemnetur & condemnari debeat pro quolibet ligno pro ædificio, domo, ſeu caſſina, in. xx. lib. deñ. pro qualibet uice. Et quilibet poſſit & ualeat denunciare, accuſare, & capere, & habeat & habere debeat quartam partem dictæ condemnationis. Saluis ſtatutis & pœnis impoſitis contra incidentes ſeu extrahentes de ſyluis communis cuſtoditis.

## De pœna fraudantium pedagium. Rub. II.

STatuimus & præſenti ſtatuto firmamus, q̃ quicunq; per noſtrum territorium tranſiuerit cum aliquibus ſalmis & rebus de quibus per formam tabulæ in fine præſentis ſtatuti poſitæ, ſoluuntur pedagia, & non ſoluerit noſtris officialibus pedagiariis. Si per ciuitatem contigerit tranſire, & tranſiuerit extra portam burgorum dictæ ciuitatis, & etiam ſi per comitatum uoluerit terga primo caſtro, per cuius territorium primo tranſiuerit, condemnetur pro quolibet & qualibet uice in. xxv. ducatis, & in perditione animalium & ſalmarum. Et quilibet poſſit accuſare, capere, & arreſtare, & habeat quartam partem dictæ condemnationis. Saluo & reſeruato ſi Priores dictæ ciuitatis deliberauerint dictum pedagium ad aliquod caſtrum deputandum exigi. Contra q̃ caſtrum ſic deputatum ſi tranſiens terga uoluerit non requiſito officiali ibidem deputato ſupradictam pœnam ſimiliter ſe nouerit incurſurum.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

# QVESTA SI E' LA TABVLA DEL PASSAGGIO DELLA Citta' de Eſii, & de quello che ſe deue pagare per ciaſcuna ſoma che ſono numerate qui de ſotto.

| | |
|---|---|
| ¶Arme per ciaſcuna ſoma | ſol. 6. bol.3 |
| Amandole per ſoma | ſol. 4. bol.2 |
| Anaci per ſoma | ſol. 4. bol.2 |
| Alume per ſoma | ſol. 2. bol.i |
| Anguille per ſoma | ſol. 4. bol.2 |
| Acciaro per ſoma | ſol. 8. bol.4 |
| Arneſe da rectore per ſoma | ſol. 10. bol.5 |
| Agli per ſoma | ſol. 2. bol. i |
| Argento per ciaſcuna libra | ſol. 4. bol.2 |
| | |
| ¶Biada per ciaſcuna ſoma | ſol. 6. bol.3 |
| Bambace per ſoma | ſol.5.bol.2.diñ 12 |
| Baleſtre per ſoma | ſol. 4. bol.2 |
| Buturo per ſoma | ſol. 4. bol.2 |
| Beſtia groſſà non lactante per ciaſcuna | ſol. 2 bol. i |
| Borra da bardelle per ſoma | ſol. 4 bol.2 |
| Beſtia minuta per ciaſcuna | diñ. 8. diñ. 8 |
| Botte&barili per ſoma | ſol. 2 bol. i |
| Brocche boccali bechieri p ſoma | ſol.2.bol.i |
| Bordia per ſoma | ſol. 8 bol.4 |
| Ban bacini p ciaſcū fardello | ſol. 2 bol. i |
| Brolla per fare ceſtuni da olio per ciaſcuna | bol. i. diñ.12 |
| | |
| ¶Cera p ciaſcuna ſoma | ſol. 8 bol.4 |
| Carta pecorina per ſoma | ſol. 6 bol.3 |
| Carta bābacina per ſoma | ſol.5.bol.2.diñ 12 |
| Corame concio per ſoma | ſol. 6 bol. 3 |
| Corame peloſo per ſoma | ſol.5.bol.2.diñ.12 |
| Canneua per ſoma | ſol.3. bol.i. diñ. 12 |
| Corda per ſoma | ſol. 4 bol.2 |
| Caneuaccio per ſoma | ſol. 4 bol.2 |
| Centi per ſoma | ſol.3. bol.i. diñ.12 |
| Caſio per ſoma | ſol. 4 bol.2 |
| Carne ſalata per ſoma | ſol. 2 bol. i |
| Cādelotti de ſego p ſoma | ſol.3 bol.i.diñ.12 |
| Cofani & caſſe per ſoma | ſol 8 bol.4 |
| Cenera da bichieri per ſoma | ſol. 2 bol. i |
| Caſtagne per ſoma | ſol. 2 bol.i |
| Carboni per ſoma | ſol. i diñ.12 |
| Cimatura per ſoma | ſol. 4 bol.2 |
| Cenere de feccia per ſoma | ſol. i diñ.12 |
| Corbelli per ſoma | ſol. 2 bol. i |

| | |
|---|---|
| Cumino per ſoma | ſol.3. bol.i. diñ.12 |
| Cappari per ſoma | ſol. 2 bol. i |
| Camomilla per ſoma | ſol.3. bol.i. diñ.12 |
| Caſſia per ſoma | ſol. 10 bol. 5 |
| Capritti per ciaſcuno | ſol. i diñ.12 |
| Canale per ſoma | ſol. 2 bol.i |
| | |
| ¶Finicelli ſicchi per ciaſcuna ſoma | ſol.40. bol.20 |
| Finicelli freſchi per ſoma | ſol.7.bol.3.diñ.12 |
| Farina per ſoma | ſol. 6 bol. 3 |
| Ferro laborato per ſoma | ſol. 6 bol.3 |
| Ferro groſſo per ſoma | ſol. 4 bol.2 |
| Falce fenare & da metere per ſoma | ſol. 6 bol. 3 |
| Filato per ſoma | ſol. 6 bol. 3 |
| Fune per ſoma | ſol. 4 bol.2 |
| Fichi ſeche per ſoma | ſol.3. bol.i. diñ.12 |
| Feccia, o cenere deſſa p ſoma | ſol. 2. bol.i |
| Frutti, cioe' mela, pera, & brugnoni per ſoma | ſol.3. bol.i. diñ.12 |
| Fiaſchi de uitrio per ſoma | ſol. 4 bol.2 |
| Fuſti da ſella per ſoma | ſol. 6 bol.4 |
| Feltri per ſoma | ſol. 4 bol.2 |
| Fronda de mori per ſoma | ſol. 2 bol.i |
| | |
| ¶Grano p ciaſcuna ſoma | ſol.5.bol.2.di.12 |
| Grana da tengere per ſoma | ſol. i bol. 5 |
| Guarnello per ſoma | ſol. 6 bol. 3 |
| Guato per ſoma | ſol. 2 bol.i |
| Giupparelli fatti p ſoma | ſol. 8 bol.4 |
| Galla per ſoma | ſol.3. bol.i. diñ.12 |
| | |
| ¶Libri p ciaſcuna ſoma | ſol. 4 bol.2 |
| Lana p ciaſcuna ſoma | ſol.5. bol.2. diñ.12 |
| Lino per ſoma | ſol. 4 bol.2 |
| Lance per ſoma | ſol. 2 bol. i |
| Legname lauorato p ſoma | ſol. 2 bol. i |
| Legni da baleſtra per ſoma | ſol. 2 bol. i |
| | |
| ¶Metallo p ciaſcuna ſoma | ſol. 4 bol.2 |
| Macene per ſoma | ſol. 6 bol. 3 |
| Mele per ſoma | ſol.3.bol.i.diñ.12 |
| Melarance per ſoma | ſol. 2. bol. i |

Maſſaritie



| | |
|---|---|
| Maſſaritie per ſoma | ſol. 2 bol. i |
| Merciaria per ſoma | ſol. 10 bol. 5 |
| Matharacci per ſoma | ſol. 10 bol. 5 |
| | |
| ¶Noce per ſoma | ſol.2 bol.i diñ.12 |
| Nocelle per ſoma | ſol.2 bol.i diñ.12 |
| | |
| ¶Olio p ciaſcuna ſoma | ſol.3 bol.i diñ.12 |
| Oua per ciaſcuna ſoma | ſol.3 bol.i diñ.12 |
| | |
| ¶Pāni de ſeta, o drapi p ſoma | ſol.30 bol 15 |
| Panni de colore per ſoma | ſol. 10 bol. 5 |
| Panni de gatinello per ſoma | ſol. 6 bol. 3 |
| Panno de lino per ſoma | ſol. 6 bol. 3 |
| Panni noui da doſſo de colore per ſoma | ſol. 12 bol.6 |
| Panni noui da doſſo de bigello per ſoma | ſol. 8 bol.4 |
| Peuere per ſoma | ſol. 10 bol.5 |
| Pilicciuni per ſoma | ſol. 10 bol.5 |
| Pelle peloſe da pellicciaria per ſoma | ſol. 10 bol.5 |
| Pelle conce da pellicciaria per ſoma | ſol. 6 bol. 3 |
| Pane cotto per ſoma | ſol.5 bol.2 diñ.12 |
| Peſſi freſco per ſoma | ſol.3 bol.i diñ.12 |
| Peſſio ſalato per ſoma | ſol. 4 bol.2 |
| Pugli per ſoma | ſol. 4 bol.2 |
| Piombo per ſoma | ſol. 4 bol.2 |
| Pinochi per ſoma | ſol. 2 bol.i |
| Pece o pegola per ſoma | ſol. 2 bol. i |
| Panni uecchi de lana p ſoma | ſol. 2 bol. i |
| Panni uecchi de lino p ſoma | ſol. 2 bol. i |
| Piuma o pēna per ſoma | ſol.5 bol.2 diñ.12 |
| Popuni per ſoma | ſol. 2 bol.i |
| Porci per ciaſcuno | diñ. 8 diñ.8 |
| Poluere de zuccaro | ſol. 10 bol.5 |
| Porchette per ciaſcuna deſſe | ſol. i diñ.12 |
| Pigne per ciaſcuna ſoma | ſol. 4 bol.2 |
| Per fardello portato da homo, o donna ſopra la ſua perſona paſſe ſenza pagamento alcuno, a cauallo altri che de robbe de panni uſati | dinari 12 |
| | |
| ¶Rotelle p ciaſcuna ſoma | ſol. 3 bol. 2 |
| Ramo per ſoma | ſol. 4 bol.2 |

| | |
|---|---|
| Raſia de pino per ſoma | ſol. 2 bol.i |
| Raſia de butti per ſoma | ſol. i diñ.12 |
| Remola per ſoma | ſol. i diñ.12 |
| Robbia per ſoma | ſol. 3 bol. i diñ. 12 |
| | |
| ¶Sēdado p ciaſcuna ſoma | ſol. 80 duc. i |
| Seta tratta per ſoma | ſol. 80 duc. i |
| Speciaria per ſoma | ſol. 10 bol. 5 |
| Scarpe per ſoma | ſol. 6 bol. 3 |
| Storioni per ſoma | ſol. 4 bol.2 |
| Sapone per ſoma | ſol. 4 bol.2 |
| Songia per ſoma | ſol.3 bol.i diñ.12 |
| Sego per ſoma | ſol.3 bol.i diñ.12 |
| Schiauine per ſoma | ſol.3 bol.i diñ.12 |
| Store per ſoma | ſol. 2 bol. i |
| Scodelle & ſcatolle p ſoma | ſol. 2 bol. i |
| Stoppa per ſoma | ſol. 2 bol. i |
| Soatto per ſoma | ſol. 10 bol.5 |
| Selle & fornimenti p ſoma | ſol. 10 bol.5 |
| Stamegne & ſtaccie p ſoma | ſol. 2 bol. i |
| Solfano per ſoma | ſol. 2 bol. i |
| Salnitro per ſoma | ſol. 10 bol.5 |
| Scotano per ſoma | ſol. 2 bol.i |
| Sale per ſoma | ſol. 2 bol.i |
| Sguartaticci da barile p ſoma | ſol. 2 bol.i |
| Suara per ſoma | ſol.3 bol.i diñ.12 |
| | |
| ¶Tignola p ciaſcuna ſoma | ſol. 6 bol. 3 |
| Tormentina per ſoma | ſol.3 bol.i diñ.12 |
| Taglieri per ſoma | ſol. 2 bol. i |
| Taglie per ſoma | ſol. 2 bol. i |
| Terra aglhecta per ſoma | ſol. 2 bol. i |
| Taſo per ſoma | ſol. 2 bol. i |
| Teſſuti de ſeta con argento per ciaſcheduno | ſol. i |
| | |
| ¶Vino per ciaſcuna ſoma | ſol. 4 bol.2 |
| Viſcato per ſoma | ſol. 4 bol.2 |
| Vua paſſa per ſoma | ſol.3 bol.i diñ.12 |
| Verderame per ſoma | ſol.5 bol.2 diñ.12 |
| Vitrio per ſoma | ſol. 2 bol.i |
| Valenea per ſoma | ſol. 2 bol. i |
| Vaſa de terra per ſoma | ſol. 2 bol. i |
| | |
| ¶Zuccaro | ſol. 20 bol.10 |
| Zaffrane p ſoma | ſol.200 duc.2 & bol.20 |

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

¶Tabula inciſionum lignorum in ſylua caſtagnol', & in aliis ſyluis ciuitatis Eſii, & ſolutionis dictorum lignorum. In primis.

Pro quolibet carnozio a naui incidendo in dictis ſyluis ſoluat Camerario communis ducatos tres.

Pro qualibet carena de nouem paſſis, ancontanos decem. Ab inde uel infra pro rata.

Item pro quolibet bindazo a fundo nauis, ancontanos decem.

Pro qualibet caſſa bindazi ancontanos decem.

Item pro qualibet gorba, coſta, ſcalmi, ſtortame, catena, paracenta, pro qualibet ancontanos duos.

Pro qualibet biancha a timone, ducatos duos.

Pro quolibet timone ducatum unum.

Pro qualibet arbore a tabulis nauis, ancontanos quattuor.

Pro qualibet arbore a domus trabes, boñ. tres.

Pro qualibet ſupracarena, ancontanos decem.

Pro qualibet catena a proda, ancontanos decem.

Pro quolibet miliari lignorum pro igne, boñ. octo.

Item pro qualibet arbore pro doghis, ancontanos quattuor.

Item pro quolibet centonario arciorum baſtorum boñ. quatraginta.

Item pro quolibet centunario perticarum a cerchiis boñ. quattuor.

¶Quod forenſes teneantur ſoluere tantundem q̃ noſtrates ſoluunt in eorum locis pro cauſis in eo deſcriptis.

ITem ſtatuimus & ordinamus, q, forenſes tranſeuntes per territorium Eſinum cum eorum rebus & mercantiis, teneantur & obligati ſint tantum ſoluere pro gabella ſeu pedagio quantum ſoluunt, & ſoluerunt ciues, & comitatiui dictæ ciuitatis ſiue habitatores dictæ ciuitatis, & comitatus ipſius, tranſeuntes per territoria ciuitatum terrarum & locorum, de quibus ſunt huiuſmodi forenſes, & tantum a dictis forenſibus licite exigere poſſint datiarii ſiue gabellarii ſeu paſſaggerii dictæ ciuitatis pro dictis rebus & mercantiis, quantum exigunt ſiue exigere ſoliti ſunt datiarii ſiue gabellarii ſeu paſſaggerii territorioꝝ ciuitatum & locorum, de quibus ſunt tales forenſes a dictis ciuibus comitatiuis uel habitatoribus dictæ ciuitatis, & dicti comitatus per talia territoria tranſeuntibus cum rebus & mercantiis eorum. Et ſimili modo intelligatur de omnibus aliis gabellis ex quacunq; cauſa ſoluendis.

¶De paſcuis



¶De paſcuis communis Eſii, & temporibus quibus animalia intrare, & exire debeant, & quomodo. Rub. III.

STatuimus & ordinamus, q, tempus ordinarium quo beſtiæ & animalia forenſium incipiunt intrare paſcua cõmunis Eſii intelligat' eſſe & ſit a Kalendis menſis Nouembris uſq; ad Kalendas Maii proxime ſubſequentis. Et q, nulla perſona in dicto tempore ordinario firmare poſſit in dictis paſcuis aliquas beſtias uel animalia niſi pro toto tẽpore ordinario affirmare ſeu affidare uoluerit. Saluo & reſeruato q, ſi aliquis uel aliqua perſona uoluerit intra dictum tẽpus ordinarium in dictis paſcuis aliquas beſtias affirmare per officialem dicti paſcui recipiantur & admittant' pro toto tempore ordinario & non aliter. ¶Liceat tamen unicuiq; affirmare uolenti porcos & porcas ſeu caſtrones in dictis paſcuis pro eo tempore quod placuerit dominis Prioribus uel officiali paſcuoꝝ prædictoꝝ affirmare in dicto tempore ordinario. Ita q, de receptione, affirmatione, & liberatione caſtronũ, porcorũ, & porcarum libere remaneat in arbitrio ſupradictoꝝ dominoꝝ Prioꝝ, & officialis paſcuorũ. ¶Aliud uero tempus intelligat' eſſe & ſit extraordinariũ, & in dicto tempore extraordinario ſit licitũ unicuiq; ſuas beſtias in dictis paſcuis affirmare pro eo tempore quo uoluerit pro ſuę libito uoluntatis. ¶Verũtamen ſi aliqua perſona quæ aliquas beſtias ſeu animalia firmauerit in dictis paſcuis poſſit & liceat ſibi in dictis paſcuis ipſas beſtias per ſpatiũ trium dierũ ultra terminũ quo affirmauerit retinere ad paſculandũ, & ſine aliqua paſcuorũ ſolutione. Si uero ultra dictos tres dies finito termino affirmationis ipſas beſtias retinuerit in dictis paſcuis abſq; licentia dominoꝝ Priorũ dictæ ciuitatis aut datiarii ſoluat & ſoluere teneat' cõmuni Eſii nomine pœnæ pro qualibet beſtia groſſa, & pro quolibet die duos ſol. Et pro qualibet beſtia parua, & qualibet die quo ipſas retinuerit in dictis paſcuis duodecim denarios. Et unuſquiſq; affidans animalia infra tempus ordinarium teneatur ſoluere non pro ſex menſibus, ſed pro illo tempore quo ſtabit uſq; ad Kalendas Maii.

¶De pœna conducentium beſtias ſeu animalia ad paſculãdum ſine apodiſſa. Rub. IIII.

STatuimus & ordinamus, q, quicunq; forenſis, qui duceret aliquas beſtias ad paſculandum in dictis paſcuis ſine licentia & apodiſſa dominorum Priorũ aut datiarii ciuitatis Eſii ſoluat & ſoluere teneat' nomine pœnæ cõmuni Eſii aut datiariis fraudis floreñ. xx. & ulterius perdat animalia imiſſa, & reperta in dicto territorio, niſi prima die qua intrauerit dictum territorium ſoluerint datium paſſadii aut affidauerint. ¶Saluo & reſeruato, q, ſi aliquis mercator ſeu alia perſona cum aliquibus beſtiis ſeu animalibus tranſitum uellet facere per dicta paſcua tranſeundo ad alias terras aliquid ſoluere non teneatur, niſi pedagium cõmunis prædicti conſuetum. Dumtamen q, tranſeuntes & tranſire uolentes per paſcua & territorium dictæ ciuitatis cum aliquibus beſtiis tranſire debeant, & ipſas beſtias tranſeundo de dictis paſcuis, & territorio infra ſpatium trium dierum extrahere, quod ſi non fecerint incurrant ſupradictas pœnas.

¶De ſolutione facienda pro paſcuis cõmunis Eſii, & quo tempore. Rub. V.

PRouidemus & ordinamus, q, quilibet forenſis, qui tenuerit uel habuerit aliquas beſtias ſeu animalia in paſcuis ſupradictis, teneatur ſoluere ſolutionem paſcuorum camerario cõmunis prædicti, pro ipſo cõmuni recipienti, uel alio officiali ad prædicta deputando, pro dicto cõmuni hoc modo. uidelicet. medietatem eius q, ſoluere tenent' pro ipſis beſtiis ſeu animalibus in Kalẽdis mẽſis Decẽbris uel ad feſtũ Natiuitatis. Et aliã medietatẽ in Kalẽdis Aprilis proxime ſequẽtis. Et q, omnes conducẽtes & affirmãtes beſtias aliquas in dictis paſcuis teneant' ſatiſdare de ſoluẽdo ſm modum, & ordinem ſuperius de-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

claratum camerario dicti cõmunis. Et non teneatur unuſquiſq; habẽs animalia in paſcuis aliq̄ doanam ſoluere nec pedagiũ pro beſtiis uendẽdis, & pro fructibus nec etiam emens.

¶De pœna forenſium dolum ſeu fraudem cõmittentium, de numero beſtiarum uel animalium. Rub. VI.

STatuimus & ordinamus, ꝙ quicunq; forenſis habens beſtias, & animalia in dictis paſcuis, & fraudẽ ſeu dolũ cõmiſerit in numero dictaꝝ beſtiaꝝ & animaliũ. uidelicet. in non aſſignando & ſcribere faciendo omnes beſtias quas haberet, & teneret in ipſis paſcuis ſoluat & ſoluere teneatur cõmuni Eſii pro qualibet beſtia groſſa, quæ reperirietur ultra numerum debitum nomine pœnæ, floreñ. v. & pro qualibet beſtia parua, floreñ. unum. Et nihilominus ſoluere teneatur ſolutionem paſcuorum pro toto tempore ordinato.

¶De quantitate ſoluenda pro animalibus paſturantibus in paſcuis communis Eſii. Rub. VII.

STatuimus & ordinamus, ꝙ quicunq; tenuerit animalia ad paſturandum in dictis paſcuis tempore ordinario, ſoluat & ſoluere teneatur pro qualibet beſtia groſſa cõmuni prædicto aut datiario pro ſolutione dictorum paſcuorum. x. ſol. Et pro qualibet beſtia parua quattuor ſol. pro toto tempore ordinario. In tempore uero extraordinario ſoluat eodem modo pro rata temporis.

¶Quod quilibet ciuis Eſinus, & comitatiuus poſſit tenere eorum animalia in paſcuis cõmunis Eſii, ſine aliqua ſolutione, & de ſolutione forenſium qui dederunt animalia in ſoccitam ciuibus uel comitatiuis. Rub. VIII.

STatuimus & ordinamus, ꝙ quilibet ciuis Eſinus, & eiuſdẽ ciuitatis comitatiuus poſſit & ualeat eorum quecunq; animalia tenere ad paſturandum in paſcuis cõmunis Eſii ſine aliqua ſolutione. ¶Forenſes autem qui ciuibus uel comitatiuis Eſinis in ſoccitam eorum animalia dederunt medietatem eius ꝙ alii forenſes qui non aſſociauerunt ſoluant ſoluere teneantur, pro quibus forenſibus aſſocciantibus animalia ſupradicta ciues, & comitatiuos talem ſoccitam capientes ſeu recipientes uolumus obligari, caſu quo dicti forenſes ſic aſſociantes ſolutionem retardant ſeu facere recuſabunt temporibus ſuperius ordinatis. Exceptis laboratoribus ciuiũ & comitatiuorũ retinentibus animalia a ciuibus & comitatiuis, qui non teneantur ad aliquam ſolutionem paſcuorum.

¶De pœna ciuium & comitatiuorum defraudantium ſolutionem paſcuorum communis Eſii. Rub. IX.

STatuimus & ordinamus, ꝙ nullus ciuis aut comitatiuus ciuitatis Eſii, audeat uel præſumat aliqua animalia paſturantia in paſcuis cõmunis Eſii aſſerere ſeu dicere eſſe ſua, cũ non ſint, ut ſolutionem per forenſes fiendã cõmuni prædicto defraudent. Siquis autẽ taliter defraudare præſumpſerit, pœnã. xxv. ducatoꝝ ipſo iure ſe nouerit incurſuꝝ beneficio quocunq; ceſſante perdat animalia & cõmuni Eſii aut datiariis applicentˀ, & inuẽtoribus. Et accuſator habeat quartã partẽ. Et liceat unicuiq; dicta animalia in fraudem in dictis paſcuis exiſtẽtia accolligere, & corã dominis Prioribus aut officiali dãnoꝝ p̄ſentare.

¶De ſolutione non facienda pro beſtiis non lactentibus. Rub. X.

STatuimus & ordinamus, ꝙ pro aliquibus beſtiis lactentibus nihil ſoluatur pro paſcuis cõmunis Eſii ab uno ſancto Michaele ad alium, uidelicet. pro lactentibus pecudinis, bouinis, & cauallinis, & aliis.

¶De pœna



¶De pœna officialium cõmunis cõmittentium fraudem in paſcuis cõis Eſii. Rub. XI.

STatuimus & ordinamus, ꝙ officiales qui deputati erunt ſuper dictis paſcuis per cõmune prædictum, nullum dolum aut fraudem audeant cõmittere ſuper dictis paſcuis, pœna. xxv. lib pro quolibet officiali dolum ſiue fraudem cõmittenti.

¶De pœna Priorum præponentium ſeu præponi patientium petitiones uel ſupplicationes ſeu litteras aliquorum uolentium beſtias in paſcuis Eſinis retinere ſine ſolutione. Rub. XII.

STatuimus & ordinamus, ꝙ nullus Prior dictæ ciuitatis Eſii tempore ſui officii Prioratus audeat uel præſumat proponere uel proponi facere ſeu legi facere in conſilio dicti cõmunis, uel extra aliquas petitiones, ſupplicationes, ſeu litteras aliquorum nobilium uel aliarum perſonarum cuiuſcunq; ſtatus & conditionis exiſtant, continentes ꝙ uelint aliquas beſtias in dictis paſcuis retinere ſine ſolutione paſcuorum prædictorum contra uel præter ſtatuta uel ordinamenta prædicta, pœna cuilibet Priori contrafacienti. xx. lib. deñ. notario reformationum pro qualibet uice dicto cõmuni applicandarum. Saluo & reſeruato ꝙ non ſit per breue apoſtolicum, uel litteras ſuperioris.

¶De contrarietate, identitate, uel ſimilitudine ſiqua in hoc uolumine ſtatutorum reperirietur quid obſeruandum.

Quoniam legum & ſtatutorum contrarietas identitas uel ſimilitudo dubitationẽ & confuſionẽ inducunt, Propterea ne in hoc noſtro ſtatutoꝝ uolumine quid cõtrariũ, quid idẽ uel ſimile reperiatˀ, hac noſtra ſanctione perpetuo ualitura firmamus, ꝙ ſi in hoc ſtatutorũ uolumine aliquod capitulum contrarium idem uel ſimile reperirietur, ultimum capitulum in qualibet materia cęteris omnibus uolumus præualere.

¶Confirmatio omnium contentorum in toto hoc uolumine ſtatutorum.

STatuta & plebiſcita ciuitatis noſtræ Eſii reuiſa, reducta, & declarata omnia & ſingula in toto hoc uolumine ſtatutorum ſcripta & annotata ſingula ſingulis congrue referendo publico decreto. Quom imprimi mandarẽtur. Anno Domini M. D. XVI. indictione quarta ſedente Leone. X. ut Domino placuit Pont. Max. Statuimus & ordinamus, ꝙ ſint & eſſe debeant ſtatuta & iura ciuilia noſtræ ciuitatis & comitatus locorumq; omnium Eſinæ ditioni ſubiectorum. Quæ & in ciuitate & comitatu & locis noſtris omnibus obſeruari mandamus, uolumus, & iubemus, non obſtantibus quibuſcunq; in contrarium facientibus. Quibus omnibus & ſingulis publico conſenſu ciuitatis & comitatus expreſſe derogatum fuit ſicuti plæne conſtat manu Sr̃ Fœlicis, Sr̃ Boetii de Ricchobaldis de ſancto Seuerino Notarii publici & Cancellarii noſtri cõmunis inde rogati.

F I N I S.

¶Explicit, ad laudem Dei, & gloriam Magnificæ Ciuitatis Eſii.

¶Impreſſum Maceratæ per Lucam Binum Mantuanum, Menſe Ianuarii. Anno Domini M. D. LXI.

REGISTRVM.

✠ A B C D E F G H I K L M N O P Q.

Omnes Terniones, preter ✠ Quaternionem.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

## Decretum Reuerendiſſimi Card. Trañ. Legati ſuper oneribus prædiorum.

CVM uariæ & diuerſæ lites retroactis temporibus exorte ſint, & quotidie orianť, & indeciſę pendeant, tam inter ciues Magnificę ciuitatis Eſii & comitatiuos & forenſes q̄ inter ſe ipſos comitatiuos eo quia tam ciues q̄ comitatiui recuſabant ſubire onera realia pro bonis quæ alibi poſſidebant, q̄ in loco habitationis tuentes ſe ſtatuto poſito in ſecundo uolumine ſtatutorum dictæ ciuitatis ſub Rub. quo cauebať quod omnes & ſinguli de ciuitate & diſtrictu Eſii onera realia & perſonalia ſubire teneanť in loco ubi cum familiis habitant, adeo quod non nulla caſtra de relinquere habitatores cogebanť, & ob multa onera quę iam proximis preteritis annis fuerunt impoſita, & in dies magis imponanť, tam ob neceſſitatẽ ſanctæ ſedis Apoſtolicę q̄ dictæ ciuitatis & maior pars territorii tam ciuitatis q̄ comitatus ibidem tamen non habitantium, & alioꝝ forenſium in poteſtate eſſet, & habitatores omnia ſubſtinere uirtute dicti ſtatuti compellerenť. Volentes itaq; tali morbo debitis medelis occurrere & finem litibus imponere, hac præſenti lege & decreto perpetuo ualituro tempore intellectis tam ciuium, & comitatiuoꝝ ac forenſium iuribus decernimus & ordinamus quod ciues ciuitatem inhabitantes pro bonis quę modo in comitatu poſſident, ad aliquam ſolutionem non teneanť in ipſo comitatu ſed in ciuitate prędicta, pro bonis uero quę in poſterum acquirentur teneantur & debeant onera & alia ſoluere in ipſa ciuitate, pro rata tamen illa cõmunitas ſeu uniuerſitas cuius territorio erunt predia exgrauenť, & exgrauari debeanť, comitatiui uero & alii forenſes tam pro pręſentibus q̄ pro futuris bonis acquirendis ſoluere teneanť, & compelli poſſint in loco ubi bona ſint, ſita & allibrata, aliqua imunitate & qua uis de cauſa per ſedem apoſtolicam conceſſa non obſtante prout ęquitati conſonum eſt, ne quis alterius onere pregraueť, & ita decernimus & ordinamus dicta municipali lege cenſura, & reformatione non refragante tam edita q̄ in poſterum edeñ. quam ex nunc prout ex tunc, & è contra pro irrita, & nulla ac nullius roboris uel momenti declaramus, & eſſe uolumus decernentes contra hanc noſtram legem, directe uel indirecte non poſſe fieri prepoſitam, & ſi aliter factum extiterit Priores pro tempore exiſtentes incurrant pęnam centum ducatoꝝ auri pro quolibet camerę Apoſtolicę applicandorũ ipſo facto abſq; aliqua alia iudicii declaratione, & nihilominus quicquid obtentum fuerit, ſit irritum & inane, & ne depremiſſis quis ignorantiam allegare ualeat, uolumus & ordinamus hanc noſtram legem perpetuo ualituram in libris reformationũ dictæ ciuitatis deſcribi, & ita decernimus, & inuiolabiliter obſeruari mandamus tam in cauſis pendentibus, & preſentibus, ac futuris ſtatutis reformationibus priuilegiis indultis cęteriſq; nõ obſtãtib. quibuſcũq.

¶ Ita declaramus & ſtatuimus Io. Do. Cardinalis Traneñ. Legatus. &c̃. Datum Eſii. VI. Maii. M. D. XXXVII. loco ✠ ſigilli. Iulius Conſtantinus.

IN Chriſti omnipotentis Nomine Amen. Inter cætera quę reperiuntur in archiuio, & Cancellaria Magnificæ Ciuitatis Eſinę. Reperitur quoddã publicum inſtrumentum Decreti facti per Reuerendiſſimum Dominũ Antonium Florem Archiepiſcopum Auinioneñ. tempore quo Piceni gubernio fungebatur, ſuper colectis, & impoſitionibus, atq; oneribus imponendis, & diuidendis inter ciuitatem & comitatum Eſii, man u. q. Ser Pauli Floridi de Pergula, olim, & tunc Cancellarii prędictę ciuitatis, & Notarii inde rogati quod inſtrumentum cum notatum appareat in quoddam libro regiſtri, cartę bombicinę, ne pereat memoria tanti contractus. Ego Alphonſus Lallus Cancellarius Eſinus infraſcriptus ſumpſi hic infra copiaui, notauiq; ad rei perpetuam memoriam fideliter prout in eo inueni de cõmiſſione, & uoluntate Magnificorum Dominorum Confalonerii, & Priorum dictæ ciuitatis, cuius quidem inſtrumẽti tenor talis eſt, ut infra ſequiť. uidelicet.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. Мечникова

IN Dei Nomine Amen. Anno Dñi M. D. X. Indictione XIII. tempore Santiſſimi in Chriſto patris, & Dñi noſtri, Dñi Iulii diuina prouidentia Papæ ſecundi die uero Veneris XXII. menſis Nouēbris cum diu fuerit, & ſit uerſa differentia, & controuerſia inter ciuitatē Eſii, & eius ciues ex una, & comitatū dictæ ciuitatis, & eius homines partibus ex altera, in, & ſuper impoſitione collectaꝝ, & aliaꝝ impoſitionū, & onerū, uidelicet pro quarta parte grauari deberent, & poſſent ciuitas prędicta, & eius ciues, & pro quarta grauari poſſent, & deberent dicti comitatus, & eius homines, aſſerentibus ciuibus pręnominatis ipſos nō poſſe, nec debere grauari ultra quartā partē dictaꝝ collectaꝝ, impoſitionū, & onerū, comitatiuis uero negātibus ipſos poſſe aut debere collectari, uel grauari ultra duas partes, de tribus partibus dictaꝝ collectarū, onerū, ſiue impoſitionū, & pluries in diuerſis locis, & tēporibus fuerit pro dicta differētia, & cōtrouerſia comparitū per utranq; partē corā Reuerēdiſſimo Dño. D. Antonio Floreni Archiepiſcopo Auinionēſi Marchię &c. Gubernatore. Iccirco pręfatus Reuerēdiſſimus Dñs exiſtens perſonaliter in ciuitate prædicta, cupiens pro pace quiete ambarū partiū dictis differētiis finē imponere, auditis hinc inde partibus, & ipſaꝝ iuribus, mediā uiā eligēdo tāq̄ ęquā, & utriq; parti ſalubrē ſtatuit decreuit, & ordinauit quod perpetuis futuris tēporibus collectę impoſitiones, & onera, quæ legitime, canonice, & ſeruatis ſeruādis imponent̄ per cōmunitatē ciuitatis, & comitatus p̄dicti pro neceſſitatibus dictæ cōmunitatis ſeu de mādato ſuperiorū, diuidant̄, & diuidi debeant inter ciues, & comitatiuos prædictos hoc modo, & ordine. v3. q̄ comitatiui non grauent̄, nec grauari poſſint ultra duas tertias partes de tribus partibus, & dimidiā partē eius quod eſt inter dictas duas tertias partes, & tres quartas partes de quatuor partibus, & q̄ ciues prædicti nō grauētur, nec grauari poſſint ultra unā quartā partē de quatuor partibus, & alterā dimidiā eius quod eſt inter dictā quartā partē, & tertiā partē de tribus. u3. q̄ ſi cōtingat imponi collecta florenoꝝ quatringētoꝝ, ciues non poſſint grauari ad ſoluēdū ultra cētū ſexdecim florenos, & duas tertias partes alterius floreni. Comitatiui uero nō poſſint nec debeāt grauari ultra florenos ducētos octuaginta tres, & unā tertiam alterius floreni, & eodē modo diſtinguant̄, & diuidant̄ ſi cōtingat ipſas collectas, impoſitiones, & onera imponi ultra, uel infra dictā ſummā in maiori uel minori quātitate, & hoc exceptis equis Sātiſſimi. D. N. qui ad hibernandū ſiue ſtantiandū deputarent̄ in territorio Eſino, de quibus dicti comitatiui poſſint grauari in tribus quartis partibus de quatuor partibus, & ciues prædicti in una quarta parte tantum, & q̄ talcę, cenſus, & affictus qui, & quæ ſoluuntur Santiſſimo. D. Noſtro ſolui debeant perpetuis futuris temporibus de redditibus, & introitibus cōmunitatis prædictæ, & non per collectas prout hactenus conſuetum fuit, & prædicta mandauit ſeruari ſemper, & omni tempore perpetuis futuris temporibus.

Pręſentibus Franchino, Ioānis, & Gaſpare Leonardi de dicta ciuitate Eſii, & Conte Ser Gabrielis de Maſſatio, & Sancte Antonii de Mōte Ruberto Magnificis Dñis Prioribus dictæ ciuitatis, & comitatus, & acceptantibus nomine eorūdē dictā conſtitutionē, declarationē & decretū, & ſimiliter Ser Petro, Ser Ioānis, & Emilio de Ripātibus de dicta ciuitate Eſii Sindicis, & Procuratoribus dictę ciuitatis, & Magnifico Equite, & Comite Per Simone Iſiletio, Clariſſimo. II. Doct. Dño Conſtātino Riccio, Eximio artiū, & medicine Doct. Dño Honofrio Bonefidei, Polidoro Sanctono, Proſpero de Anticis, Ripante de Ripantibus, Laurentio Bagnolino, Pier Thoma Captano, & Dominico Galuano omnibus ciuibus Eſinis, illa pro dicta ciuitate acceptantibus, & econuerſo preſentibus Ser Stefano, Ser Gabrielis, Ser Angelo, Ser Franciſci, Chriſtoforo, Gabrielis, & Niſio Baptiſtę omnibus de caſtro Maſſatii, Ser Paulo Rodulfi, Ser Pace, Bartholomei Ambobus de caſtro Montis Carotti, Auguſtino Luce de caſtro Beluideri, Per Ioāne Baptiſtæ de caſtro Podii S. Marcelli, Thoma Baptiſtæ, & Baldaſſe, Ioānis Ambobus de caſtro Plani, & Frāciſco Bartoli de caſtro Sciſciani omnibus comitatiuis dictæ ciuitatis, & partim etiā deputatis aliquoꝝ caſtroꝝ dicti comitatus, & ſimiliter nomine ipſius comitatus, & comitatēſiū acceptantibus pręfatū Decretū, & decla

rat.onem

rationē omni meliori modo &c. Et de hiis omnibus gratias agētibus pręfato Reuerēdiſſimo Dño Gubernatori de iuſtiſſimo, & ęquiſſimo pręfato decreto, & amplius prędicti oēs. u3. p̄dicti Magnifici Dñi Priores pro dicta ciuitate, & comitatu dicti Sindici, & ciues pro dicta ciuitate, & ciuibus, & dicti comitatiui pro dictis uniuerſitatibus omniū, & ſinguloꝝ caſtrorū dicti comitatus, & comitatiuis eiuſdē. Non ui nō dolo neq; aliqua fraude adducti, ſed eorū & cuiuſq; ipſorū mera uoluntate, & ex certa ſcientia omni meliori modo, uia, iure, & cauſa quibus magis, & melius potuerunt, & debuerunt promiſerunt ad inuicē. ſ. ciues p̄dicti comitatēſibus, & comitatēſes ipſis ciuibus p̄ſentibus ſtip. & recip. per ſe ſuoſq; heredes, & ſucceſſores, & econuerſo per ſe, & ſuis heredibus, & ſucceſſoribus, & pro dicta ciuitate & comitatu, & eorū, & cuiuſq; ipſorū intereſſe, & mihi Notario & Cancellario, ut publicę perſonę p̄ſenti ſtip. & recip. nomine, & uice dictæ ciuitatis, & ciuiū, & nomine, & uice dicti comitatus & comitatēſiū, & omniū, & ſingulorū aliorū quorū intereſt, & intereſſe poterit q̄uolibet in futurū q̄ dicta ciuitas, & cōſiliū generale dictæ ciuitatis, & econuerſo dictus comitatus, & uniuerſitates, & cōſilia caſtroꝝ eiuſdē ſingula ſingulis ut ſupra cōgrue referēdo, & ambe partes q̄ cōſiliū generale dictæ ciuitatis, & comitatus ratificabūt, emologabūt, & approbabūt dictū decretū, & declarationę p̄fati Reuerēdiſſimi Dñi Gubernatoris, & illa acceptabūt, & acceptationē p eos factā de dicto decreto, & declarationē ita agere & curare cū operis cōplemēto q̄ p̄dicti oēs, ut ſupra acceptabūt, & ratificabūt, & ratā, gratā, & firmā habebūt. Renuntiātes ſupradictę partes dictis nominibus exceptioni dictæ declarationis, & decreti nō facti p p̄fatū Dñm Gubernatorē, dictæ acceptationis, promiſſionis, & coūetionis p ipſas nō factę rei nō ſic geſtę uel aliter geſtę, & exceptioni doli, mali, metus, ſine cauā ui in factū actioni, & omni alii. II. & iuris auxilio ſibi uel ipſis q̄uolibet cōpetēti & cōpetituro, & quo poſſent q̄uolibet aduerſus p̄dicta ſe iuuare. Quæ omnia, & ſingula in p̄ſenti inſtrumēto cōtēta promiſerūt ad inuicē habere, tenere, attēdere, & obſeruari facere, & adimplere, & in nullo cōtrafacere dicere uel uenire p ſe uel aliū, ſeu alios aliqua ratione, cauſa, uel ingenio, uel aliquo q̄ſito colore de iure, uel de facto ſub obligatione omniū ſuorū bonorū p̄ſentiū, & futurorū. Quæ omnia ſupradicta bona ad inuicē pro obſeruatione p̄dictorū obligauerūt, & hypothecauerūt, & ſic iurauerūt ad S. Dei Euāgelia manibus corporaliter tactis ſcripturis ad delationē mei Notarii infraſcripti p̄dicta omnia & ſingula ad inuicē attēdere, & obſeruare, ut ſupra ſub iam dicta obligatione, & uinculo dicti p̄ſtiti iuramēti. Rogātes p̄dictus Dñs Gubernator, & omnes ſupradicti cōtrahētes me Notariū infraſcriptū, ut de p̄dictis omnibus, & ſingulis publicum conficerem inſtrumentū de iure ualidū cū omnibus, & ſingulis capitulis, clauſulis punctis neceſſariis, & opportunis ad omnem plenum, & ualidum contractum.

Actum in Ciuitate Eſii in palatio ſolitæ reſidentiæ Magnificorū Dñorū Priorū poſitū iuxta plateā S. Lucæ, & ſtratas publicas a tribus uel alia latera p̄ſentibus Clariſſimo. II. Doct. Domino Dioniſio Agatone de Vrbino Auditore p̄fati Reuerēdiſſimi Dñi Gubernatoris, Dño Cencio de Cenciis de S. Seuerino Procuratore curiali, & Ser Amico de Macerata Notario curiali teſtibus ad p̄dicta habitis, uocatis, & rogatis. Et ego Paul9 Florid9 de Pergula, &c.

Nota q̄ dictum inſtrumentum & omnia in ipſo contenca fuerunt acceptata, confirmata, & emologata per conſilium generale Ciuitatis & comitatus, nec non per uniuerſitates omniū caſtroꝝ comitatus Eſii de quibus apparet in publicis inſtrumentis manu Ser Pacis Pacifici de Monte Carotto in publicam formam in cartis membranis marchiuio cōmunis conſignatis per me Paulum Cancellarium, Io. Franciſco Tadei, & Nicolao Dominici Solomeę de Eſio curam habentibus de dicto archiuio. Die XXV. Ianuarii M. D. XII.

Et ego Alphonſus, Ser Antoni de Lallis de Monte Sanctæ Marię in Gallo ciuis, & incola Terre Montis Sancti Martini publicus Pontificali, & imperiali auctoritatibus Notarius, & in preſentiarū Cancellarius ſcriba, Notarius reformationum, & iudex ordinarius appellationum incliti cōmunis, & populi Magnificæ Ciuitatis, & comitatus Eſii preſcriptum inſtrumentum ut ſupra copiatum, et ſumptum de ſuo prædicto originali ſcripſi, ſumpſi, et copia-

ui,et hoc in loco regiſtraui Bene,et fideliter omni reiecta fraude, et dolo ceſſante prout in eo repperi, nil addens,uel minuens pręter forte literam, ſyllabam punctum uel dictionem, ex quo minime ſenſus uariat, et intellectus ueritatis non mutatur ad perpetuam rei ueritatē ex quo inſtrumentum ipſum in archiuio,et Cancellaria dicti cōmunis in libro cartę bombicinę, uetuſtum eſt,et ut tanti contractus memoria non pereat, et ad maius præmiſſorum robur, et teſtimonium ſigno hic inferius ſignaui,et in hanc publicam formam redegi, rogatus et requiſitus. Omiſſo ſigno.

# PIVS PAPA IIII.

DILECTI filii ſalutem et apoſtolicam beñ. comprobata fidei et deuotionis ſinceritas, quibus nos et Romanam Eccleſiam proſequimini non indigne promerentur, ut ea quæ pro ueſtris honore et cōmodo proceſſerunt, noſtræ approbationis munimine roboremus. Hinc eſt, quòd nos ueſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, omnia et ſingula priuilegia exemptiones indulta immunitates,et alias gratias iſtius ciuitatis Eſinæ, per quoſcunq; Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, et ſedem Apoſtolicam conceſſa,et præſertim priuilegium per Fe. Re. Clem. VII. prædeceſſorem noſtrum ſuper extractione bladorum uobis conceſſum,et contenta in eo quatenus ſint in uſu et contra libertatem eccleſiaſticam non tendant. Nec non ordinationes, conſuetudines, reformationes,et ſtatuta ueſtra et dictæ ciuitatis,licita tamen et honeſta ac ſacris canonibus non cōtraria nec non cum omnibus et ſingulis in eis contentis clauſulis de ſuper confectas,et in forma breuis literas apoſtolicas auctoritate apoſtolica tenore preſentium confirmamus, eaq; perpetua firmitatis robur obtinere et inuiolabiliter obſeruari, et uobis ac dictæ ciuitati ſuffragari debere decernimus quòdq; frumento in diſtrictu et territorio dictæ ciuitatis pro tempore collecto et colligendo, pretium aliquod abſq; ueſtro ſeu ad id deputatorum ueſtrorum cōſenſu imponi nullatenus poſſit ſeu debeat ſtatuimus & ordinamus. Mandantes in uirtutę ſanctæ obedientiæ uniuerſis & ſingulis noſtris,& apoſtolicæ ſedis Legatis, Vicelegatis,Gubernatoribus, Cōmiſſariis Poteſtatibus, & aliis officialibus, nunc & pro tempore exiſtentibus, cęteris quoq; nobis, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſubiectis ad quos ſpectat, ſeu ſpectare poterit quomodolibet in futurum, ut omnia & ſingula in ſtatutis capitulis imunitatibus,& exemptionibus, priuilegiis quoq; & indultis prædictis ac præſentibus contenta, uobis obſeruent,& obſeruari faciant, in nulloq; per ſe uel alios contraueniant,uel ſe opponant, ſed uos, illis ſic a nobis confirmatis,uti frui,& gaudere permittant,quinimo pro illorum inuiolabili obſeruatione ſi & quando opus fuerit efficacis defenſionis preſidio uobis adſint, faueant,& aſſiſtant. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, ceteriſq; contrariis quibuſcunq;. Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub anulo piſcatoris Die XX. Februarii M. D. LX. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Franciſcus Aragonis.

R. R. Bullarum & breuium ſummorum Pontificum in Prouincia Marchiæ fol. 128.

Marcellus Angelicus Notarius Cam.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА
~~24.158~~
Н.183216.

# PIVS PAPA IIII.

[illegible]

Die XX. Februarii M. D. LXI. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Franciſcus Aragonius.

R. Bullarum & breuium [illegible] Pontificum in Prouincia [illegible] lib. 128.

Marcellus Angelerius [illegible]

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

НАРОДНА БИБЛИОТЕКА